Picar :

Picavet

APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS
AD
DEMOSTHENEM
VINC. OBSOPOEI, HIER. WOLFII,
IO. TAYLORI

ET

IO. IAC. REISKII
ANNOTATIONES TENENS.

COMMODUM IN ORDINEM DIGESTUM
ALIORUMQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS
AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS III.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG
MDCCCXXVI.

APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS
AD
DEMOSTHENEM
VINC. OBSOPOEI, HIER. WOLFII,
IO. TAYLORI

ET

IO. IAC. REISKII
ANNOTATIONES TENENS.

COMMODUM IN ORDINEM DIGESTUM
ALIORUMQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS
AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS III.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG
MDCCCXXVI.

I. TAYLORI
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
ADVERSUS LEPTINEM
PRAEFATIO.

Usitatior multo apud antiquos erat inscriptio περὶ ἀτελείας sive potius περὶ ἀτελειῶν, *de immunitatibus*, quo nomine laudarunt Plutarchus in Vita Demosthenis, Dionysius Halic. in Epistola ad Ammaeum pag. 121. init. edit. Sylburg. atque iterum De admiranda vi dicendi in Demosth. pag. 171. fin., Athenaeus l. 4. p. 166. edit. 1612., Priscianus I. 18., Hermogenes saepiuscule, Photius in Myriobibl. Cod. CCLXV. et in Lexico inedito v. Θέσθαι et Λυσίμαχος, in qua voce apud Suidam pro ἀτελειῶν perperam legitur ἀδελφῶν: quali mendo etiam laborat Harpocratio in Δεκατευτάς. Oratio est χαριέστατος ἁπάντων καὶ γραφικώτατος, ut scribit Dionysius loco citato. Egregiam in ea subtilitatem admiratus est Cicero Orat. ad Brutum III. Cuius denique exordium non illaudatum praeteriit summus ille criticus, Dionysius Longinus, teste Photio in Myriobibl. loco supra a me laudato. Idem Photius ibidem traditum esse ait, Demosthenem eam conscripsisse annos natum XXIV. Φασὶ δὲ, τὸν Δημοσθένην τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν ἤτοι τὸν πρὸς Λεπτίνην φιλοπονήσασθαι λόγον, οὗ τὸ προοίμιον Λογγῖνος ὁ κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει. Contra praetore Athenis Callistrato habitam esse contendit Dionysius Halicarn., qui erat Olymp. CVI. annus secundus atque adeo Demosthenis nati XXVII. Habebatur certe vix ante istam aetatem, quam adsignavit Photius, aut citra istam, quam Dionysius. Nam Olymp. CV. 3. secundum Diodorum Siculum Philippus Macedoniae rex Pydnam et Potidaeam cepit, CVI. 3. autem obiit Leuco, rex Bospori. Constat autem ex paginis 466. et 475. huius orationis, tum, quum habita esset, captas esse Pydnam et Potidaeam, Leuconem autem adhuc fuisse

superstitem. Porro exeunte oratione memorantur Dionis res feliciter gestae contra Dionysium tyrannum, actae illae quidem circa Olymp. CVI. medium, ita ut non dubitem pronunciare, Halicarnassensem ipsissimam aetatem tetigisse. Nemini, credo, suboluit, hanc orationem mancam et imperfectam ad nos descendisse. Quod tamen necesse est ita se habere, si bona fide nobiscum egerit Syrianus ad Hermogenem pag. 28. *Καὶ πάλιν, Λεπτίνην μεμφόμενος, ὡς ἀφελόμενον τὰς δωρεὰς τῶν εὐεργετῶν, εἶπεν· Ὅτι οἱ ἀλλαχοῦ πόλεις* (lege *αἱ πολιτεῖαι*) *καὶ μείζους παρέχουσι τῆς εὐτελείας* (lege *ἀτελείας*) *δωρεὰς καὶ τοὺς εὐεργέτας τῶν ἰδιωτῶν δεσπότας καθιστᾶσιν.* Qui, tametsi verba diserta auctoris videatur citare, alludit solummodo ad ea, quae dicuntur pag. 461, 15. et 489, 20. Porro de hac causa atque de exitu, quem habuit, nonnulla conservavit Dio Chrysostomus in Orat. Rhodiaca pag. 350. edit. Morel. 1604. a me adducenda. *Περὶ τοίνυν τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ Φίλιππον, μάλιστα δ', ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ' ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο, Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρὴ τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας. παρὰ τοῦ δήμου δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. τί οὖν; ἴσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον;* (Ita locum lego. In editis male repraesentatur.) *οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἑάλω γραφῆς.* Huic historiae orationis Leptineae liceat subiungere lepidam narratiunculam ex Violeto Eudociae MS. pag. 78. *Περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀθηναίου ῥήτορος. — Πρεσβεύων δὲ παρὰ Σεβῆρον ἐν Ῥώμῃ τὸν αὐτοκράτορα ἀπεδύσατο πρὸς Ἡρακλείδην τὸν σοφιστὴν τὸν ὑπὲρ μελέτης ἀγῶνα· καὶ ἀπῆλθεν ὁ μὲν τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρεθείς, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος δῶρα ἔχων. διαδιδόντος δὲ τοῦ Ἡρακλείδου λόγον οὐκ ἀληθῆ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλωνίου, ὡς αὐτίκα δὴ βαδιουμένου εἰς Λιβύην, ἡνίκα Λεπτίνης ἦν αὐτοκράτωρ ἐκεῖ καὶ τὰς ἐξ ἁπάσης γῆς ἀρετὰς συνῆγε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· Ὥρα σοι ἀναγινώσκειν τὸν πρὸς Λεπτίνην· Σοὶ μὲν οὖν, ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀτελείας γέγραπται.* [Petit. pag. 178. Priscian. col. 1169. 1171. 1182. v. Ind. Valckenaer. ad Ammon. pag. 8. 185. Casaubon. ad Theophr. Character. pag. 147. 168. Etymol. M. 448, 18. Meurs. Pisistr. c. 14. Att. Lect. 3, 2. A. A. 1, 8. Fabr. B. Gr. T. 4. pag. 16. et eodem tomo de Aristide. Vales. ad Harpocr. pag. 21. 39. 90. bis. 105. 107. Maussac. p. 249. Petit. ed. Wessel. pag. 103. 185. 372. H. Steph. Th. L. Gr. T. III. col. 691. Iudicium de eadem causa bis adipiscier non licet. Lindenbr. ad Terent. Phorm. II. 3. TAYLOR. in Schedis.]

FR. AUG. WOLFII
PROLEGOMENA
IN
DEMOSTHENIS
ORATIONEM LEPTINEAM.

Quas in hunc librum iunximus Orationes Demosthenis et Ari- 33*
stidis duas, in eodem illae quidem argumento eademque caussa versantur, verum stilo scriptae sunt multum dissimili. Sed de argumento dicetur a nobis paullo post, quum prioris Orationis, quam proprie illustrandam sumsimus, occasio, propositum, et alia quaedam, quibus docta interpretatio nititur, attingenda erunt: nunc tamen, ne nihil lucis posterior habeat, paucis stilum eius et quasi formam describamus.

Est igitur haec Oratio, quam, nuper admodum e situ et tenebris protractam [1]), nulladum editio Aristidis habet, ex illo 34

---

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Halensis.

1) Eam una cum *Libanii Declamatione pro Socrate* et *Aristoxeni rhythmicorum Elementorum fragmentis* primus e Bibl. D. Marci Veneta protulit notisque nonnullis et latina interpretatione instruxit Bibliothecae illius Custos, vir omni humanitate politissimus, *Iacobus Morellius*, Venetiis, MDCCLXXXV. 8. Tam diu opusculum Aristidis iacuerat, plane ignotum illud, praeterquam quod auctor ipse exercitationem eiusmodi ad Leptineae Demosthenis modum se scripsisse narrat in Orat. Platon. III. T. II. p. 316. Iebb. Quem locum et Photius habet in Bibl. p. 1267. Roth., et nos partim dedimus in Comment. ad Demosth. Or. p. 438, 6. Codex autem Marcianus quum omni auctoris indicio et titulo Orationis careret, hanc eandem illam Aristidis esse, Morellius sagaciter reperit. In extrema eius parte iacturam fecimus, si ex cetera loquacitate existimare licet, minimum trium quatuorve foliorum. Doleant iacturam, quibus res digna videbitur: nos puncta nostra libenter posuimus. Et sane ante hunc τριταγωνιστὴν in ea caussa satis oratum erat. Duobus enim,

genere, quod Rhetores graeci *μελέτας*, latini declamationes vocant. Id genus fere triplex fuit. Nam alii se in fictis argumentis et quaestionibus infinitis exercebant, ita, ut quas res ingenio suo reperissent, eas vel laudando extollerent, vel affligerent repre-
35 hendendo, vel alio quocunque modo tractarent. Alii veras sibi res et caussas sumebant, ex memoria antiquitatis plerumque petitas, in accusando, in defendendo, in bello aliquo aut foedere seu suadendo seu dissuadendo, in describendis moribus hominum, locis, regionibus, occupati. Sed talibus in rebus quum de suo quisque adderet, demeret, mutaret denique, partim scribendi ardore abreptus, partim metu, ne vetera et vulgata repetendi necessitas laudem ingenii auferret: saepe adeo sub illorum manibus veritas mutabatur, ut dissimilis fieret sui; quo de fonte hodieque splendida quaedam mendacia in historiis resident. Duo autem genera, quae dixi, tametsi tum maxime studiis hominum florebant, quum iam eloquentia, antiquae libertatis alumna, conticuisset ac foro cessisset, dominatu regum de principatu suo detrusa: tamen diu ante id tempus et fuerunt illa, et honorem
36 habuerunt [2]). Postea successit nova Rhetorum natio, quae non satis habens, discipulos ad universam imitationem veterum informare, auderet etiam ipsa argumenta, quae ab illis celebritatem accepissent, in certamen quoddam proponere. Confidentes homines dicas suique et temporum suorum oblitos, qui putarent, rem in fori luce vi capitalium ingeniorum Graecia florente illustratam inter tironum manus denuo in umbraculo scholae nitescere posse. Sed ipsi hic quoque magistri sese duces praebuerunt primi certamen artis ingressi; nec defuerunt clari Sophistae, qui animi caussa in Philippum Macedonem, in Midiam, in Catilinam intra parietes suos declamitarent. Ex eoque genere exemplum hoc est Aristidis, Rhetoris saeculo II. nobilissimi, quod tandem iam illustri, quem dudum affectabat, loco reposi-

Phormioni et Demostheni, qui legem Leptineam impugnarant, ille serum quasi subscriptorem se adiunxit, ut Declamatio *τριτολογίας* cuiusdam loco haberi debeat. Eo ipso refer locum ante laudatum: *Ἔτυχε γάρ μοι λόγος τὶς πεποιημένος ἐκ τρίτων πρὸς Λεπτίνην ἐξ ἀρχῆς τοιᾶσδε· εἶχον ἐν χερσὶ τὸν λόγον τὸν τοῦ Δημοσθένους κ. τ. λ.* Aliter ibi memoria falsus diductiora duo verba explicat Reiskius in Animadv. ad gr. auctt. T. III. p. 517.

2) Mirum est, at verum tamen, quod iam antiqui Sophistae, Socratis aetate, etiam ludicris et frivolis argumentis ornandis artem ostentarunt. Nam de historico genere nulla dubitatio est. Sed iam tum ollae, sal, lapilli, bestiolae quaedam et similia, nec raro praeter communem sensum hominum, propriis scriptis laudabantur. Quid miramur ergo, in istiusmodi rebus Lucianum, Synesium, alios posteriorum, elaborasse? Testantur id, quod de prioribus scripsi, Plato Sympos. c. 5. Isocrat. Encom. Hel. p. 304. extr. Aristot. Rhet. 1, 9. princ. Alexand. Rhetor in Aldi Rhet. p. 611.

tum Orationi Atticae, quam ille aemulari voluerat, comitem adiunxi [3]).

At qualem comitem! Nempe mihi quidem hanc Declama- 37
tionem cum exemplari suo comparanti ita interdum visum est, si quis eam talem Athenis olim in suggestum attulisset, futurum fuisse haud dubie, ut is sibilis explosus descendere multo citius cogeretur, quam nunc librario placuit scriptum abrumpere. Adeo nisi quis forte haereat in verbis loquendique formulis ex imitatione veterum Atticorum tractis, in ostentatione priscae historiae ac doctrinae, in aliquot sententiis passim extra ceterae orationis corpus eminentibus, aut nisi omnino, ut poëta ait, sepultis ingeniis faveat, adeo, inquam, illa ieiuna est et frigida parumque ad id, quod vult, obtinendum accommodata. Nihil hoc iudicio detractum volo de fama scriptoris, cuius alia extant plura copiose ornateque scripta neque iniucunda lectu. Immo mirandum putarem, si cuipiam unquam eiusmodi labor melius suc- 38
cessisset.

Illud enim primum hoc in loco nobis recte ponere videmur, rem veram, id est, eam quae toto tenore caussarum suarum et eventuum cum nostro tempore, loco, dignitate, omni vita, seu publica seu privata, cohaeret, a quolibet nostrum vel minus perito rectius tractari posse, quam eandem pluribus post saeculis ab homine artis peritissimo. Illi materia dicendi in expedito est, quam alter necesse habet ex antiqua memoria tenuibus plerumque vestigiis expromere. Ille in uno tanquam conspectu videt universam argumenti vim et complexum, quem vocant, circumstantiarum, qua re, quid locus, tempus, personae ferant aut postulent, sponte intelligit ac facillime reperit modos, quibus finem sibi propositum assequatur. Huic contra quoniam ista omnia obscuro labore indaganda sunt ac ne sic quidem ex omni parte satis patere queunt, prope necesse est id accidere, ut vel nimius fiat in dicendo, vel infra dignitatem rei subsistat, vel in locos communes lente exspatietur, ubi gravem argumentorum

---

3) Celebre prae ceteris hoc ipsum argumentum in scholis Rhetorum fuisse putes. In eo enim ante Aristidem versatus est etiam Lollianus imperante Hadriano clarus, id quod narrat Philostratus in Vit. Soph. I. p. 527. Ponam huius verba, quod fragmentum Declamationis habent, in quo quae fulgura inesse dicuntur, ea profecto talia non sunt, ut exstincta doleamus magnopere. *Κατηγορῶν τοῦ Λεπτίνου διὰ τὸν νόμον, ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος, ὧδε ἤκμασε· Κέκλεισται τὸ στόμα τοῦ Πόντου νόμῳ, καὶ τὰς Ἀθηναίων τροφὰς ὀλίγαι κωλύουσι συλλαβαί· καὶ ταυτὸν δύναται Λύσανδρος ναυμαχῶν, καὶ Λεπτίνης νομοθετῶν.* Argutiis his redditur illud, quod legimus apud Demosthenem p. 466, 12. seqq. Quem locum si contulisset Olearius, nihil de alio Leptine somniasset.

pondere orationem exspectes, denique ut aliis modis multis labatur [4]).
39 Adde, quod primarii operis artifex raro imitatori aliud quam vilia quaedam ramenta relinquit, et quo quisque sollertior est, eo melius ipse summas rerum occupasse reperitur. Ridebitur imitator, si easdem res sumserit, ut invenit: auxerit eas et novas addiderit, vix sibi ubique a mendacio cavebit: alias fecerit prorsusque mutarit, nimirum aut inscite fecit prior, aut secundarium opus exibit exempli dissimillimum. Quid misero reliquum erit praeter artem quandam callide furandi? Quapropter subit mirari, qua ratione apud tam multos per tot aetates hoc in eadem forma et argumento cum antiquis aemulandi studium viguerit. Siquidem ipsa necessitas eandem rem aliis atque aliis verbis
40 et sententiis explicandi non erigit illa animi vires, sed frangit et debilitat. Atque in artibus iis, quae praecipue sensu pulchritudinis reguntur, ita omnino natura videtur comparatum esse, ut qui primi ad eas ingenium applicarunt, si modo ab ipsis electio optimorum facta est, spem gloriae ex eodem genere petendae secuturis, quamvis aeque ingeniosis, facillime praecidant. Adeo illi classi antiquiorum suam placendi sortem suumque principatum obtigisse dicas non ex sola praestantia ingeniorum, sed ex quadam etiam fortuna temporum.

Haec mihi in mentem venerunt, quotiescunque Leptineam Aristidis relegens, quomodo ibi quaeque tractata essent, spectabam. Cuius Orationis iam in plurium manus venturae hanc utilitatem unam praecipuam iudico, quod, quum istius declamatoriae scripturae perpauca ad nos specimina pervenerint, nec ullum hoc ipso exstet insignius, eius cum Demosthene comparatio evidentissime docet, quam infelix ista imitatio sit, quibusque notis dictio fuco et pigmentis oblita discrepet a naturali et incorrupto colore veteris et verae eloquentiae. Etenim quam per omnia diversum ab illo declamatore de ludo sonat Orator Atticus! Est autem Leptinea huius ex genere quietiore, tota in
41 docendo magis quam in permovendo auditore occupata, nec eam vim et granditatem habens verborum ac sententiarum, quam in Philippicis aliisque nonnullis admiramur; unde fere Demosthenicus

4) Haec et alia vitia singulis exemplis Declamationis nostrae declarari possent, si id opus esset. Facile enim animadvertet, qui leget. Attendat mihi pro se quisque, quam aspere in ea cum Leptine agatur, quem tam comiter habet Demosthenes; quantum incommoda legis ultra probabilitatem pinguiter augeantur; quam inepto loco vetusta et mythica exornentur, ut §. 40. 64. 92.; quam puerilis lusus sit in verbis iisdem repetendis, scilicet acuminis et gravitatis caussa, ut §. 2. 10. 11., ubi auctor etiam subtilitate videtur cum magistro contendere voluisse. Sed ea ars illi fere in spinas et araneam abit. A tali subtilitate profecto Leptinis legi nihil periculi metuendum fuit.

character constitui solet [5]). Hic lenia, summissa, enucleata omnia, aequabili quodam tenore. Sed enim hoc vel summum est oratoriae facultatis, nosse, quomodo pro varietate rerum ad dicendum propositarum stilus variandus sit, ne, ubi vehementem et incitatum res poscat, summisso, neve contra elato utaris. Quam artem nemo unquam melius calluit Oratore nostro, quem quis recte hac una de caussa ceteris omnibus, quos et suppar et posterior aetas protulit, anteponendum putet. Ita ille in nonnullis Orationibus, quas in caussulis privatorum scripsit, pressus est et tenuis, ita in Philippicis copiosus, gravis et grandiloquus, vix ut in utrisque eandem manum agnoscas [6]). Sed his duobus generibus interiectum tertium est Orationum earum, quibus ab eo leges aut populiscita impugnantur, prae ceteris illud iam ab antiquis magistris commendatum [7]). Excellit in eo inprimis 42
nobilis illa de Corona, quanquam grandiori generi propior. Secundum quam haud scio an Leptinea nostra proxima ponenda sit. Certe quae sunt ex eadem classe Orationes, contra Androtionem, Aristocratem, Timocratem, Aristogitonem, harum quatuor nulla est, quae nostrae anteferri debeat, una Androtiana, quae cum ea de loco contendere possit.

Non ego omnia, quae in ea placent, huc congeram, praemonebo tamen, quibus maxime rebus praestantia illius cernatur: in quo non tam meis utar quam veterum iudiciis. Ac primum quidem ipsum genus dicendi tantam habet subtilitatem, vix ut maiorem usquam, praeterquam in Lysia, qui totus subtilis est, invenias. Cuius virtutis qui vim et difficultatem cognovit, neque nescit, quanti eam veteres aestimarint, magnum sane putabit Ciceronis testimonium, nominatim hanc Orationem ab hac parte laudantis [8]). Sed illa virtus non nisi ab eo animad- 43
verti potest, qui tritas notando proprio cuiusque generis sono aures affert: at veritatem et pulchritudinem et nobilitatem sen-

5) Res nota ex Longino inprimisque Hermogene et Auctore libelli de Elocutione. Characterem vocarunt Graeci *μέγεθος* vel *δεινότητα*.

6) Idem passim monuerunt nonnulli veterum, nemo diligentius quam Dionysius Halic. de vi dicendi in Demosth. p. 974. seqq. T. VI. Reisk. edit.

7) Theo Progymn. p. 5. Basil. edit. *Οἱ κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσίν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου κ. τ. λ.*

8) Orat. ad M. Brut. c. 31. *Multae sunt Demosthenis totae Orationes subtiles, ut contra Leptinem: multae totae graves, ut quaedam Philippicae: multae variae, ut contra Aeschinem falsae legationis; ut contra eundem pro causa Ctesiphontis.* De subtilitate orationis, quam Graeci dicunt *λέξιν λεπτήν, ἰσχνήν, ἀφελῆ*, videndus a tirone inpr. Cicero Orat. c. 23. seqq. vel Ernest. Init. rhetor. §. 397. qui sua omnia a Cicerone sumsit. Fuerunt olim, qui in ea sola Atticum characterem ponerent. Tanti res videbatur.

tentiarum etiam indoctior sentiat oportet. Oriuntur autem haec ex communi fonte eorum, quae in eloquentia maxime eminent, animo erecto, liberali et ea, quae vulgus ampla ducit, contemnente: id quod inprimis ex iis locis intelligitur, ubi Orator sanctitatem fidei atque honorem reipubl. ceteris rationibus omnibus anteponendam esse docet. Huius vero doctrinae omnia hic plena sunt, ad eamque, quidquid profertur, revolvitur. Quapropter non mirum est, quod Orationem eximie placuisse legimus Panaetio, Stoico, scilicet quem ad honestatem ex praeceptis disciplinae suae omnia retulisse, illam in omni actione, etiam repugnante utilitate, sequendam putasse constat [9]).

44 Iam vero quanta vis et gravitas inest argumentis, quibus a Demosthene adversaria ratio refellitur! Commotum te sentires, si iudices non secundum hunc decrevissent, praesertim quum gravitatem illam ubique magna in refellendo lenitate temperarit. Id quod mirabuntur fortasse ii, qui audierunt, rem rari apud hunc exempli esse. Sed Oratorem, qui nihil indecorum, nihil alienum a tempore moliri consuerat, alia nunc fortasse ad moderationem et lenitatem flectere potuerunt [10]), et vero debuit adversarii ipsius persona, et eorum, qui ad eius caussam defendendam delecti essent, aetas atque auctoritas [11]). Ipse quidem
45 Leptines quis fuerit, nescimus [12]): veri tamen persimile puto, hominem in civitate potentem et gratiosum fuisse; ut eius dignitati parcere eumque humane et placide tractare Demostheni

---

9) Plutarch. in Demosth. p. 852. A. *Παναίτιος ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς· ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.*

10) Verbi caussa, quod Leptines reus non erat. Hoc quid sit, postea explicabo. [Conf. not. ad p. 479, 17. SCHAEFER.]

11) De Syndicis loquor, de quorum munere plura paullo mox et in Commentar. ad p. 501, 21. seqq. Simul magnitudinem caussae arguunt tales tamque clari viri a populo ad id munus delecti.

12) An is sit *Λεπτίνης ὁ ἐκ Κοίλης*, quem commemorat Demosth. in Androt. p. 708. A. [ed. Francof.], aut ille, quem inimicum Aeschini inducit hunc auctorem mentiens Epist. 5. extr., nemo dixerit, nisi qui sit divinus. Videri autem potest idem esse, cuius dictum quoddam refert Aristot. Rhet. III, 10. med. Quod pertinere coniicio ad tempora pugnam Leuctricam insecuta. Sed quod ille fortasse primus dixerat, Athenas et Lacedaemonem ocellos Graeciae esse, id deinde saepe ad alios transiit, unde nunc in vulgaribus libellis legitur. Ceterum ex modo, quo Dio Chrysost. T. I. p. 635. meminit Leptinis nostri, non efficitur, hominem suo tempore obscurum aut ignobilem fuisse. Verba Dionis infra dabimus.

etiam necesse videri potuerit. Itaque sicubi in hominem invehitur, molli brachio facit; nusquam, nisi me memoria fallit, acerbis aut contumeliosis verbis. Quidquid enim nobis asperius dictum videbitur, de eo ita iudicandum est, longe aliter Graecis auditoribus visum esse, Atticis praesertim, qui pro prisca sua simplicitate et licentia morum summos cives in foro acerrimis sese conviciis proscindentes audire assuevissent [13]. Quod autem 46
a talibus pura est Oratio, tanto est aptior nostri saeculi moribus et ingeniis, tantoque plus haec commendatio eius apud studiosos eloquentiae valere debet. Atque ego neminem fore arbitror, qui non diligenter cognita venustate et festivitate illius excussisque etiam iis artibus, quae primum adspectum fugiunt, multum se hac una lectione non modo ad iudicandum, sed ad scribendum quoque adiutum sentiat [14]. Unum addam, in quod praeterea 47
lectoris animum intendi velim, ubertatem et copiam rerum, qua Demosthenes hoc argumentum suum dilatavit, in intimos quasi recessus materiae descendendo, nihil tamen, quod vel alienum esset, vel e longinquo petitum, sophistica arte inculcando, omni-

13) Sic p. 488, 8. nihil grave se dicere ait, quum dicit, leges Solonis a Leptine aut non lectas, aut certe non intellectas videri. Locus aliquid ridiculi habet, si eum e nostra verecundia et modestia iudices. Omnino Orator versus finem exardescit aliquantum, non tamen eam, quam dixi, moderationem deponit.

14) Pertinent huc verba Dionysii Halic. Epist. ad Amm. T. VI. p. 724. *Ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν λόγος, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος.* In quibus duae virtutes huius Orat. laudantur. Alteram, *χάριν τῆς λέξεως*, nemo, opinor, ignorat. De altera, quae designatur voce *γραφικώτατος*, Dionysius alias non loquitur. Sed aliunde nota est *λέξις γραφική*, quo spectat inprimis *laevitas verborum* et *bene vincta oratio*. Scriptor de Elocutione §. 193. *Γραφικὴ δὲ λέξις ἡ εὐανάγνωστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ συνηρτημένη καὶ οἷον ἠσφαλισμένη τοῖς συνδέσμοις κ. τ. λ.* Ex illo iudicio Dionysii et loco Plutarchi antea laudato fluxit fabula Pauwii, viri eleganter literis tincti, in libro, quem inscripsit *Recherches philosophiques sur les Grecs* P. III. p. 23. ita narrantis: *On disoit de Demosthene, qu' il ne fut éloquent que trois fois en sa vie.* Lepidissime! Sed aenigmatis explicandi caussa haec addit non minus nova, etsi ex iisdem fontibus hausta, quos dixi: *Le philosophe Panétius prétendoit qu' il n' y a de l' éloquence que dans trois harangues de Demosthene, dans celle pour la couronne, celle contre Aristocrate, et celle contre Leptine, que Denys d' Halicarnasse regardoit comme son chef d' oeuvre; mais l' opinion la plus générale a accordé cette prérogative à la harangue pour la couronne.* Immo haec Ciceronis (v. Orat. c. 38.) et aliorum opinio fuit eadem Dionysii. Nam est apud eum ita de comp. verbb. T. V. p. 204. *Λόγος ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ὃν ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων.* Sed addere licet *τῶν δικανικῶν* ex ipso de Thucyd. iudic. T. VI. p. 949. Testes quidem istarum fabularum non citavit Pauwius; cave tamen credas, alios fuisse, quam illos. Videlicet hoc est vetera novo modo narrare.

bus vero, quae rem clarissima luce circumfundere et iudices in
48 quam vellet partem movere possent, occupandis et in usum suum convertendis: ita, ut mirum sit, quid de iisdem rebus Phormio attulerit, si ista omnia Demostheni reliquit dicenda, quum hic nemini post se dicturo quidquam reliquisse videatur.

Est enim haec Oratio ex genere *δευτερολογιῶν*, et is, quem modo nominavi, Phormio priore loco verba fecerat [15]). Illi generi, re ipsa iubente, summa brevitas proposita erat, et nonnunquam, si quis rem a decessore suo ab omni parte illustratam putaret, nudo epilogo defungebatur. Cuiusmodi aliquod Oratiunculae apud Lysiam exstant [16]). Quanquam in gravioribus caussis etiam satis longae Orationes secundo et tertio loco afferebantur, qualis Nostri est contra Androtionem et haec Leptinea. At in talibus vix potuit fieri, quin saepe eadem, quae *πρωταγω-*
49 *νιστὴς* [17]) dixisset, repeterentur, mutatis tantum verbis, ordine argumentorum, aliis id genus. Cuius rei culpa aliqua, si haec culpa dicenda est, ne hanc quidem Orationem caruisse, ex Hermogene intelligi licet [18]). Quid? quod in ea, quanquam rarius

15) Quater ille a Nostro commemoratur in Orat. p. 472, 12. 483, 16. 487, 23. 505, 28.

16) Vid. Lysiae Orationes XVIII. XXI. XXVII. XXVIII. XXIX. ex ordine Taylori. Conf. Hermog. *περὶ τῶν στάσεων* c. 5. p. 30. et *περὶ μεθόδου δεινότ.* c. 27. p. 554. ed. Laurent. cum Gregor. Cor. Comment. p. 944. Ulpian. ad Orat. nostrae init.

17) Scilicet nomina *πρωταγωνιστής*, *δευτεραγωνιστής*, *τριταγωνιστής*, usu a scena ducto, dicuntur de oratoribus seu caussidicis, qui se in eadem caussa dicendo excipiunt et adiuvant. Simili translatione Latini quoque interdum utuntur, quum dicunt *actores primarum, secundarum, tertiarum partium.*

18) *Περὶ μεθ. δειν.* c. 24. p. 551. ubi ostenditur, quibus modis Orator ab aliis ante se dicta proferre possit sine offensione: *Ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ καὶ ἡ τῆς τάξεως μεταβολὴ χώραν ἔχει, ὥςπερ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας. Φορμίωνος γὰρ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου καὶ χρησαμένου τοῖς κεφαλαίοις τῆς διαιρέσεως, τῷ δικαίῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ καλῷ, τῷ τῆς ἀξίας, ἀνέστρεψε τὴν τάξιν μεταβαλών. Πῶς δὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἐν τοῖς περὶ τοῦ λόγου διεξήλθομεν.* Hinc obiter discimus, Rhetorem proprium quiddam in hanc Orationem, fortasse commentarium rhetoricum, scripsisse. Sed ad illa verba, *ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ*, ita Gregor. Cor. in Explicatione Hermog. p. 938. *Ἀπορῆσαί μοι πρότερον ἔπεισι, πῶς προθέμενος ὁ τεχνικὸς διδάξαι, ὅτι ἐν τῷ δικανικῷ ἀλλάσσεται καὶ ἡ τάξις, παράδειγμα ἤγαγε τὸν περὶ ἀτελείας λόγον· εὔδηλον γάρ, ὅτι ὑπὸ τὴν πραγματικὴν οὗτος ἀνάγεται· ἡ δὲ πραγματικὴ τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις τέμνεται καὶ ὑπὸ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος ἀνάγεται μόνη τῶν ἄλλων στάσεων δικανικῶν οὐσῶν. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ σκοποῦ λέγεται δικανικός· ἐπεὶ γὰρ σκοπὸν ἔχει κατηγορῆσαι τοῦ νόμου τοῦ ὑπὸ Λεπτίνου τεθέντος, ἡ δὲ κατηγορία μέρος ἐστὶ τοῦ δικανικοῦ, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ δικανικὸς ὁ λόγος, εἰ καὶ ἡ κατηγορία τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις κατασκευάζεται· ὁ δὲ Φορμίων ῥήτωρ*

et multo crebrius in aliis huius auctoris, eaedem subinde diversis in locis sententiae resumuntur: id quod miretur aliquis qua 50
ratione aures Atheniensium tulerint tam fastidiosae. Sed ego sic omnino statuo, aliter oratione affici legentem, aliter audientem. Nimirum alterum, cui vacat prima cum mediis, media cum extremis conferre, omniaque secum composite revolvere, talis res suboffendere potest; alterum, qui incitate cursum praeeuntis sequitur, non potest; sed latet eum, aut, si minus latet, etiam 51
iuvat. Quin apud auditores, quales Athenis fere essent, in foro atque in iudiciis, id est, homines mire inter se ingenio, moribus et peritia rerum dispares, saepe adeo opus esse potuit gravissima momenta rationum animis et memoriae impensius inculcare et hoc pacto negligentium quoque ac reluctantium assensum extorquere. Qui pro concione ibi voluisset Thucydidius esse, nae illi intempestivum studium magno stetisset [19]). Verum, ut dixi, hic haud facile ulla sententia iteratur, quam non alio atque alio colore inductam novitatis quaedam species commendet. Sed haec et his similia quilibet sine ulla doctrina invenire legendo et existimare poterit: nos agamus id, quod proprium est Grammatici, ut lectori viam aperiamus ad caussam, in qua Oratio habita est, cognoscendam.

Is, quem Noster in ea adversarium habet, Leptines legem tulerat Athenis, ut quas immunitates honoris caussa adhuc bene 52
meritis civibus concedi usitatum esset, eae pariter omnibus, qui eas accepissent, adimerentur et plane tollerentur in reliquum tempus. Iam quum in illa republ. cuique liceret perlatae ac publice fixae legis latorem reum agere, modo ut id intra eum annum fieret, quo rogatio esset promulgata; accusavit ita illum Bathippus quidam, subscriptoribus duobus [20]). Subscriptionis

---

ἦν, καὶ κατηγόρησε καὶ οὗτος τοῦ νόμου τοῦ Λεπτίνου, συνηγορῶν τῷ Ἀφεψίωνι, υἱῷ Βαθίππου, τοῦ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου καὶ πρὸ τοῦ τέλους τῆς δίκης ἀποθανόντος. Κατηγόρησε δὲ καὶ Κτήσιππος, υἱὸς Χαβρίου, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Ἡ δὲ ζήτησίς ἐστι πραγματικὴ ἔγγραφος. Ὁ μὲν οὖν Φορμίων πρῶτον τῷ δικαίῳ ἐχρήσατο· ὁ δὲ Δημοσθένης τῷ τῆς ἀξίας, εἶτα τῷ καλῷ, εἶτα τοῖς λοιποῖς κ. τ. λ. Locum huc transscripsi propter illa, quae habet de genere Orationis nostrae. Haec autem eo pertinent, quod veteres magistri singulas Orationes in aliquod horum trium generum, deliberativi, iudicialis et epidictici, includere solebant. Quam id plerumque temere et parum utiliter factum sit, constat, etiam ex hoc loco. Nihil ergo ista quaestio ad nos.

19) Conf. Ciceronis Brut. c. 83. et Orat. c. 9. At octies Thucydidem ipse Demosthenes descripserat, si vera narravit Lucian. adv. Indoct. T. III. p. 102. Conf. Agathiae Hist. II. p. 48. Venet. Nimirum in magnis scriptoribus aliud legit homo ingeniosus, illorum similis, aliud serva natio imitatorum. Id docent rara in Demosthene vestigia imitationis Thucydidiae. [Conf. Valckenarii Diatr. Eurip. p. 217. B. et Phalarid. p. XVIII. SCHAEFER.]

20) Vid. Orat. p. 501, 8. seqq. et Argum. graec. Sed nusquam illorum duorum nomina leguntur.

enim mos, quem constat Romae fuisse, idem in Attico foro viguit. Sed Bathippo mortuo ante, quam ea caussa in iudicium deducta esset, quum reliqui (incertum, sponte an consilio Leptinis) ab accusatione destitissent, alii duo postea aliquanto, certe anno illo elapso, exorti sunt, qui legis tanquam vitiosae et perniciosae abrogationem commoverent. Illi duo fuerunt Aphepsio, filius Bathippi, et Ctesippus, Chabriae, clari imperatoris [21]). Et huic
53 quidem id negotium proprium fuisse propter immunitatem patri datam satis declarat is Orationis locus, qui est de laudibus Chabriae [22]): de Aphepsione nihil tale neque hic neque alibi proditur. Sed omnino huius hominis non magis quam Bathippi ulla memoria exstat; alterum tanto novimus melius [23]). Maior
54 autem natu, Aphepsio, *συνήγορον* habuit Phormionem, Oratoret [24]): minor, Ctesippus, Demosthenem, qui caussam receperat

21) Sane ex Demosthene de his duobus tantum constat. Auctor tamen brevioris Argumenti a nobis omissi, quem Libanium ferunt, sic scribit: *Φορμίων, καὶ Κτήσιππος, ὁ Χαβρίου παῖς, καὶ τινὲς μετ' αὐτῶν, οἷς συνήγορος Δημοσθένης γίνεται.* At homini huius familiae parum fidei habuerim.

22) Vid. p. 479, 17. seqq.

23) Praecipue ex Plutarch. Phoc. p. 744. E. et ex Athenaeo IV. p. 165., apud quem Diphili, Timoclis et Menandri versus de Ctesippo proferuntur. Postremi poëtae fragmentum est ex fabula *Ὀργῇ*, quam omnium primam docuit Olymp. 114, 4. ut est apud Euseb. in Chron. Conf. Corsini Fastorum Att. T. IV. p. 54. seq. Fragmentum intulit in Menandrea sua Clericus p. 136. Perditissimus nebulo fuit iste filius herois et omni generi luxuriae et nequitiae deditissimus. Eo denique processit improbitatis, ut, quum bona sua omnia prodegisset, etiam lapides divenderet de monumento, quod patri populus Athen. impensa 1000 drachmarum exstruxerat. Inde nomen eius apud Comicos, etsi tum modestos et minime maledicos, in proverbium cessit et quodammodo commune factum est asotorum. Neque vero Phocio, hominis corrigendi cura propter amorem patris suscepta, quidquam videtur valuisse ad eius pervicaciam expugnandam. Sed haec omnia mea quidem sententia post tempus huius Orationis acciderunt, cuius tempore plane non dubito quin Ctesippus prima adhuc aetate fuerit et ambigui ingenii. Huc et alia me deducunt, et anni poetarum, quos citavi. Ceterum ipsum quoque patrem, Chabriam, nomine *ἀσελγείας* notavit Theopompus in Philippicis, teste Athen. XII. p. 532. B., quod, ut alia eiusdem Theopompi, in libellum suum transtulit Cornelius Nepos. [Conf. not. ad p. 479, 17. SCHAEFER.]

24) Itaque propter ordinem aetatis in foro Attico observatum et ipsi Aphepsioni et actori eius debebatur prior locus dicendi, *ἡ πρωτολογία*. Vid. Argum. nostrae Orat. et Androtianae et conf. Hotom. ad Cic. Divin. in Caecil. c. 15. De Phormione dubito an ullus praeter Nostrum vetus auctor mentionem habeat. Et quis miretur, in tanta turba Oratorum, quam illa aetas tulit, plurium, neque tum obscurorum, nomina vel obscurata esse, vel prorsus intercidisse? praesertim si qui nihil scripto mandassent. At hoc posterius an ad Phormionem et hanc eius Orationem pertineat, ambigere licet propter Hermogenem tali modo loquentem l. c., ut ipsa illi prae manu fuisse videatur.

vel propter rempubl., vel mercede, qui tum mos erat, vel vinculo nescio quo cum illo coniunctus [25]). In quo id mirabile accidit, quod in tam longa Oratione ne semel quidem clientis 55
nomen legimus: sicubi nominandus erat, Chabriae filius vocatur [26]). Sed eius rei, quae propter caussam hodie prorsus ignotam fieri potuit, si modo ulla de caussa et non fortuito potius facta est, eius, inquam, rei rationes operose exquirere velle alienum duco et prope ineptum [27]). Sufficit tenere, quod ex 56
Ulpiano et aliunde cognoscimus, Ctesippi nomen homini fuisse [28]). Et quidquid est, ab ipso auctore, Demosthene, habitam Orationem esse, non a filio Chabriae, sicut alteram a Phormione, non ab Aphepsione, id ex iis, quae hactenus passim diximus, planissime apparet [29]).

Sed ante omnia breviter docendum, quo tempore actio a

25) Id vinculum olim nonnulli putarunt amorem matris Ctesippi fuisse. Rem narrat Plutarch. in Vita Demosth. p. 853. A. *Τὸν κατὰ Ἀριστογείτονος αὐτὸς ἠγωνίσατο, καὶ τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν διὰ τὸν Χαβρίου παῖδα Κτήσιππον, ὥς φησιν αὐτός· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τὴν μητέρα τοῦ νεανίσκου μνώμενος· οὐ μὴν ἔγημε ταύτην, ἀλλὰ Σαμίᾳ τινὶ κ. τ. λ.* Conf. Ulpian. ad Orat. p. 477, 12. At nihil huius rei habet Dinarchus Or. contra Demosth. p. 74., ubi orationes a Nostro dicit mercede conscriptas esse *ὑπὲρ Κτησίππου καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν.* Quem locum huc potissimum refero nihil moratus Reiskii animadversionem, tametsi non negarim, forsan in aliis quoque caussis, quas ignoramus, Ctesippo eidem Demosthenem se *συνήγορον* praebuisse. Quid autem? Nihilne caussae fuit Dinarcho, cur duos istos ex tot aliis nominarit? Immo putem fuisse. Certe Phormionis, qui Pasionis fuit libertus et diversus haud dubie ab eo, qui in Or. *ὑπὲρ δανείου* compellatur, Phormionis igitur illius patrocinium dedecori fuisse Nostro, patet ex Plut. l. c. p. 852. F., et probabile nobis fit ex ipsa Orat. pro Phormione p. 958. [ed. Francof.] et duabus seqq. in Stephanum.

26) Vid. p. 457, 2. 479, 17.

27) Apud Athen. IV. p. 166. B. est suspicio, iuvenis nomen ab Oratore celatum de industria esse ob eius publicam ex moribus infamiam. Non id equidem arroganter reiicio, sed admodum dubitare me fateor propter ea, quae paullo ante de temporibus scripsi. Penitus suspicionem reiicit Ulpian. ad p. 457, 2. Qui quam ipse affert rationem, ea satisfacere fortasse videbitur iis, qui rem forte fieri potuisse negarint. Nam et alibi legimus pueros et adolescentes, nullodum suo merito claros, vulgo non suis, sed patrum nominibus appellatos.

28) Iis, quos testes dedi in antecedentibus notis, accedit Aristid. Declam. Lept. §. 107. Etsi ibi *Καλλίππῳ* est in Cod. Marc. Recte vidit Morellius, quid librario ante oculos fuerit.

29) Animadvertere id operae putavi propter Androtianam, Timocrateam, Aristocrateam, alias in privatis caussis a Nostro scriptas, quas constat in suggestum attulisse eos, quibus scriptae essent. In tali genere cavendum, ne temere ea, quae sunt aliorum et diversorum hominum, ad Demosthenem eiusque res ac vitam referamus. Nonnunquam id a viris doctis factum vidimus.

duobus illis instituta et haec Oratio habita sit. Qua de re partim apud ipsum, partim alibi iudicia sunt eiusmodi, ut de ipso
57 quoque anno liqueat. Ac primum quidem ex eo loco, ubi Lacedaemoniorum et Thebanorum meminit [30]), facile intelligitur, Athenienses tum hostili publice in hos animo, cum illis autem iunctos amicitia fuisse, sive ea vera fuerit, sive temporis caussa simulata. Quippe ibi manifesto studio res et instituta Lacedaemoniorum excusantur, omnique modo quasi colorantur, quum Thebani, tanquam populus omnis humanitatis expers et improbitate infamis, notentur acerbissime. Quo modo populi iudicia prodi, non Oratoris, quis dubitet? Itaque si trium illarum civitatum de principatu inter se certantium vel civiles vel bellicas res et harum tempora attenderis, utrumque iudicium reperias optime ad id temporis congruere, quod Leuctricam pugnam proximo
58 intervallo secutum est [31]). Quoniam enim per hos annos Lace-

30) Vid. p. 489, 26. seqq. Conf. p. 506, 16.

31) Summatim hic a studiosis repetenda sunt, quae hunc tractam temporis notabilem fecerunt. Primum est proelium apud Leuctra factum Olymp. 102, 2. Ea prima caussa fuit odii Atheniensium in Thebanos, inflammati deinde horum superbia et imperandi libidine. Vid. Demosth. de Cor. p. 475. C. [ed. Francof.]. Mox Megalopolis in Arcadia conditur et Messenii, auctoribus Thebanis, in Peloponnesum redeunt Olymp. 102, 3. Iam Thebani tum bellum in Thessalia gerentes deseri coepti sunt a sociis gravate ferentibus illorum dominationem: Athenienses autem contra Thebanos cum Lacedaemoniis societatem et foedus faciunt, quo inprimis imperium maris recuperant Olymp. 102, 4. Dein Olymp. 103, 2. Thebani auxilium Persarum expetentes ad potentiam suam augendam ad Artaxerxem legatos mittunt, Pelopidam et Ismeniam. Olymp. 103, 3. occupatur a Thebanis Oropus, oppidum in confinio Atticae et Boeotiae situm. Olymp. 104, 2. pugna fit ad Mantineam, qua penitus concidunt Spartanae vires, nec ipsi tamen multum iuvantur Thebani, praesertim orbati consiliorum suorum omnium principibus, Pelopida et Epaminonda. Ex adversa fortuna utriusque populi iam vires colligit resp. Attica, validior etiam novis copiis navalibus receptaque multitudine sociorum tributa pendentium. Ac sane resp. ad pristinam magnitudinem rediisset magnorum quorundam civium adiuta consiliis, si non duos insidiatores peraeque infestos aluisset, morum publicam pravitatem et Philippum Macedonem. Hic, regno Olymp. 104, 4. occupato primum artes suas callide tegere, amicitiam quoque cum Atheniensibus pangere. Olymp. 105, 2. Idem tamen paullo post amicis Pydnam et Potidaeam eripit Olymp. 105, 3., aliaque mox in Graecorum libertatem machinatur, quae non sunt huius loci. Interea socii novo iugo Atheniensium nimium pressi, Chii, Rhodii, Coi et Byzantii, bellum movent (τὸν πόλεμον συμμαχικὸν *)), quod grave inprimis exstitit vectigalibus reipubl. Ducitur illud per tres fere annos, neque pax insecuta Ol. 106, 1. opes statim reddidit. Hinc proximis annis querelae de afflicta conditione rerum Atticarum. Et tantum quod profligatum bellum sociale erat, quum aliud exarsit, quod sacrum vocant, omni Graeciae funestissimum. Quanquam eius calamitates Attica minus sensit. Sub huius belli initia Demosthenem ad rem-

*) Immo τὸν συμμαχικὸν πόλεμον. SCHAEFER.

daemonii gravissima clade afflicti Atticae civitati aemuli poten-
tiae desierant esse, Thebani contra ad summum imperium cele-
riter gradum facientes omni Graeciae impotentem dominatum
minabantur; horum odium et metus ipsa vicinitate Thebarum
auctus Athenienses callidos rerumque peritos facile eo perduxit, 59
ut ad illorum amicitiam se applicarent cum iisque societatem
coniungerent. At haec nimirum nimis vaga sunt. Neque etiam
magis certa ratio iniri potest ex iis, quae Orator de publica in-
opia Athenarum et exhausto aerario queritur [32]). Opportune alia
sunt in promtu, quae nos ad illud, quod quaerimus, propius 60
ducant. Nam res memorantur Olympiadis 105, Pydna videlicet
et Potidaea a Philippo occupatae et interitus Chabriae, qui in
primum annum belli socialis incidit [33]). Tum alia proximae 61
Olympiadis succurrunt, Dionysius filius e regno expulsus a
Dione et Leuco tyrannus Bospori ut quum maxime opibus
florens atque imperio [34]). Atqui hunc principem Olymp. 106, 3.
mortem obiisse apud Diodorum perspicue traditum est. Iam in

---

publ. accessisse, a Dionysio et aliis memoriae proditum est. Sed hactenus haec.

32) Orat. p. 464, 15. 492, 3. Continuo tamen haec faciunt, ut versari tibi videaris in tempore belli socialis vel proxime insecuto. Sic vero mireris Oratorem, si de classibus (περὶ συμμοριῶν) oravit Olymp. 106, 3., quae Dionysii Halic. sententia est, qua tandem ratione ibi p. 136. C. [ed. Francof.] Atticas opes ceteris civitatibus prope omnibus aequiparare potuerit. Sed ita saepe Oratores temporis caussa de republ. sua elatius dicunt, quam pro vera conditione rerum. Quanquam ne illud quidem omnino falso dictum videtur. Illo autem tempore quam summam quotannis in rep. Attica reditus publici confecerint, neque ex Oratoribus nec, quod sciam, aliunde liquet. Certe locus in Philipp. IV. p. 100. E., ubi vectigalia civitatis summam 130 talentûm non superare dicuntur, ad superiora tempora pertinet, si qua omnino fides est Orationi illi, quam Orationem Valckenarius, plane me probante, suspectam habet in Not. ad Orat. suam de Philippo Maced. p. 251. Multo potius fidem habendam putem auctori inter Plutarchea de Vitis X Orr. T. II. p. 842. E., qui narrat, reditus a Lycurgo auctos esse ad 1200 talentûm, quum prius fuissent 60. Nam coniecturae Meursii de Fort. Att. c. 7. non multum tribuo. Id vero mihi non dubium est, Lycurgi, qui Orator per 12 annos aerario praefuit, administrationem hanc tempori assignandam esse Oratione nostra posteriori, ita ut bona vota Demosthenis eventum suum potissimum per hunc virum habuisse videantur. De eius cura vectigalium reipubl. fructuosissima vide quamvis diverse narrata apud Plutarch. l. c. p. 841. B. et 852. B. coll. Taylori Praef. ad Lycurgi Orat. et Wesseling. ad Diod. Sic. XVI, 88.

33) Vid. p. 475, 15. et p. 481, 13. et ibi Comment.

34) Vid. p. 506, 22. et p. 466, 12. seqq. Ibi in Commentario leguntur, quae de hoc Leucone cognita habemus. Ἄρχοντα eum Demosthenes appellat, non τύραννον, quippe hominem gratiosum et eum, cuius in rempubl. merita extollere studet, gratiore Atticis auribus et liberae conditionis nomine commendans. Ita saepius faciunt Oratores.

62 cumulum accedit locus Dionysii Halicarnassei [35]) hanc de immunitatibus Orationem testantis habitam esse Callistrato Archonte, h. e. Olymp. 106, 2. ab U. C. 399. a. Chr. 355. Adeo nihil
63 dubitationis relictum videas, quin actionis tempus atque ipsum etiam annum teneamus [36]).

Atque hac eadem opera hoc quoque liqueret, quo anno lex esset a Leptine lata, si, quam pridem ea tum obtinuisset, quum hac Oratione impugnaretur, a nostro aut alio scriptore proditum exstaret. Verum nulla adest talis significatio, id quod coniecturae locum aperit. At Athenis cuique idem ius fuit, legem perlatam et brevissimo intervallo et decem vel viginti annis post ad novum iudicium devocare. Fuit utique id liberum cuique facere, quocunque tempore vellet. In hac autem lege, quam non paucis damni plurimum dedisse necesse est, numne credibile fit, rem
64 ab illis post mortem primi accusatoris esse dilatam aut segniter

35) Locum, quo et superius utebamur, nunc totum damus ex Epist. ad Ammaeum p. 724. *Οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι, τὸ ψήφισμα παρανόμων· καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος.* Postremus in hoc loco numerus tum aliis vitiatus videtur, tum Tayloro ad Or. in Androt. p. 659. Omnes pro anno XXV. rescribi iubent XXVII., advocato etiam Gellio XV, 28. Itaque simul praecedens numerus XVII. corrigendus erat. Falluntur viri optimi. Ex computatione Dionysii Demosthenes natus est Olymp. 99, 4. Demophilo Arch. Ergo quum extremo anno, non ineunte, in lucem editus sit, idem Timocrate Arch. (Olymp. 104, 1.) dici debebat *agere* annum XVII., et Callistrato Arch. (Olymp. 106, 2.) *complesse* annum XXV., id est, *agere* a. XXVI. Interest nimirum aliquid inter verba *ἦν ἐμβεβηκὼς ἔτος* et *ἔτος ἔχων*, quod posterius idem est ac *γεγονώς*. Attamen Dionysii ipsa sententia de natali anno Oratoris vera non est, quamvis eam et Plutarchus sequatur in Vit. Demosth. p. 848. A. et hodie doctorum plerique omnes. Ostenderunt id S. Petitus de Legibus Atticis p. 267. et Corsin. Fast. Att. T. II. p. 139., et nos idem agemus alibi tollendis variis in ea re dubitationibus. Interim cum illis sequimur scriptorem de Vit. X Orr. p. 845. D., qui natalis anni Archontem Dexitheum prodit, summum magistratum Olymp. 98, 4. a. Chr. 385. Proinde Demosthenes quum Leptineam Or. habebat, annum agebat XXX.

36) Eandem rationem, h. e. ipsum Dionysium Halicarnasseum, sequitur Anonymus, quem vocant, in *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ* p. 326. Ab ea longius abit Photius in loco, quem exscripsi in Comment. ad p. 457, 1. Nihil tamen ibi corrigendum, nisi forsan *πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη*, vel ne hoc quidem. Erroris caussa manifesta est ex iis, quae modo de computatione Dionysii monui.

actam? Etiam hoc amplius. In tota Oratione nullus locus est, qui nos cogat ademtionem immunitatum e Leptinis lege iam tum perfectam, aut quenquam praemio suo iam tum spoliatum putare. Immo nonnullis in locis Demosthenes ita loquitur, ut solemus, quum imminentis, nondum factae, rei malis proponendis homines ab ea facienda avertimus; nec usquam, quod solet in hoc genere, legis incommoda ullo argumento ab experientia ducto demonstrat. His igitur de caussis veri mihi videtur simile, legem Elpine Archonte, h. e. Olymp. 106, 1. latam esse, statimque insequenti anno hac actione petitam [37]).

Ipsum argumentum et capita legis ex nullo veterum, praeterquam ex hoc Nostro, cognita habemus; etsi ne ipse quidem
totam sententiam eius uno tenore retulit. Opus est ergo coa- 65
gmentari ea, quae pluribus in locis sparsa leguntur, tanquam
verba Leptinis. Unde efficitur, si modo ab Oratore nihil omissum est, conceptam legem fuisse hisce verbis [38]):

Λεπτίνης εἶπεν· ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων, ἁπλῶς μηδένα, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ δήμῳ αἰτηθέντι τὴν ἀτέλειαν δοῦναι. Ὃς δ' ἂν αἰτήσῃ, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία, ἔστωσαν δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγαί· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ.

Patet, per hanc legem immunitate fraudari, quoscunque ea unquam populus Athen. donasset, excepto nemine praeter posteros Harmodii et Aristogitonis. His duobus enim honores sui integri
a Leptine relinquuntur, prudenti illud consilio. Ita celebrata et
sancta etiam tum erat tyrannicidarum illorum memoria apud 66
bonum quemque et patriae amantem, ut verendum esset, si quis vel ipsos, vel aliquem ex posteris eorum ullo genere iniuriae afficere voluisset, ne eum omnes malum hominem, ne dicam pro-

---

37) Pro Elpine plerique male scribunt Elpinicen. Ipsa opinio mea de anno latae legis non est nova, ut nunc video Petitum tractans LL. AA. p. 381. Sed is non habet, quo eam confirmet, nisi verba Argum. graeci p. 453, 13. *μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐπέστη κατήγορος Ἀφεψίων, υἱὸς Βαθίππου κ. τ. λ.* Quodsi quis illa, *μετὰ τὸν ἐνιαυτόν*, aliter accipi non posse putat, omninoque Anonymo isti aliquid in hoc auctoritatis tribuit, certam rem esse sibi persuadeat. Ego probabilem opinionem attulisse satis habeo.

38) Vid. p. 457. 466. 495. 504. Ex iisdem locis, non ex alio fonte, sua hausit auctor Argum. graeci, sed minus fideliter in nonnullis; ita, ut ex eo legem augeri nolim. Sic nihil est in Oratore de Archontibus lege solutis; etsi hoc non est improbabile. Alia passim habet Aristides in Declamatione, quae Morellius ad legem referenda putat, velut §. 23. Sed ne hoc quidem ausim.

ditorem libertatis, iudicarent. Meruerant autem illi plurima et amplissima praemia, statuas aeneas, honoratiorem in publicis consessibus locum, victum Prytanei, immunitatem, alia, partim novo exemplo, ex quibus pleraque etiam posteris propria manebant [39]). Sed ceteros omnes, ut dixi, lex Leptinea alligat plane rigideque vetans immunem esse quenpiam *μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων*. Quibus vocabulis tribus comprehenduntur, quotquot liberos incolas habuit regio Attica. Primum *πολῖται* sunt illi, qui, vere et optima conditione cives, omnibus iuribus et commodis reipubl. fruebantur. Vulgo iidem vocantur *ἀστοί*. Contra *ξένοι* vel ii sunt, quos proprie dixerunt, peregrini, Athenis commorantes aliquamdiu, vel qui alias nomi-
67 nantur *μέτοικοι*, latine hodie vertunt *inquilinos* seu *municipes*, utrumque minus congruenter, ut fit in his rebus. At quaeri potest de voce *ξένος*, utro sensu in lege dicatur. De quo vix nostrum esset iudicare, si Leptines, quod in Oratione innuitur, ex ambiguo fallaciam quaesivisset. Verum non nimis tamen dubitem, quin vocem praecipue ad *μετοίκους* referri voluerit [40]). Fuerunt autem *μέτοικοι* illi vel ipsi, vel illorum progenies, qui, relicto
68 patrio solo, in Atticam migraverant, non ad tempus illi quidem, sed ita, ut fide publica domicilium ibi ac sedem fortunarum constituerent; fuitque haec turba utilissima civitati. Nam exercebat praecipue praeter ceteros opificia, artes et mercaturam, sequebatur militiam, inprimis navalem, reipubl. quotannis pendebat decem vel, quod probabilius est, duodecim drachmas *μετοικίου* nomine, et quasdam praeterea operas praestabat [41]).

---

39) Statuae H. et A. in foro positae ad sera tempora manserunt. Nam quum ablatae essent a Xerxe, instauratae postea sunt Olymp. 75, 4. Vid. Meursii Pisistr. c. 14. et Corsini Fast. Att. T. III. p. 171.

40) Haud scio an nulli antea hoc observatum sit, simplici nomine *ξένων* vocari *μετοίκους*. Scripsi id autem Aristophanis auctoritate Equitt. v. 347., ubi est *κατὰ ξένον μετοίκιον*, et ipsius Demosthenis, cuius locum notavi in Comment. ad p. 463, 8. At distinguuntur alibi ab Atticis diserte *ξένοι* et *μέτοικοι*, ut a Xenoph. Hellen. V, 1, 12. Nimirum alia potestas nominis *ξένοι* latior est, alia angustior. Hanc vulgo sequitur usus loquendi: illa et locis, quos indicavi, confirmatur et ratione. Res quodammodo illustrari potest collato latino nomine *peregrini*. Et hactenus non male Diodorus Sic. XIII, 97. videri debet scripsisse: *τοὺς μετοίκους καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι*. Etiam *ξενίας γραφὴ* in iure Attico potissimum ad *μετοίκους* pertinet. Similiter *μέτοικοι* duplicis generis sunt, alii, quos dixerunt proprie, alii *ἰσοτελεῖς μέτοικοι*. Nam sic plene dicuntur peregrini, qui populi beneficio ornati sunt *ἰσοτελείᾳ*. De qua continuo exponam.

41) Drachmas 12 posui tum aliis de caussis, tum propter notam auctoritatem Isaei, quae difficilius corrumpi potuit, quam loci Ammonii et Hesychii. Quod propter Valckenarium monebam. Et idem, Ammonium explicans, non meminerat fortasse loci Xenoph. de

Atque erant in hoc numero, quem constat saepe magnum fuisse,
familiae ditissimae et honestissimae [42]): nihilo tamen secius illi
plane exclusi erant a republ. administranda, atque adeo civium, 69
quorum quisque, ut in libero populo, videbatur sibi rex esse,
indignis vexationibus obnoxii. Media inter hos utrosque et eximia conditione fuerunt *ἰσοτελεῖς*. Nec raro *μέτοικοι*, qui genere, opibus, bona fama eminerent, vel facto aliquo gratiam apud populum iniissent, *ἰσοτελείας* honore dignabantur [43]). Id praemium solvebat eos operis omnibus, quas in *μετοικίᾳ* praestiterant, neque iam *μετοίκιον* pendebant, at tanto plus tributi, utpote hac in re prope aequati civibus optima lege; ut honorem illi suum magno pretio emisse videantur. Tametsi nihil caussae
reperio, cur iis ipsa vi huius praemii suffragium impertitum esse, 70
aut omnino ad curam reipubl. accedere licuisse neges, si modo a magistratibus et similibus honoribus discesseris [44]).

Vectig. II, 2., unde clare apparet, et terra et mari *μετοίκους* stipendia fecisse. Sed sananda sunt Xenophontis verba Wesselingii ad Petitum LL. AA. p. 654. emendatione, *μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος αὐτῶν*, pro eo, quod vulgatur, *ἀκών*. Alia nunc omitto de conditione *μετοίκων*, etiam locum Demosth. in Androt. p. 708. B. [ed. Francof.] a nemine notatum, notabilem tamen. Ceterum de operis eorum, ex quibus *σκαφηφόροι* vocantur et rel., nota sunt omnia.

42) In recensu incolarum Atticae, quem Demetrius Phalereus egit, inventi sunt *μέτοικοι* 10000, cives 21000, servi 400000. Ctesicles in illustri loco Athenaei VI. p. 272. C. Ergo non mirum est, Xenophontem eos maiore cura dignos censuisse l. c. Cephalus, vir bonus et locuples, idem quem Plato in sermone de Republica induxit, Athenis vixit *μέτοικος*, eiusque filius, Lysias, *ἰσοτελής*. Vid. Lysiae Orat. XII. et Plut. Vit. X Oratt. p. 836. A.

43) Fuit, quum omnes simul *μέτοικοι* civitate donarentur, quod Olymp. 94, 3. factum narrat Diod. Sic. l. c. Idem antea fecerat Clisthenes, qui *μετὰ τὴν τῶν τυράννων ἐκβολὴν πολλοὺς ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους*. Aristot. Polit. III, 1. p. 141. Couring. Sed ibi, nisi quod gravius vitium subest, cum Lambino scribendum censeo, inserta copula, *δούλους καὶ μετοίκους*.

44) Immo rem ita fuisse docerem, si alienis proposito tractandis lectorem ducere vellem. *) Miror enim, cur Valckenarius cum reliquis, qui haec tractarunt, plane neglexerit Ammonii sui verba, hausta e perito auctore, in v. *ἰσοτελής*. *Πάντα ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις πλὴν τοῦ ἄρχειν*. Ne τὸ *δικάζειν* quidem Grammaticus excepit. Quam vere, nescio. Nec tamen id nescio, ex hac classe ab ipsis civibus *διαιτητὰς* sumtos esse, qualem Theodotum *ἰσοτελῆ* apud Demosthenem legimus in Phorm. p. 948. B. [ed. Francof.]. Ceterum conf. ad haec Pollux III, 56. et VIII, 155. Harpocrat. vv. *μετοίκιον*, *προστάτης*, *ἰσοτελής*. Petit. LL. AA. p. 246. seqq. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 112. Ruhnken. ad Timaeum p. 110. Zeunii Not. ad Xenoph. l. c. Quanquam post haec omnia vis et ratio *ἰσοτελείας* non satis clara est, partim veterum ipsorum culpa. At prorsus diversam eam fuisse ab *ἀτελείᾳ* apertum est. Confudit has res Potterus Archaeol. gr. lib. I. c. 10., qui plura ibi falsa docet, aut e Petito suo trahit.

*) Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 78. SCHAEFER.

Plura autem ex his ea lege dari solebant, ut ad filios et posteros tanquam hereditatis iure cederent [54]. Certe immunitatis dandae, quod donum pervulgatius a bello Peloponnesiaco factum videtur, vix fuit alia conditio. Itaque quum plures nunc superstites essent posteri eorum, qui immunitatem olim meruissent, plures deinceps eam facili populo consequerentur; nonnulli etiam, in his improbi homines nulloque suo merito noti, dolo et fraude usurparent [55]), publice vero summa esset inopia: Leptines
76 videri potuit e republ. facere, quod pravam consuetudinem lege ferenda aboleret.

Sed age, quo melius statim totius caussae constitutio pateat, inseramus huic loco argumentum Orationis. In quo sic versabimur, ut primum eas rationes, quas Leptines ipse, vel ii, qui eius partes sequerentur, videantur attulisse, deinde adversarias Oratoris nostri brevi in conspectu ponamus. Non omnia enim persequemur, sed libabimus res summas, quae maxime caussam faciunt, nec plane eo ordine, quo apud Demosthenem leguntur, sed saepe ad arbitrium nostrum mutato. Ceterum operae pretium faciet, qui, quo loco quaeque ab illo prolata sint, diligenter spectarit, qua in re artis plurimum reperiet. Sed iam prodeat (nam obliqua narratione non utemur perspicuitatis caussa) prodeat, inquam, ipsum celebre par, contra positis argumentis certans. Primum Leptines:

„Videntur brevi tempore defuturi esse, qui liturgiis fungantur, quandoquidem nimis multi, immunitate ornati, ab hac functione et cura se subtrahunt.“

„Iam munera fere ad inopes reciderunt, ditissimo quoque ea defugiente. Quare lege opus est, quae inopi multitudini onus levet, divites cogat opes suas in usum reipubl. conferre.“

77 „Neque enim decet privatos ex immunitatibus divitias quaerere, quum respubl. in summa difficultate numaria sit.“

„Sunt inter eos, quibus populus hoc praemium impertiit, multi parum eo digni, sive quod illud omnino praeter meritum acceperunt, sive quod acceptum vita et moribus dedecorant.“

„Quod quoniam saepe nobis extortum est fraude malisque artibus, quo res certius caveatur in posterum, ita sanciri legem oportet, ut sibi ipse populus in perpetuum interdicat immunitatum dationem, ac poenae proponantur, si qui petat.“

„Ignotum est hoc praemii genus Lacedaemoniis et Thebanis, nec apud hos tamen non boni viri exstiterunt, deque patria prae-

54) Inprimis σίτησις, interdum et προεδρία. Eadem ratio fuit προξενίας et εὐεργεσίας, de quibus v. Comment. ad p. 475, 10. et 497, 8.
55) Vid. p. 496. Et alios eiusdem notae homines fortasse addidit Leptines aut syndici.

clare merentes. Neque opus omnino hac invitatione ad bene de
republ. merendum esse, maximo est argumento, quod ne ipse
quidem populus Athen. eius olim usum habuit. Immo tum,
quum respubl. maxime florebat civium studiis, praemia erant
tenuissima."

„Cetera, quae apud nos usitata sunt, statuas, victum Prytanei,
alia, integra et intacta reliqui rogatione mea; unum et
minus illis sustuli, immunitatem: ne quis mercedem virtuti a
me detractam calumnietur."

„Denique liturgiae illae, quarum immunitas esse solet, spe- 78
ctant quodammodo ad sacra. Sacris autem muneribus quenquam
vacare nefas est."

Plura ex his sane speciosa sunt et apta ad persuadendum.
Sed Demosthenes opponit ea, quae vel nuda omnique oratorio
ornatu detracto hodie legentem sollicitare possint, ornata autem
populum nullius rei praeter laudem avarum plane in contrariam
sententiam deflectere debuerint. Sunt enim haec fere:

„Turpe est fidem violare, praesertim publice datam, et in
ea republ., qua illustrior nulla unquam fuit exemplis liberalitatis
et cuiusque generosae virtutis, quae civitas gloriae caussa nullo
tempore nec sumtibus pepercit, neque ad atrocissima pericula
expavit. Violamus autem fidem gravissime, si revocamus praemia,
quae olim dedimus, populiscitis sanximus, insculpenda
columnis curavimus. Itaque si vel maxime immunitas sublata
reipubl. opes augeret, tamen ne sic quidem Leptinis lex tenenda
esset. Omni enim compendio maius detrimentum infligit ea nomini
Attico, notasque infamiae inurit nobis, tam singulis, quam
universis. Ac monumenta illa, quibus fides nostra inscripta est,
si auctoritas iis integra manebit, monumenta nobis erunt praeclari
moris publici: sin autem — eadem illiberalitatem, invidiam 79
et improbitatem nostram apud omnes homines testabuntur."

„Sed leve compendium est, quod tanta fraude commutare
sustinemus. Multo sunt pauciores, quam Leptines putat, quos,
praemio illo adhuc usos, in posterum ad munera obeunda adigere
liceat. Ditissimus quisque enim trierarchia et tributis bellicis
faciendis distinetur: at hi de vetere more solennibus muneribus
vacant. Inopes vero inopiam suam habent ultimum et acerrimum
telum, quo se a nova lege defendant. Sic relicti nobis sunt mediae
sortis homines, qui numero pauci sunt. Atque omnino qui
ex civibus immunitate fruuntur, ii sunt vix quinque vel sex;
et ex inquilinis ad summum decem [56]). Sed sumite, ex utra-

56) Dubites, an haec computatio a Demosthene bona fide facta sit, maxime de civibus. Nam si ipsam Orationem sequamur in iis, quae de immunibus civibus habet, horum maior numerus colligetur. At esset mirum tamen in tali re fallere velle populum.

que classe confici posse triginta. Quid lucri erit? aut quantulum levamenti tantulus numerus multitudini praestare poterit? praesertim quum illos ne in singulos quidem annos lucremur, sed universe."

80 „Respubl. nihilo fit opulentior immunitatibus tollendis. Non enim aerarium attinent impensae, quae in solennia numera fieri solent. Quid? quod, si qui ex immunitate sibi divitias pararunt, ea res etiam in commodum cedit reipubl., quoniam, quidquid lucri fecerunt, ad rei bellicae necessitates conferre queunt. Adeo ex hoc dono respubl. nihil damni contrahit, ut ipsa inde magnum fructum percipere videri debeat."

„At multi sunt indigni. Audio. Sed primum dignus aliquis sit dono nostro, an minus, nunc sero quaeritur; quaerendum id fuit tum, quum quisque donabatur. Nam prudentis est nihil omnino dare, quod olim poenitere possit; inconsiderati ac maligni ea, quae semel dederit, sine magna caussa repetere. Deinde ipsum hoc, an quis dignus praemio sit, publice secus iudicandum, quam privatim in communi vita solet. Si quis enim civitati sua opera utilitatem vel salutem attulit, sit ille ignobilis, sit cetera vitiosus, tamen publice ipsi honor et remuneratio debetur. Facto hominis merces redditur, non vitae, non moribus. Praeterea per se iniustum est propter malos quosdam aut indignos, quibuscum iudicio experiri licet, praemia omnibus auferre, et iis quoque, quos omni ex parte dignissimos esse nemo negarit.
81 Tales autem inter eos, qui immunitate a Leptine fraudantur, plures sunt, seu olim de republ. praeclare meriti, seu etiam nunc merentes. Nam quod nonnulli ex numero illorum iam non vivunt, nihil id nostram fidem mutare potest. Vivunt eorum liberi aut posteri, quibus quae a nobis iniuria imponitur, ea non ad hos minus, quam ad ipsos parentes, pervenire putanda est. Ita ista lege iniuria afficiuntur viri summa gloria meritorum clari, a quibus restitutum et auctum insigniter hoc imperium est: in his Conon, haud minor ipso Themistocle, et Chabrias, tot tropaeorum de hostibus nostris auctor, dux felicissimus, et alienae vitae in periculis providus, idem suae prodigus gloriose. Tum etiam non desunt, quibus nuper demum immunitas coepit fructuosa fieri, quando donum patribus olim honoris ergo datum, sorte mutata, ad vitam tolerandam factum est necessarium. Denique est, qui vivit adhuc et prope videt ea, quae agimus, Leuco, Bospori rex, cuius in rempubl. nostram maxima merita exstant et augentur in dies. Quid, si ille, quum fractam a nobis fidem audierit, ipse suam quoque liberam putabit? Quid, si immunitatem, si alia, quorum usus nobis necessarius est, revocabit?"

„Populus huius doni tribuendi ius sibi interdicere nullo pacto potest, nisi forte simul alia omnia, quorum potestatem
82 habet, sibi erepta vult. Nam per eandem speciem, qua Leptines

ad illud utitur, nulla reipubl. pars est, quae non populo prima quaque die eripi possit cum summo detrimento libertatis."

„Nihil efficitur exemplis aliarum civitatum, nedum talium, quarum instituta a libertate abhorrent. Nec plus valet ipsorum maiorum nostrorum consuetudo. Nam quum eos satis constet adversus suorum merita non ingratos fuisse, si alia ac nos, si etiam minora dederunt, fecerunt illi ex ea, quae tum erat, institutorum et morum ratione; neque omnino verum est nihil illos nisi parva dedisse. Unum eorum hoc est dignum imitatione nostra, quod honorem nullum revocarunt, quem semel dederant."

„Quod Leptines praemium immunitatis tenue dicit esse, vere dicit. Perexiguum quiddam est immunitas; sed propter hanc ipsam caussam revocanda non est. Praeterea quod obvertit, cetera praemia a se relinqui, unum tolli: primum nihil id iuvat eos, qui forte hoc uno affecti sunt. Deinde non minus laborabit fides publica, si unum genus tollatur, quam si omnia. Denique reipubl. id ipsum expedit, alia aliis praemia proposita esse, ut virtutibus et beneficiis civium minus splendidis, qualia vel optatissima nobis esse debent, sua merces ne desit."

„Captiosum atque sophista dignum est argumentum, quo 83
liturgiae solennes cum muneribus sacris confunduntur. Nam harum rerum diversam esse rationem palam est: immo ex universo tenore legis ad liquidum confessumque perduci potest, Leptinem hoc proferre, non quia id verum putet, sed ad tempus et ut nomine religionis praetexendo iudicium fallat."

His quidem, quae ita a me collocata sunt, ut facilius cum rationibus adversarii, quibus quidque respondet, comparari possint, his igitur Demosthenes plura et ad persuadendum potentia momenta interponit, ex iure Attico fere petita, ut haec:

„Vitiosa est Leptinea lex primum ideo, quod auctor in ea roganda legum novarum ad populum ferendarum formulas legitimas et praescriptum ius migravit:"

„Secundo, quod vel manifesto repugnat receptis legibus, vel certe sententiae earum et consilio. Huiusmodi v. c. sunt, quae sanciuntur de poena irroganda ei, qui sibi praemium petat."

„Etiam ex alia parte lex vitiosa est in hoc, quod Harmodii et Aristogitonis progeniem excipit. Oportet enim legem, praesertim latam in libera civitate, aequa conditione de omni cive statuere, nec secus vetera aut praeterita atque nova aut futura
iudicare. Et quis hanc reipublicae nostrae fortunam adeo stabi- 84
lem propriamque praestat futuram, ut nunquam quisquam eadem sibi deposcere queat, quae duobus illis olim data sunt?"

„Sed nimirum habebat factio adversaria, cur talem legem

ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, hisque praemia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas iniurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et iudicio conflato eripere non audeas."

„Syndici, quos populus delegit legi Leptineae defensores, partim suspecti sunt, partim reiiciendi propterea, quod idem ministerium illi iam ante in aliis caussis fecerunt."

„Antiquanda igitur lex Leptinis et in eius locum substituenda talis, quae tum receptis legibus non repugnet, tum bonae famae civitatis nostrae consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur [57]) etc.

85 Satis diximus de argumento Orationis et statu caussae: itaque videmur nobis eos quoque adiuvasse, qui forte a graecae linguae cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet iam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur Oratio: in quo multum adiumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad eius fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui Oratorem coram audierunt: inprimis cognoscenda est ratio, quae Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter ius Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quae huius scriptionis institutum poscere videbitur [58]).

Iam primum illud constat, libertatem suam, tantopere iactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut
86 quisque in simillima republ. vixerit, haud parvo redemtam habuisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps atque summorum honorum aditum patentem habebat aequato omnium iure et potestate imperandi;

---

57) Demosthenicae legis, quae Leptineae opponitur, nec verba tenemus, nec totam sententiam. Petitus quidem in LL. AA. p. 382. haec verba posuit, quae in Argumento graeco Anonymi leguntur p. 455, 16. *Τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ.* At auctor indicat ipse, verba legis a se non dari. Quippe sic praefatur: *τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος;*

58) Tractarunt priorem partem de muneribus Sigonius in libro de Republ. Athen. IV, 4. et Petitus LL. AA. III, 4. p. 349. seqq. aliique plures: et difficillimum locum de trierarchia etiam G. Budaeus de Asse et partibus eius lib. V. p. m. 531. seqq. Scheffer. de Milit. nav. II, 4. et Tourrellius in Notis ad Demosth. Or. de Corona gallice a se versam in Oeuvres de M. Tourreil, Paris, 1721, 8. T. IV. p. 501. seqq. Qui, quae virtus est Gallorum paene propria, dilucide multoque quam Petitus et alii aptius ad communem intelligentiam de ea re scripsit. Sed nos passim ea afferemus, quae ostendant, libros istos lectos a nobis esse, non exscriptos.

ita eundem praeter ipsius publicae curae molestias multa et magna negotia, impensae et ministeria onerabant in commune facienda. In quo genere sunt, ut alia praeteream minus cum hoc loco coniuncta, *αἱ λειτουργίαι ἐγκύκλιοι* *), quarum crebra hic mentio fit apud Oratorem nostrum. Latine non incommode interpreteris *munera solennia, stata, ordinaria* [59]). Haec enim in urbe nullo tempore intermittebantur, curatione per tribus 87
eunte in orbem. Cuiusmodi sunt *χορηγία, γυμνασιαρχία, ἑστίασις*. Et belli tempore duo accedebant nova, *εἰςφορὰ* et *τριηραρχία* [60]). Sed ad horum duorum posterius, quod sumtus erat 88
plurimi, non fere nisi opulentissimus quisque adigebatur, ceteri perpetua eius muneris immunitate fruebantur: itemque vicissim,

---

*) Corr. *αἱ ἐγκύκλιοι λειτουργίαι.* Passim Wolfius huic syntaxis Graecae scopulo impegit. V. supra p. 14. SCHAEFER.

59) Ulpian. ad Orat. p. 494, 26. *Λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον.* Ad hoc conf. Herodot. VII, 197. Etymol. M. Ammon. et Moerid. in v. *λειτουργός* vel *λειτουργεῖν*, et ibi Valcken. et Pierson. Scilicet voces sunt sola forma diversae, utpote a *λαός* et *λεώς* ductae, *λάϊτος, λέϊτος, λεῖτος, λήϊτος, λῆτος*, *popularis, publicus.* E postrema formatum *λητουργεῖν* recte Piersonus veteribus Atticis vindicat, simul in Plutarchi Romulo p. 34. B. scite reponens *λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον.* Altera et generalis notio, qua *λειτουργία* dicitur de quacunque opera publicis usibus praestata, minus frequentatur apud Atticos. Brevem historiam verbi, Theologo praeter ceteros legendam, dedit Casaub. Exercitt. in Baron. Annal. p. 470. seqq. Ceterum quod latine verti *munera*, cogitandum est de Romanorum muneribus aediliciis et aliis eiusmodi. Minime vero *λειτουργίαι* miscendae sunt cum *ἀρχαῖς* h. *magistratibus*, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosth. de Cor. p. 515. E. [ed. Francof.].

60) Demosth. ipse p. 463, 12. *Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας* (conf. p. 496, 16.) *λειτουργοῦντες ἡμῖν, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες.* Idem adv. Boeot. I. p. 1002. D. [ed. Francof.] *Οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἄλλο τι τῶν ἄλλων φέρωσι.* (Scil. *οἱ φυλέται* seu *ἡ φυλή.* Nam tribuum erat eos, qui munera praeberent, nominare sive edere, quod est *φέρειν, ἐνεγκεῖν.* Conf. Comment. ad p. 496, 17. Xenoph. Oecon. II, 6. *Ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προςτάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας· ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προςτάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥαδίως ὑποίσεις· ὅπου δ' ἂν ἐνδεῶς δόξῃς τι τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σε τιμωρήσονται Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ τὰ αὐτῶν λάβοιεν κλέπτοντα.* Aristot. Ethic. Nicom. IV, 5. *Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια· οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον· καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν.* Idem philosophus, vel potius ignotus scriptor, in Oeconom. II. p. 502. C. de Hippiae tyranni temporibus: *Ὅσοι τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ χορηγεῖν, ἤ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον κ. τ. λ.* Ubi sine dubio verbum *φυλαρχεῖν* inprimis ad *ἑστίασιν* pertinet.

ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, hisque praemia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas iniurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et iudicio conflato eripere non audeas."

„Syndici, quos populus delegit legi Leptineae defensores, partim suspecti sunt, partim reiiciendi propterea, quod idem ministerium illi iam ante in aliis caussis fecerunt."

„Antiquanda igitur lex Leptinis et in eius locum substituenda talis, quae tum receptis legibus non repugnet, tum bonae famae civitatis nostrae consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur [57]) etc.

85 Satis diximus de argumento Orationis et statu caussae: itaque videmur nobis eos quoque adiuvasse, qui forte a graecae linguae cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet iam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur Oratio: in quo multum adiumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad eius fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui Oratorem coram audierunt: inprimis cognoscenda est ratio, quae Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter ius Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quae huius scriptionis institutum poscere videbitur [58]).

Iam primum illud constat, libertatem suam, tantopere iactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut
86 quisque in simillima republ. vixerit, haud parvo redemtam habuisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps atque summorum honorum aditum patentem habebat aequato omnium iure et potestate imperandi

---

57) Demosthenicae legis, quae Leptineae [illegible] mus, nec totam [illegible] quidem in [illegible] p. [illegible] haec verba [illegible] Anonymi [illegible] 16. Τὰς δωρεὰς [illegible] ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ. At [illegible] indicat [illegible] Quippe sic [illegible] γὰρ ὁ [illegible]

58) T[illegible] Sigonius [illegible] p. 8[illegible]

ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, hisque praemia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas iniurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et iudicio conflato eripere non audeas,"

„Syndici, quos populus delegit legi Leptineae defensores, partim suspecti sunt, partim reiiciendi propterea, quod idem ministerium illi iam ante in aliis caussis fecerunt."

„Antiquanda igitur lex Leptinis et in eius locum substituenda talis, quae tum receptis legibus non repugnet, tum bonae famae civitatis nostrae consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur [57]) etc.

85 Satis diximus de argumento Orationis et statu caussae: itaque videmur nobis eos quoque adiuvasse, qui forte a graecae linguae cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet iam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur Oratio: in quo multum adiumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad eius fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui Oratorem coram audierunt: inprimis cognoscenda est ratio, quae Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter ius Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quae huius scriptionis institutum poscere videbitur [58]).

Iam primum illud constat, libertatem suam, tantopere iactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut
86 quisque in simillima republ. vixerit, haud parvo redemtam habuisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps atque summorum honorum aditum patentem habebat aequato omnium iure et potestate imperandi;

---

57) Demosthenicae legis, quae Leptineae opponitur, nec verba tenemus, nec totam sententiam. Petitus quidem in LL. AA. p. 382. haec verba posuit, quae in Argumento graeco Anonymi leguntur p. 455, 16. *Τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ.* At auctor indicat ipse, verba legis a se non dari. Quippe sic praefatur: *τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος;*

58) Tractarunt priorem partem de muneribus Sigonius in libro de Republ. Athen. IV, 4. et Petitus LL. AA. III, 4. p. 349. seqq. aliique plures: et difficillimum locum de trierarchia etiam G. Budaeus de Asse et partibus eius lib. V. p. m. 531. seqq. Scheffer. de Milit. nav. II, 4. et Tourrellius in Notis ad Demosth. Or. de Corona gallice a se versam in Oeuvres de M. Tourreil, Paris, 1721, 8. T. IV. p. 501. seqq. Qui, quae virtus est Gallorum paene propria, dilucide multoque quam Petitus et alii aptius ad communem intelligentiam de ea re scripsit. Sed nos passim ea afferemus, quae ostendant, libros istos lectos a nobis esse, non exscriptos.

ita eundem praeter ipsius publicae curae molestias multa et
magna negotia, impensae et ministeria onerabant in commune
facienda. In quo genere sunt, ut alia praeteream minus cum
hoc loco coniuncta, *αἱ λειτουργίαι ἐγκύκλιοι* *), quarum crebra hic
mentio fit apud Oratorem nostrum. Latine non incommode
interpreteris *munera solennia, stata, ordinaria* [59]). Haec enim
in urbe nullo tempore intermittebantur, curatione per tribus 87
eunte in orbem. Cuiusmodi sunt *χορηγία, γυμνασιαρχία, ἑστία-
σις*. Et belli tempore duo accedebant nova, *εἰςφορὰ* et *τριηραρ-
χία* [60]). Sed ad horum duorum posterius, quod sumtus erat 88
plurimi, non fere nisi opulentissimus quisque adigebatur, ceteri
perpetua eius muneris immunitate fruebantur: itemque vicissim,

---

*) Corr. *αἱ ἐγκύκλιοι λειτουργίαι*. Passim Wolfius huic syntaxis Graecae scopulo impegit. V. supra p. 14. SCHAEFER.

59) Ulpian. ad Orat. p. 494, 26. *Λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον.* Ad hoc conf. Herodot. VII, 197. Etymol. M. Ammon. et Moerid. in v. *λειτουργός* vel *λειτουργεῖν*, et ibi Valcken. et Pierson. Scilicet voces sunt sola forma diversae, utpote a *λαός* et *λεώς* ductae, *λάϊτος, λέϊτος, λεῖτος, λήϊτος, λῆτος*, *popularis, publicus*. E postrema formatum *ληιτουργεῖν* recte Piersonus veteribus Atticis vindicat, simul in Plutarchi Romulo p. 34. B. scite reponens *λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον*. Altera et generalis notio, qua *λειτουργία* dicitur de quacunque opera publicis usibus praestata, minus frequentatur apud Atticos. Brevem historiam verbi, Theologo praeter ceteros legendam, dedit Casaub. Exercitt. in Baron. Annal. p. 470. seqq. Ceterum quod latine verti *munera*, cogitandum est de Romanorum muneribus aediliciis et aliis eiusmodi. Minime vero *λειτουργίαι* miscendae sunt cum *ἀρχαῖς* h. *magistratibus*, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosth. de Cor. p. 515. E. [ed. Francof.].

60) Demosth. ipse p. 463, 12. *Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας* (conf. p. 496, 16.) *λειτουργοῦντες ἡμῖν, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες.* Idem adv. Boeot. I. p. 1002. D. [ed. Francof.] *Οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἄλλο τι τῶν ἄλλων φέρωσι.* (Scil. *οἱ φυλέται* seu *ἡ φυλή*. Nam tribuum erat eos, qui munera praeberent, nominare sive edere, quod est *φέρειν, ἐνεγκεῖν*. Conf. Comment. ad p. 496, 17. Xenoph. Oecon. II, 6. *Ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προστάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας· ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις· ὅπου δ' ἂν ἐνδεῶς δόξῃς τι τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σε τιμωρήσονται Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ τὰ αὐτῶν λάβοιεν κλέπτοντα.* Aristot. Ethic. Nicom. IV, 5. *Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια· οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον· καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾷν τὴν πόλιν.* Idem philosophus, vel potius ignotus scriptor, in Oeconom. II. p. 502. C. de Hippiae tyranni temporibus: *Ὅσοι τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ χορηγεῖν, ἢ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾷν, τίμημα τάξας μέτριον κ. τ. λ.* Ubi sine dubio verbum *φυλαρχεῖν* inprimis ad *ἑστίασιν* pertinet.

ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, hisque praemia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas iniurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et iudicio conflato eripere non audeas,“

„Syndici, quos populus delegit legi Leptineae defensores, partim suspecti sunt, partim reiiciendi propterea, quod idem ministerium illi iam ante in aliis caussis fecerunt.“

„Antiquanda igitur lex Leptinis et in eius locum substituenda talis, quae tum receptis legibus non repugnet, tum bonae famae civitatis nostrae consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur [57]) etc.

85 Satis diximus de argumento Orationis et statu caussae: itaque videmur nobis eos quoque adiuvasse, qui forte a graecae linguae cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet iam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur Oratio: in quo multum adiumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad eius fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui Oratorem coram audierunt: inprimis cognoscenda est ratio, quae Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter ius Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quae huius scriptionis institutum poscere videbitur [58]).

Iam primum illud constat, libertatem suam, tantopere iactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut
86 quisque in simillima republ. vixerit, haud parvo redemtam habuisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps atque summorum honorum aditum patentem habebat aequato omnium iure et potestate imperandi;

---

57) Demosthenicae legis, quae Leptineae opponitur, nec verba tenemus, nec totam sententiam. Petitus quidem in LL. AA. p. 382. haec verba posuit, quae in Argamento graeco Anonymi leguntur p. 455, 16. *Τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ.* At auctor indicat ipse, verba legis a se non dari. Quippe sic praefatur: *τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος;*

58) Tractarunt priorem partem de muneribus Sigonius in libro de Republ. Athen. IV, 4. et Petitus LL. AA. III, 4. p. 349. seqq. aliique plures: et difficillimum locum de trierarchia etiam G. Budaeus de Asse et partibus eius lib. V. p. m. 531. seqq. Scheffer. de Milit. nav. II, 4. et Tourrellius in Notis ad Demosth. Or. de Corona gallice a se versam in Oeuvres de M. Tourreil, Paris, 1721, 8. T. IV. p. 501. seqq. Qui, quae virtus est Gallorum paene propria, dilucide multoque quam Petitus et alii aptius ad communem intelligentiam de ea re scripsit. Sed nos passim ea afferemus, quae ostendant, libros istos lectos a nobis esse, non exscriptos.

ita eundem praeter ipsius publicae curae molestias multa et
magna negotia, impensae et ministeria onerabant in commune
facienda. In quo genere sunt, ut alia praeteream minus cum
hoc loco coniuncta, *αἱ λειτουργίαι ἐγκύκλιοι* *), quarum crebra hic
mentio fit apud Oratorem nostrum. Latine non incommode
interpreteris *munera solennia, stata, ordinaria* [59]). Haec enim
in urbe nullo tempore intermittebantur, curatione per tribus 87
eunte in orbem. Cuiusmodi sunt *χορηγία, γυμνασιαρχία, ἑστία-
σις*. Et belli tempore duo accedebant nova, *εἰςφορὰ* et *τριηραρ-
χία* [60]). Sed ad horum duorum posterius, quod sumtus erat 88
plurimi, non fere nisi opulentissimus quisque adigebatur, ceteri
perpetua eius muneris immunitate fruebantur: itemque vicissim,

---

*) Corr. *αἱ ἐγκύκλιοι λειτουργίαι.* Passim Wolfius huic syntaxis Graecae scopulo impegit. V. supra p. 14. SCHAEFER.

59) Ulpian. ad Orat. p. 494, 26. *Λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον.* Ad hoc conf. Herodot. VII, 197. Etymol. M. Ammon. et Moerid. in v. *λειτουργός* vel *λειτουργεῖν*, et ibi Valcken. et Pierson. Scilicet voces sunt sola forma diversae, utpote a *λαός* et *λεώς* ductae, *λάϊτος, λέϊτος, λεῖτος, λήϊτος, λῆτος*, *popularis, publicus.* E postrema formatum *λητουργεῖν* recte Piersonus veteribus Atticis vindicat, simul in Plutarchi Romulo p. 34. B. scite reponens *λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον.* Altera et generalis notio, qua *λειτουργία* dicitur de quacunque opera publicis usibus praestata, minus frequentatur apud Atticos. Brevem historiam verbi, Theologo praeter ceteros legendam, dedit Casaub. Exercitt. in Baron. Annal. p. 470. seqq. Ceterum quod latine verti *munera*, cogitandum est de Romanorum muneribus aediliciis et aliis eiusmodi. Minime vero *λειτουργίαι* miscendae sunt cum *ἀρχαῖς* h. *magistratibus*, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosth. de Cor. p. 515. E. [ed. Francof.].

60) Demosth. ipse p. 463, 12. *Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας* (conf. p. 496, 16.) *λειτουργοῦντες ἡμῖν, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες.* Idem adv. Boeot. I. p. 1002. D. [ed. Francof.] *Οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἄλλο τι τῶν ἄλλων φέρωσι.* (Scil. *οἱ φυλέται* seu *ἡ φυλή.* Nam tribuum erat eos, qui munera praeberent, nominare sive edere, quod est *φέρειν, ἐνεγκεῖν*. Conf. Comment. ad p. 496, 17. Xenoph. Oecon. II, 6. *Ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προςτάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας· ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προςτάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις· ὅπου δ' ἂν ἐνδεῶς δόξῃς τι τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σε τιμωρήσονται Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ τὰ αὐτῶν λάβοιεν κλέπτοντα.* Aristot. Ethic. Nicom. IV, 5. *Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια· οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον· καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν.* Idem philosophus, vel potius ignotus scriptor, in Oeconom. II. p. 502. C. de Hippiae tyranni temporibus: *Ὅσοι τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ χορηγεῖν, ἤ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾷν, τίμημα τάξας μέτριον κ. τ. λ.* Ubi sine dubio verbum *φυλαρχεῖν* inprimis ad *ἑστίασιν* pertinet.

quod damno levando esset, trierarchis licebat immunibus esse a priori genere statarum functionum. *Εἰσφορὰ* autem erat omnium, nisi qui in nota testataque inopia vitam degerent [61]). Iam explicate dicendum de singulis.

89 Ac primum nomen *χορηγοῦ* et inde ducta solenni Atticis sensu propria sunt de eo, qui a tribu sua editus sumtum praebebat choris instruendis et adornandis [62]). Res in speciem levis est, at magna, si eam ex institutis Graecorum spectes. Notum est enim Athenienses, quibus nulla unquam gens gratius feliciusque virilem gravitatem cum ludorum iuvenilium hilaritate coniunxit, per omne florentis reipubl. tempus scenae spectaculis et magnificentiae fuisse deditos, ac tantas in haec impensas fecisse, quae saepe etiam aerarium et privatorum facultates exhaurirent [63]). Sed res, ex primis aetatibus populi ducta, servata eo
90 constantius et studiosius est, quod partem religionum continere putabatur. Fuerunt autem chori varii generis. Agebantur alii in theatro, coniuncte cum fabulis scenicis, quo in genere frequenter legitur *χορηγεῖν τραγῳδοῖς* vel *κωμῳδοῖς* [64]). Alii ad eiusmodi spectacula pertinebant et ad eos dies festos, in quibus fabulae non darentur, quum choris certaretur *ἀνδρικοῖς*, *παιδικοῖς*, *πυῤῥιχιστῶν*, reliquis [65]). Iam vero in his omnibus eum, qui partes choragi receperat, primo loco oportebat deligere, quos
91 producere in scenam vellet, et eos per artificem, quem *χοροδιδά-*

---

61) Vid. Orat. p. 465.

62) Usitatissima haec notio est verborum *χορηγός*, *χορηγία*, *χορηγεῖν* in Atticis. Apud alias gentes sumebantur potius de eo, qui choream ducit. Vid. Athen. XIV. p. 633. B. et Pollucem IX, 41. Hic notes simul, verba illa proprie unum excellentius genus notantia dici etiam de reliquis duobus statis muneribus. Conf. notam ad p. 462, 20. Similiter ipsum *λειτουργεῖν* nunc de solis ministeriis pacis ponitur, nunc ita, ut bellica complectatur. Hoc inprimis notandum.

63) Vid. Xenoph. de Mag. equit. off. c. 1. extr. Demosth. Philipp. I. p. 52. C. [ed. Francof.] Plutarch. Bellone an pace cl. f. Ath. p. 349. A. alios.

64) Dicuntur in hac locutione actores pro fabulis, plane ut in illa celebri, *Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς*, de qua multa notavit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 166.

65) Huc pertinet munus in pompis sacris et munus *ἀρχιθεωρίας*, cuius mentionem habent Lysias Orat. XXI. p. 700. Andocid. de Myster. p. 65. Aristot. Ethic. Nicom. IV, 4. et auctt. ap. Vandal. Dissertatt. laudd. VI, 4. Valcken. ad Ammon. p. 94. et Ernest. ad Xenoph. M. S. III, 3, 12. Fabulae autem, sive tragicae, sive comicae, sive satyricae, tribus tantum festis Bacchicis dabantur, Dionysiis urbanis magnificentissime, et illo tempore plures quam alias, interdum ad sedecim. De qua tota re vid. egregiam Diss. Barthelemii in Mem. de l' Ac. d. Inscr. et d. B. L. T. XXXIX. Itaque ubi commemorantur choragi in Panathenaeis utrisque, in Thargeliis, in aliis solennibus, ibi de altero genere chororum, non de scenico, cogitandum est.

σκαλον vocabant, erudiendos et exercendos curare in iis artibus, in quibus sibi certatio esset futura, tum chorum vestibus ac coronis ad solennitatem ludorum aptis ornare, et omne choragium, id est instrumenta, quaecunque seu fabulae docendae seu alii spectaculo necessaria essent, privato sumtu praebere. Nihil enim dubitandum, quin eiusdem, qui choris scenicis sumtum suggereret, commissio totius ludi esset. Nam omnino chorum, tanquam fabulae primariam partem et eam, unde antiquitus omnis ratio scenae effloruit, ita Graeci usurpare consueverunt, ut verbi vis ad universam fabulam spectet. Sed satis de choragia [66]).

Alterum, γυμνασιαρχία, pertinet ad ludos gymnicos, in qui- 92
bus iuventus exercebatur, et similiter publice in Panathenaeis, Hephaesteis, Prometheis et aliis solennibus commissiones fiebant. Praeerant his γυμνασίαρχοι, eodem fere, quo choragi, modo a tribubus delecti in certum tempus, modo longius illud, modo brevius, nonnunquam in unum mensem. Mandata iis erat gymnasii alicuius aut ephebei cura summa et potestas, ipsique exercere se volentibus oleum, pulverem palaestricum atque alia, quae usus posceret, suppeditabant, omninoque ludos apparabant [67]). Tertium munus, paullo rarius a veteribus commemoratum, eius est, qui ἑστιάτωρ appellatur. Talem oportebat in sacris festorumque dierum laetitia tribulibus suis epulum dare; quod in illa vilitate rerum venalium, quam Athenis fuisse scimus, nisi forte mensa lautitiis opipare exstruenda erat, haud magnae impensae esse 93
potuit. Id munus qui faceret, ex sua tribu sorte ducebatur, nisi si quis sponte se facturum ostendisset [68]). Iam quaerere libeat, quae fuerit ratio sumtus in unamquamque harum rerum necessario faciendi. Sed equidem nihil usquam legi relatum

---

66) Accuratior tractatio rei huius loci non est. Nihil igitur dixi de certatione choragorum, nihil de ἀντιχορηγοῖς (h. e. iis, a quibus certamen fiebat, cuique pro tribu sua), quod verbum rari usus legimus apud Andocid. in Alcib. p. 121. et Nostrum in Midiam p. 612. D. 613. C. [ed. Francof.], nihil denique de praemiis, quorum honor ad ipsas tribus pertinebat, de tripodibus a victore cum magna caerimonia consecratis etc. Tamen conferre operae pretium erit Aristoph. Ran. v. 94. eiusque Schol. ad v. 406. Antiphont. Orat. ult. περὶ τοῦ χορευτοῦ, Demosth. Midianam passim cum Argumm. gr., adv. Phaenipp. p. 1025. D. Isaei Or. de Dicaeog. hered. p. 113. De Apollod. hered. p. 187. et ex recentioribus praeter libros notos Vandal. l. c. p. 675. seqq.

67) De discrimine γυμνασιάρχου et γυμναστοῦ nota est admonitio Perizonii ad Aelian. V. H. II, 6. Ad reliqua conf. Schol. ad Orat. p. 465. extr. Vandal. p. 584. seqq. et Corsin. Fast. Att. II. p. 133. Ex coniectura oleo adieci pulverem, de cuius genere vide loca, quae designat Casaub. ad Theophr. Char. 5.

68) Conf. Pollux III, 67. Harpocrat. v. ἑστιάτωρ. Salmas. Observatt. ad Ius Att. et Rom. p. 72. Hinc ἑστιᾶν τὴν φυλὴν apud Demosth. in Midiam p. 628. C. [ed. Francof.] et alibi.

nisi hoc, choragi fuisse munus sumtuosissimum, praesertim in tragoedia et Dionysiis magnis, sumtuosius etiam in certamine tibicinum, quam in aliis [69]). Et narrat nescio quis apud Lysiam, triginta minas se choragum tragoedis, comoedis sedecim, Prometheis porro gymnasiarchum duodecim, rursus choro pyrrhichi-
94 starum Panathenaeis magnis octo, parvis in eodem certamine septem et cyclio choro tres impendisse [70]). Ex quo intelligitur, tantum uni tragico muneri potuisse impendi, quantum quatuor aliis honeste sufficeret.

Pergamus ad alterum genus munerum, temporarium et extraordinarium, *εἰςφορὰν* et *τριηραρχίαν*. Quorum nominum prius significat pecuniam ad necessitates belli conferendam, unde praecipue stipendium militi persolveretur [71]). Collationis huius descriptio fiebat ex censu, varie pro usu rerum ac temporum. Strategorum cura erat hoc et alterum munus bellicum ordinare, ad eaque vocare cives, ac lites et caussas forte de iis ortas iudi-
95 care [72]). Qua in re non raro haec fraus versata est, ut qui cuipiam incommodare vellet, eum suffragiis suis in numerum ditissimorum aut superiorem classem adscriberet. Id quod ex Cleonis comminatione quadam apud Aristophanem apparet [73]). Mox, Oratorum nostrorum saeculo, hoc omne onus legimus solis mille

---

69) Demosth. in Midiam l. c. *Τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος; ἐγὼ δ' αὐληταῖς ἀνδράσι· καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλεῖόν ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.* Mirum est, quid intenderit pretium posterioris certaminis. Possunt fuisse rei aliae caussae, quas ignoramus. Unam coniecerim fuisse hanc, quod, quum fabulis agendis cives gratuitam operam darent, ad illud peregrini artifices conducendi essent. Et omnino apud veteres parva mercede contenti non erant tales artifices.

70) Lysias Orat. XXI. princ. Locus est classicus ac varii usus. Quare posthac eum apponemus *αὐτολεξεί*.

71) Solennia hic sunt *εἰςφέρειν χρήματα, εἰςφέρειν εἰς τὸν πόλεμον, εἰς τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως, εἰςφορὰς εἰςφέρειν*, et de hominibus, qui id munus faciunt, *οἱ εἰςφέροντες*. Vide, ut unum ex numero antiquiorum citem, Lysiae Orat. XII. p. 396. ibique Markl.

72) Vid. Orat. adv. Phaenipp. passim et adv. Boeot. I. p. 1002. D. [ed. Francof.], ubi Mantitheus actor ita ait: *Τίνα οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἐὰν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν; ἢ ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσιν; ἤ, ἂν στρατεία τὶς ᾖ, τῷ δῆλον ἔσται, πότερος ἐσθ' ὁ κατειλεγμένος;* Formulae huius, *εἰς συμμορίαν ἐγγράφειν*, gemina illa est apud Aristophanem, *εἰς τοὺς πλουσίους ἐγγράφειν*, versibus mox ponendis. Omnino potestas Strategorum nota est, etiam hoc, quod illis idem ius fuit, ac Prytanibus, in urbe conciones et ecclesias habendi.

73) Equitt. v. 923.

Δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην
ἰπούμενος ταῖς εἰςφοραῖς·
ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους
σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

ac ducentis civibus impositum tali ordine [74]). Singulae tribus
(decem autem tribus erant Athenis) centenos vicenos, qui ditissi- 96
mi essent, de suo corpore prodebant. Hi omnes in partes binas dispertiti efficiebant viginti classes, *συμμορίας*, sexagenorum capitum singulas, et in singulis tribubus binas. Ita collecti mille ducenti rursus in duas partes dividebantur, sexcentorum hominum utramque; eaeque rursus in binas, ut essent quatuor, unaquaeque trecentorum. Isti vero trecenti, divitiis ceteram turbam antecuntes, principes erant in conferendo, et urgente bello pecuniam repraesentabant, quam deinde minus iniquo tempore a tenuioribus redigerent: quare eos dicto audientes habebant in rebus omnibus [75]). Ex quo factum 97
erat, ut omnes in duas partes divisi essent: siquidem qui ab utraque erant parte, quodammodo trecentis ditissimis, qui utrinque erant, adhaerebant. Ceterum istae classes habebant singulae suos principes, *ἡγεμόνας συμμοριῶν*, itemque curatores, *ἐπιμελητὰς συμμοριῶν* [76]). Horum alteri, copia divitiarum ceteris 98

---

74) Unus nobis hic sequendus est Ulpianus in his verbis (primam enim partem Scholii omitto, alienae manus laciniam, et minus antiquam, ut opinor) ad Demosth. Or. Olynth. II. p. 33. E. [ed. Francof.]. *Δέκα οὐσῶν φυλῶν καὶ ἑκάστης προβαλλομένης ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι, συνέβη τοὺς πάντας εἶναι λειτουργοὺς χιλίους διακοσίους. Ἐμέριζον οὖν αὐτοὺς ἀπὸ ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ὅ ἐστιν, ἀπὸ δέκα συμμοριῶν· πάλιν δὲ ἑκατέραν τῶν δύο μερίδων τούτων ἔτεμνον εἰς δύο, ὅ ἐστιν, εἰς τριακοσίους μὲν ἄνδρας, κατὰ πέντε δὲ συμμορίας. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τριακόσιοι οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ πρῶτοι· οἵτινες προεισέφερον τῶν ἄλλων τε καὶ εἶχον αὐτοὺς ὑπακούοντας εἰς πάντα, ὥστε συμβαίνειν εἰς δύο μερίδας εἶναι τοὺς πάντας· εἴγε οἱ τῶν ἑκατέρωθεν ἦσαν ὥσπερ ἡνωμένοι τοῖς ἑκατέρωθεν τριακοσίοις, τοῖς πλουσιωτέροις. Εἶχε δὲ ἑκάστη μερὶς τῶν τεσσάρων ἴδιον στρατηγὸν καὶ ἴδιον ῥήτορα· ὅμως δὲ πάλιν τῶν δευτέρων καὶ οἱ ῥήτορες καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπεῖκον τοῖς προτέροις.* Quod h. l. est *προτελεῖν* vel *προεισφέρειν τῶν ἄλλων*, id habes etiam in Midiana p. 627. F. adv. Phaenipp. p. 1026. A. adv. Polycl. p. 1085. A. Et inde *προεισφοραί*. Plane autem sentio cum Valesio ad Harpocrat. p. 73., ultima ista de Strategis et Oratoribus utrorumque falsa esse et exsculpta ex verbis auctoris male intellectis. De toto Scholio intelligi non vult Valesius.

75) Horum trecentorum in republ. Demosthenes Olynth. II. p. 25. C. [ed. Francof.], ubi Scholion illud legitur, clare meminit: *Πρότερον μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοηθησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δὲ ἄλλοι προσνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους.* Quae ad verbum repetuntur ab auctore Orat. *περὶ συντάξεως* p. 126. A. Meminit eorundem etiam Isaeus, qui aetate paullo antecedit Nostrum, atque ille primus, ni fallor, in Orat. de Philoctem. hered. p. 154. Ubi quod est *ἐν τοῖς τριακοσίοις εἰσφέρειν*, ab eodem alibi dicitur *ἐν πρώτοις*, de Apollod. hered. p. 187. Lysias, quamvis saepe de omni genere munerum loquatur, nusquam nec trecentorum nec symmoriarum mentionem intulit.

76) Vid. Harpocr. v. *ἡγεμὼν συμμορίας* et Pollux III, 53. Decem annos eum locum tenuit Demosthenes, quem vid. de Cor. p. 489.

omnibus praestantes, videntur συμμορίτας suos ad muneris partes vocasse et, si quis inter illos minus valeret, eius ipsi partes sustinuisse: curatores autem in classibus eodem ministerio videntur functi esse, quo aliud notum genus curatorum in tribubus, ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν, videlicet ut classes ad conventus convocarent atque ad eas de communibus rebus referrent.

Haec tota descriptio civium talis, qualem nunc retuli, quo tempore primum in εἰςφοραῖς sit inducta, nullus Oratorum nos docet. At vero Philochori fragmentum servatum est ex Atthide [77]), quod docet simpliciter, populum in symmorias divisum esse
99 Nausinico Arch. Olymp. 100, 3. Quae res licet illum unum auctorem habeat, tantumque universe prodita sit et eo modo, quo Grammatici abuti solent, id est, non disertis verbis auctoris, sed per compendium; veri tamen per est simile Philochori narrationem ad εἰςφορὰς pertinere, praesertim quum in iis novum ordinem quendam illo Archonte inductum ipse Orator noster non obscure significet [78]). Adde praeterea, quod ante Olymp. 100, 3. apud nullum veterum, qui supersunt, ne nomen quidem symmoriae in neutro genere bellici muneris occurrit [79]). Ceterum vehementer cives pressit hoc onus. Nam quodam tempore reperimus eos quintam partem annuorum redituum contulisse; quin etiam, si quis plures domos fundosve possidebat, eum probabile est totidem nominibus in classem esse adscriptum [80]).

F. et 523. E. in Mid. p. 628. C. in Aphob. II. p. 906. A. [ed. Francof.] alibi. Rarius alterum vocabulum occurrit, ἐπιμελητὴς συμμορίας, ut in Euerg. et Mnesib. p. 1055. B. et in sola trierarchia.

77) Apud Harpocr. et alios in v. συμμορία. Petitus et eius asseclae hoc fragmentum ad solam trierarchiam trahunt, neque omnino quidquam de symmoriis dicunt in εἰςφοραῖς, velut in illis talis descriptio nulla fuerit. Inde plura turbata sunt in hac disputatione. Ego accuratius distinctis locis, quae alterius utrius generis symmoriarum mentionem habent, non dubitavi, quin ratio initio usitata in εἰςφοραῖς serius demum migrarit in trierarchiam. Putes etiam, rem deinde obsolevisse in εἰςφοραῖς, quum Orator dicat in Olynth. II. l. c. Πρότερον εἰςεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ κ. τ. λ. Oratio autem haec habita est Olymp. 107, 4.

78) In Androt. p. 705. E. [ed. Francof.]: Ubi in transcursu attinguntur εἰςφοραὶ αἱ ἀπὸ Ναυσινίκου. Quas propter Philochori locum potius intellexerim esse *collationes Nausinico Arch. institutas*, quam Nausinicum quaestorem quendam, ut apud Reiskium est in Ind. Demosth. histor. Conf. Taylorum in Not. p. 679. et Corsini F. A. T. III. p. 301.

79) Unus locus est, qui huic sententiae obstare videatur, apud Isaeum. Vid. notam 96.

80) Propter posterius vid. Orat. adv. Polycl. p. 1085. B. [ed. Francof.]. Prius illud factum est certe circ. Olymp. 103., teste Orat. I. in Aphob. p. 896. A., cuius loci caussa Orationem eam laudat Harpocr. l. c. Discimus inde et ex II. in Aphob. p. 906. A., collatas tum Demosthenis nomine a tutoribus eius esse de minis vicenis quinis drachmas quin-

Sequitur trierarchia, onus olim molestius et sumtuosius ce- 100
teris omnibus, etiam hodie, quanquam sine sumtu, molestissimum, si quis rationem eius penitus cognoscere cupiat. Quippe quae passim veteres de ea dixerunt, diligenter in unum conducta caecam faciunt molem rerum, cui lucis aliquid afferre difficillimum est. Nam quum aliam aliis temporibus trierarchiae rationem fuisse totumque ordinem identidem immutatum esse constet, harum immutationum vel nulla vel tenuissima nobis in libris veterum vestigia relicta sunt. In his autem rebus nemo ignorat quam parum sciatur, nisi quis tempora sciat et ad annum suum quodque redegerit. Quod ni fiat, ne id quidem bene explicari poterit, quid sit trierarchus. Nihil enim nos iuvat, si quis cum vulgo narrat, civem esse, qui navem bellicam, armamenta navalia, 101
remiges, alia eius generis praebuerit. Nos igitur disputationem nostram ita instituemus, ut primum paucis quaeramus de antiquiore aetate, tum ordine enarremus, quae nostri Oratoris saeculo mutata esse videantur.

Iam quadringentos olim ad functionem trierarchiae esse delectos apud unum Xenophontem legimus [81]). Sed nihil hic de ratione deligendi, nihil quantae illis curae classis fuerit. Itaque advocandi sunt supparis aetatis testes, Aristophanes et Thucydides [82]). Quorum fide hoc ponere certum licet, belli Peloponnesiaci tempore trierarchos naves accepisse de publico aedificatas, nihilque aliud ab ipsis exactum esse, nisi ut naves remigio et armamentis instruerent tuerenturque. Ne victum quidem aut stipendium classiariis dare videtur trierarchus debuisse: si quis haec vel etiam alia plura ex privato addebat, liberalitas ea 102
erat, non munus lege impositum. Verum hic quoque interdum factum est, ut cives cogerentur plus, quam praescriptum et imperatum esset, impendere. Scilicet Strategi, qui malevoli essent in aliquem, navem ei attribuere solebant vitiosam et mutilatam, quae quamprimum refici ac tantum non de integro fabricari deberet. Omnino putes, iam tum trierarchiam magni sumtus fuisse [83]).

---

genas, quae est, ut dixi, quinta pars. Apponitur non plus dedisse Timotheum Cononis et ditissimos. Orationes illae omnium primae fuerunt Nostro, habitae Olymp. 104, 1. Utile erit in his rebus, quoad poterit, ubique auctoritatum tempora annotare.

81) De republ. Athen. III, 4. *Τριήραρχοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη.*

82) Alter in Equitt. v. 913. ibique Schol. et Ran. v. 1096. Thucyd. VI, 31. Conf. Isocrat. adv. Callim. p. 565. A. Ad idem tempus aut antiquius etiam spectant fortasse quae Pollux VIII, 108. et Hesych. v. *ναύκλαροι* habent de naucrariis. Ibi vid. Intpp. Sed de hac tota re parum habemus explorati.

83) Is certe, qui munera magnificentissime a se obita iactat apud Lysiam l. c., septem annis narrat sex talenta a se in hoc munere effusa.

Demosthenis autem aetate res plures commutationes habuit, variis legibus alio atque alio modo comparata [84]). Inprimis saepe numerus hominum uni navi attributorum variavit, pro eo ut temporis difficultas ferebat, quum pauciores in dies fierent, qui opibus valerent et tantos sumtus tolerare possent. Primum bini tantum una navi adornanda occupabantur, quo modo rem apud Oratorem reperimus constitutam Olymp. 104, 1. et 4. [85]) Neque
103 tamen intra hunc numerum substitit, sed nonnunquam advocati ad unam navem sunt terni, quini, seni, deni, etiam quinideni [86]). Coibant tales societates permixti opulentiores cum minus opu-
104 lentis, ea conditione, ut omnes aequaliter conferrent, ne nimium premerentur ii, qui singuli per se parandae navi impares essent, aut videri vellent. Omnino videtur trierarchia ab opulentioribus saepius ad suum compendium ordinata esse, et eo quidem tempore, in quo nunc versamur, prope liberum cuique arbitrium permissum, in quam portionem impensae venire vellet. Itaque factum est aliquando, ut plane viderentur defore, qui munus ex ordine obirent. Id quod colligi puto posse ex eo, quod Olymp. 105, 3. exstitisse primum traduntur voluntarii trierarchi [87]).

---

84) Demosth. de Cor. p. 490. E. *Καίτοι κατὰ τοὺς προτέρους νόμους κ. τ. λ.* Ita is et alibi loquitur de pluribus legibus propter rem trierarchicam latis. Nulla harum superest.

85) Orat. in Midiam p. 628. A. *Κἀγὼ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι.* Atqui Demosthenes in album civium relatus est Olymp. 103, 3. anno aetatis XIX. Ergo illud, *εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών*, pertinet ad Olymp. 103. exeuntem vel ineuntem 104. Praetuli autem Olymp. 104, 1. propter ea, quae narrantur in Or. II. adv. Aphob. p. 908. De altero numero conf. Orat. adv. Polyclem p. 1089. E. et ad hunc locum Petit. LL. AA. p. 359.

86) Ulpian. ad Orat. Mid. p. 681. G. *Πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀναλώματος. Καὶ ὁτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν· ὁτὲ δὲ σύντρεις· καὶ ὁτὲ δὲ καὶ δέκα τριήραρχοι· ὁτὲ δὲ χίλιοι. Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε. Καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας ἐδίδου, καὶ μόνον τὴν ναῦν ὁ τριήραρχος παρεῖχε· ὁτὲ δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον.* De trinis etiam sequens Scholion loquitur, cetera ineptum: *Τὴν τριήρη ἐπλήρουν ἢ σύντρεις, ἢ ὅσοι δήποτε.* In prioribus Petitus reiicit verba *ὁτὲ δὲ χίλιοι*, omnino me probante, saltem in illo contextu. At quod idem in iis, quae proxime praecedunt, emendat *ὁτὲ δ' ἑκκαίδεκα*, illud non imiter. *) Plura huc spectantia vetus scriptor scire potuit, quorum auctores hodie deficiunt. Ceterum cum Ulpiani auctoritate coniunxi verba Hyperidis ap. Harpocr. v. *συμμορία*. Nam ibi quoque de coniecturis Petiti, pessimi coniectoris, consentio cum Wesselingio. Temerarium est in dubiis et incertis testimonia refingere. Id qui facit, ipse quasi regulam, qua utendum est, incurvat.

87) Tribus verbis rem, tanquam notam auditoribus, tangit Demosth.

*) Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 98. In Ulpiano dele copulam post *σύντρεις*. SCHAEFER.

Sed horum quae ratio fuerit ac descriptio, non traditur, immo ne id quidem constat, an forte illi operam suam duntaxat ad unius belli Euboici necessitatem obtulerint.

Utut est, proximo statim intervallo mutatio placuit. Constituti sunt ad trierarchiam, quod iam prius in εἰςφοραῖς factum 105
erat, mille ac ducenti cives ex numero eorum, qui domos, fundos, alia quae moveri non possent, numosque, seu fenore seu apud mensam publicam occupatos, possidebant [88]. Id corpus autem non puto omnino ex iisdem compositum fuisse, qui essent in classibus εἰςφερόντων: videntur potius ex iis, quibus modicae divitiae essent, plures in solis εἰςφοραῖς contulisse, vacasse contra a trierarchia [89]. Constitutae igitur ad hanc quoque viginti symmoriae, sexagenorum hominum singulae, ex quibus etiam 106
plures, quam ante, unius navis caussa iungebantur; dubium tamen an manente illo delecto ordine trecentorum [90]. Atque haec ratio trierarchiae faciendae vocata est συντέλεια, id est *contributio*, et συντελεῖς, ex quibus societates istae fiebant [91]. Cuius

---

de Cor. p. 489. B. Nobis adeo de tempore dubitare liceret, absque Diodoro Siculo si essemus XVI, 7. Conf. A. Schotti Vit. Demosth. ad Olymp. 105, 3.

88) Haud scio, an constitutio facta sit νόμῳ τῷ τοῦ Περιάνδρου, καθ᾽ ὃν αἱ συμμορίαι συνετάχθησαν, cuius obiter his verbis meminit Noster adv. Euerg. et Mnesib. p. 1055. B. Sed desero coniecturam, dum cogito, plures leges de trierarchia alluisse. Id vero non video, quare nonnulli Periandri legem, non aliunde notam, ad illam descriptionem symmoriarum, quam Nausinico Arch. factam vidimus, referre, vel ipsum Periandrum descriptionis illius auctorem facere voluerint. Scilicet putarunt, symmorias pertinere ad solam trierarchiam. Quod, nisi me omnia fallunt, falsissimum est.

89) Non videor mihi abuti verbis Orat. nostrae p. 465. Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν ἐν ταῖς εἰςφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ᾽ ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰςφέρειν.

90) Dubitatio mea tum alias caussas habet, tum hanc, quod in Orat. περὶ συμμοριῶν nihil legitur de trecentis. Quanquam silentii huius vim haud magnam puto, quum nihil in eo insit, unde illos non fuisse intelligatur. At meminit trecentorum Oratio in Phaenippum. Meminit sane; nusquam tamen certum indicium habet, utro de munere agatur, de trierarchia, an de εἰςφοραῖς. Legimus quidem ibi in Argum. graeco haec: Ἦν σύνταγμα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τριακοσίων ἀνδρῶν κατὰ τὸν πλοῦτον ἐξειλεγμένων, οἷς ἀνέκειντο τῶν λειτουργιῶν αἱ μείζονες, h. e. *liturgiae extraordinariae*. Sed quis nos doceat, de quo tempore hic scriptor loquatur, quum Orationis ipsius tempus incertum sit?

91) Etymol. M. et eodem fere modo Harpocr. v. συντελεῖς. Οἱ τριηραρχοῦντες νεὼς μιᾶς ἅμα ἐπεμελοῦντο, συντελεῖς ἐλέγοντο. Τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια καλεῖται. Quodsi Antiphontis auctoritas, quam Harpocr. addit, loco suo posita est, pertinuit ea ad aliud genus συντελείας. Idque ipsa inscriptio Orationis probabile facit.

107 rationis, etsi quasi praetereundo, ista tamen Orator in hoc libro [92]) mentionem facit, ut eam Olymp. 106, 2. plane receptam putari oporteat. Quod quidem eo facere licebit confidentius, quia in alia Oratione, quam insequenti anno de ordinandis symmoriis habuit, eiusdem contributionis in trierarchia receptae et viginti symmoriarum nominatim meminit [93]). Accedit etiam Oratio Midiana, in qua tale est indicium rei, ut ea haud multo ante, quam ista caussa ageretur, instituta videri debeat [94]). Pertinet
108 vero caussa Midiana ad Olymp. 106, 4. [95]) Iam annum si quaeras, quo contributio trierarchica fieri coeperit, nihil diserte de eo relatum invenias; tamen quum id institutum primis annis Olympiadis 106. valuisse ea, quae modo scripsi, luculenter monstrent, Oratio autem adversus Polyclem fidem faciat, Olymp. 104, 4. id nondum in usu fuisse: relinquitur una Olymp. 105., in qua initia latere videantur. Atque huic computationi forsan etiam aliunde probabilitas addi possit [96]).

---

92) Vid. p. 463.

93) Animadvertenda ibi inprimis sunt haec p. 135. B. *Οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥςπερ νῦν εἰσιν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην.* Quod Orationem refero ad Olymp. 106, 3., in eo sequor Dionysium Halic. Ep. ad Ammaeum §. 4., ubi primam illam ponit publicarum Oratt., et habitam Diotimo Arch.

94) Orat. in Mid. p. 628. A. *Οὗτος (ὁ Μειδίας) γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα ἴσως ἢ μικρὸν ἐλάττω οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί· οὗτος δέ, ὅτε μὲν κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἦν, καθ' ἣν ἐγὼ νῦν, οὐδέπω λειτουργεῖν ἤρχετο, τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἧπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς.*

95) Sic scribendo effugimus necessitatem quaerendi de anno Orationis, sive scriptae modo, sive etiam habitae. Namque id ipsum dubitatur, an habita sit; et merito. Caussa autem assignari debet Olymp. 106, 4., si Demosthenes recte locutus est, quum dixit l. c., annum aetatis se agere XXXIII. At Dionys. Halic. Ep. ad Ammaeum l. c. Orationem refert scriptam esse Callimacho Arch. Olymp. 107, 4. Quae diversitas nihil nos moveret propter illud, quod supra de calculis Dionysii dixi in nota 35., nisi Orator ibi res gestas commemoraret, quas demum post Olymp. 106. gestas historia ponit. Sed hoc in loco nihil interest nosse, quo anno scripta sit Oratio: id interest, quo anno eius caussa sit ponenda. Scilicet haec duo diversa sunt non parum.

96) Tentavit hoc facere ex Orat. adv. Euergum et Mnesibulum Petitus p. 366. Isti tamen argumento non confiderem, nisi alia essent et maiora. Sed locus est apud Isaeum de Apollod. hered. p. 184., qui locus acutiori lectori nostram rationem nonnihil turbare possit videri. *Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τάς τε ἄλλας ἁπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε, καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν· οὐκ ἐκ*

Hac igitur ratione ac descriptione pro fundamento usus est 109
Demosthenes in novis consiliis, quae in ea Oratione, quam vulgo
περὶ συμμοριῶν inscribunt, proposuit tum, quum Artaxerxes 110
Ochus expeditionem in Athenienses facturus dicebatur. Quando
enim populus ad istum rumorem tumultuari coeperat, quasique
ducem quaerere, qui instructo exercitu Persis ultro obviam procederet, Orator temerarium id esse videns, nec tamen aperte dissuadere aut damnare ausus, prius censuit de bellico apparatu cogitandum, et quonam modo copiae suppetere propulsando tanto bello possent [97]. Itaque de classe et trierarchia quaerit potissimum. Sed nihil fere aliud agit, nisi ut rationem, quam descripsimus, corrigat, turbatam restituat, restitutam novo modo ordinet. Nam quum nimis multi ex illis mille ac ducentis excusationes
obeundi muneris haberent [98], postulare coepit, ut legerentur 111
omnino duo millia. Ex his, demta multitudine excusandorum, vix plures quam pristinum numerum mille ac ducentorum superfore, at certum illum paratumque. Eos porro describendos esse in viginti symmorias, sexagenorum capitum singulas, hasque rursus in quinas decurias, unamquamque duodenorum. In eas decurias pro modo census ita cives referendos esse, ut ditissimo cuique tenuissimi subiungerentur. Ab his centum decuriis com-

---

συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥςπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶν· οὐδὲ δεύτερος αὐτὸς ὤν, ἀλλὰ καταμόνας· οὐδὲ δύο ἔτη διαλιπών, ἀλλὰ συνεχῶς κ. τ. λ. Ita h. l. symmoriarum ordo memoratur, tanquam nuper institutus. Isaei autem aetas paullo superior est, quippe quem Demosthenis magistrum fuisse tradunt. Universe aliquis respondeat, et illius Orationis et aliarum plurimarum eiusdem auctoris dubia et incerta tempora esse. Sed melior responsio parata est ex eo, quod plura fidem faciunt, Isaeum adhuc primis annis Philippi regnantis, id est Olymp. 105., non modo superstitem fuisse, sed et caussis scribendis operam dedisse. Vid. Ionesii Not. ad Isaeum anglice translatum p. 162. seq. Alter locus ex Demosth. adv. Boeotum in mentem recurrit, ante prolatus ille in nota 72., qui et ipse offensione non caret. Nam si quis premat particulam disiunctivam *ἤ*, *aut*, facile inde extricet, tum temporis nihildum symmoriis commune fuisse cum trierarchia. Atqui licet nec huius Orationis annum exploratum habeamus, tamen probabile est, eum incidere in Olymp. 108. Vid. Dionys. Hal. de Dinarcho T. V. p. 665. bene correctum a Corsino F. A. T. IV. p. 30. Quid ergo? Aut illo anno symmoriarum descriptio prorsus a trierarchis neglecta est, aut, aliter accepto loco, vis particulae minus est premenda. Omnino hoc praeceptum teneamus in historia, ut testimonia scriptorum obscuriora ex iis, quae clara et perspicua sunt, explicemus.

97) Conf. Dionys. Halic. Art. rhet. §. 7. et 10.

98) Variae fuerunt illae. Partem profert Orator p. 185. A. Quare non est mirum, si vulgaris usus loquendi pro mille ducentis olim usurpavit mille. Quod ex deperditis Orationibus notavit Harpocr. v. *χίλιοι διακόσιοι.* *)

*) Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 64. SCHAEFER

parari facile posse classem trecentarum triremium, si ternas singulae decuriae darent, singulae symmoriae quinasdenas. Sed reliqua melius apud ipsum auctorem legi poterunt [99]).

Quae vero ibi leguntur omnia, non eo disputata sunt modo, quo solet id, quod in formulam legis redigi debet. Neque latam legem in illam sententiam reperiri arbitror. Immo res trierarchica paullo post Olymp. 106. rursus coepta est perturbari [100]).
112 Inprimis invalescit legibusque adeo firmatur consuetudo, ut sedeni ad unam navem conferant, sine ullo discrimine census, et ut omnes cives ab anno aetatis vicesimo quinto in quadragesimum ad partes veniant decimam sextam sumtuum praebendo [101]). Qua ratione συντελείας nihil iniquius fuit, nihil publice incommodius. Primum pauper iure queri poterat, sese ditissimis exaequari, velut ii, quibus hodie a principibus tributum in capita aequaliter imperatur. Tum divites simul illud detrectare, quod pro habitu opum sustinere debuissent, saepeque adeo hanc tantulam partem impendere gravari, et onus variis artibus omnino
113 a se in tenuiores transferre [102]). Ita res, divitibus utilissima, inutilis civitati exstitit et perniciosa. Etenim si quod subito bellum ineundum aut periculum propulsandum erat, vel prorsus deficiebant, qui naves instruerent, vel classis male ac post tempus comparata exibat; unde factum, ut respubl. occasiones gerendarum rerum praetermittere deberet et detrimenta acciperet. Adeo laborare pessimo publico rem navalem, Demosthenes non amplius ferendum ratus, novam descriptionem excogitavit, per quam contributio sedenorum sublata, itemque nomen συντελῶν, quo se trierarchi adhuc vocabant, usurpari desitum est. Factum id est lege, quam, licet acriter obnisis divitibus et principibus symmoriarum, pertulit tamen ille Olymp., ut videtur, 109, 3. [103]) Ea ex lege, qui divites adhuc exiguum

---

99) Orat. περὶ συμμοριῶν p. 185. Potiora ex ea excerpsit G. Budaeus l. c. p. 532. seqq.

100) Iuvabit comparare Demosth. Philipp. I. p. 52. cum eo loco, quem mox laudabo ex Orat. de Cor. Nempe Philippica illa habita est Olymp. 107.

101) Loco classico uti coepimus ex Oratione de Corona, et nunc quidem lege seu catalogo p. 490. C. Quae verba utinam ab omni parte clara essent! Nunc laboramus maxime in his, ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόγοις συντελειῶν, in quibus vellem minus muti essent Intpp. Neque iis difficultas tollitur, quae habet auctor Miscell. Defenss. ad Ius Att. et Rom. p. 135. seq. Nihil tamen illa res ad nos et nostrum institutum. Magis attinet, legis illius, a Demosthene abrogatae, tempus scire. Sed ne hoc quidem, nisi coniecturis incertis, assequi licet. Vid. Petitum p. 360.

102) Vid. Orat. de Cor. p. 489. E. seqq. et in Midiam p. 628. B.

103) Dubitanter locutus sum. Nam qui Archon a Demosthene p. 490. B. ponitur, Polycles, nullus apparet in fastis. Pessime illum Meursius de Archont. IV, 14. eundem habuit ac Philoclem, qui magi-

decimae sextae partis sumtum aut ne hunc quidem tolerave- 114
rant, non raro singuli coacti sunt unam navem soli vel etiam plus una instruere [104]). Namque ad censum nunc perducta res, aetatis nulla ratio habita. Videlicet opibus civium tanquam in unum collatis, decem cuique triremi talenta assignabantur, ita, ut qui decem talentis census esset, eum solum oporteret triremem suam apparare; qui viginti talentis, duas; quibus vero maior erat census, eorum nemini, quantumvis opulento, plus quam tres triremes et una scapha imperaretur. Contra illorum, quorum minor census erat decem talentis, modo bini, modo terni, modo plures in unum corpus iungebantur, usque dum decem talentûm summa confieret ex pecunia, quam quisque pro rata portione numeraret. At vero quam multi ex hac lege ad trierarchiam vocari potuerunt? Tacet Demosthenes, ut est omnino paullo brevior, ubi de hoc merito suo loquitur, in iis praesertim, quae ad declarandum novum ordinem pertinent. Sed Hyperides apud Harpocrationem et Pollux [105]) testantur, ab Oratore 115
nostro trecentos lege lata ad trierarchiam vocatos. Saepe multumque dubitavi, quaenam ista esset lex, eademne nostrae, an alia. Nihil enim in eo loco Demosthenis, quo nunc utimur, de trecentis. Ne quem tamen hoc postea fallat, uti me diu fefellit: primum nihil legimus in eo loco, quod adversetur Hyperidis auctoritati: immo divites isti, quos gravatos dicit lege sua, quod defunctis antea exiguo sumtu in posterum onus pro censu subeundum esset, isti, inquam, facile pro trecentis illis haberi possunt. Deinde quum nusquam ullius legis praeter illam a se de re trierarchica latae meminerit, nostri loci ea est ratio, ut, si quam alias tulisset, id non videatur sane silentio transiturus fuisse. Ita sponte eo nos coniectura fert, ut Hyperidem de ipsa hac lege, Olymp. 109, 3. lata, non de alia loqui dicamus [106]). De illa au-

---

stratum gessit Olymp. 114, 3., quo anno mortuus est Orator. Istius rationem refellens Petitus p. 362. Polyclem pseudeponymum Archontem facit Olymp. 110, 2. rationibus non plane futilibus. Corsinum tamen potius sequor, qui pseudeponymum Arch. ponit Olymp. 109, 3. anno, quo verus Archon fuit Sosigenes. Vid. Corsini F. A. T. I. p. 351. T. IV. p. 36. *)

104) Huc pertinent verba Scholii ad Orat. in Midiam supra prolati: *Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε.*

105) Harpocr. v. *συμμορία* et Pollux VIII, 100. Ibi quid sibi Kuhnius velit, non in omnibus assequor.

106) Addi ad haec potest Dinarchus Orat. in Demosth. p. 33., adversario probri loco obiiciens legem, quam nemo dubitet eandem esse, qua ipse de Cor. gloriatur. **) *Εἰσί τινες*, inquit, *ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐν τοῖς τριακοσίοις γεγενημένων, ὅθ᾽ οὗτος ἐτίθει τὸν περὶ τριηράρχων νόμον. Οὐ φράσετε τοῖς πλησίον, ὅτι τρία τάλαν-*

*) Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 116. SCHAEFER.

**) Conf. Boeckhius l. c. p. 115. SCHAEFER.

116 tem *παρανόμων* accusatus Demosthenes est a Patrocle quodam [107]). Verum is caussa cecidit, narrante auctore in eadem Oratione de corona, quam Olymp. 112, 3. habitam constat, ubi tota legis commemoratio talis est, qualem quisque intelligat nonnisi de recepta et valente esse potuisse. Iam ab hoc inde tempore quid factum sit de trierarchia, nos fugit destitutos omnibus testimoniis auctorum.

Non minus autem variatum est in parte impensarum, quam trierarchi ferre debebant. Primo tempore quum quadringenti essent, vidimus triremes publico sumtu aedificatas, illos nihil addidisse de suo praeter *πληρώματα* et *σκεύη*. Tum vero illorum quisque fere navem praefectus conscendebat et militiam ipse sequebatur. Posthac quando duo vel tres ad unius navis societatem coibant, sumtum inter se ita partiebantur, ut nihil respubl.
117 erogasse videatur [108]). Mox mille ducenti successere, ex quo societas quaeque solam navem praebebat aedificatam, publice addebantur armamenta, nautae et *σκεύη τριηραρχικά*: quas res, exacto munere, quisque vel ei, qui successurus erat, vel reipubl. reddere debebat [109]). Sed trierarchi vocabulum antiquam et propriam potestatem, qua praefectum triremis signarat, iam tum exuisse putandum est. Nam qui contribuerant, saepe domi resi-
118 debant, alio quopiam ad navem amandato. Scilicet in morem venerat locatio trierarchiae, haudquaquam utilis civitati res. Unus *συντελῶν*, otiosus forte aut aliqua de caussa expeditionem quaestui habiturus, pecuniam a sociis exigebat, eaque collecta solus militabat. Ita vero de iis, quae male facta aut curata in munere

---

τα λαβὼν μετέγραφε καὶ μετεσκεύαζε τὸν νόμον καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν; Vix Dinarchus sic meminisset *trecentorum*, nisi lex ad illos onus transtulisset.

107) Etiam Aeschinem, perpetuum suum in republ. adversarium, narrat Demosth. ibid. p. 523. E. subornatum fuisse a principibus symmoriarum, ut legem dissolveret. Fortasse ergo is in subscriptoribus Patroclis fuit. Nam de eadem lege ibi Demosthenem intelligendum arbitror.

108) Vid. Orat. in Midiam p. 628. A. et ibi Schol. p. 682. A. et paullo ante eundem Schol. p. 660. F.

109) Vid. ibid. p. 628. B. et Orat. in Energ. et Mnesib. passim. Interdum factum est, ut ultra praescriptum conferrent, qui studium suum in rempubl. vellent ostentare, ut Apollodorus se fecisse narrat apud Demosthenem de Cor. trierarch. p. 1095. A. *Τὰ σκεύη, ὅσα δεῖ παρέχειν τὴν πόλιν τοῖς τριηράρχοις, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα, καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν· οὗτοι δ᾽ ὑμετέροις κέχρηνται, καὶ τῶν σφετέρων οὐδὲν εἰς ταῦτα προεῖνται.* Omnino insignis materia fuit laudis et gratiae apud multitudinem, si quis munera liberaliter et magnifice fecerat; contra magnum probrum, si quis ea defugerat aut fecerat sordide. Vid. Lysiae Or. VII. p. 285. XVIII. p. 603. Isaei Or. de Dicaeog. hered. p. 109. de Philoctem. hered. p. 154. Demosth. in Cherson. p. 82. D. et passim alibi.

essent, non redemtori erat ratio reddenda, sed illis, qui locaverant [110]).

Ex his, quae disputavi, facilis est existimatio, quam onerosa munera fuerint, quantumque tum periculi habuerit divitem esse. Et postulabat civitas quasi iure suo, uti facultates quisque suas in publica commoda et ornamenta profunderet, non laborans illa, quin quis choragiis aut trierarchiis ad egestatem redigeretur [111]. Itaque apud Oratores legimus accidisse non raro, ut 119
qui opibus valeret, opes, quacunque arte posset, dissimularet. Contra non deerant florente republ., qui, popularis aurae captandae quam opum cupidiores, munera libenter reciperent, et vel multo plus insumendo, vel saepius repetendo, quam opus esset, suum in cives studium iactarent [112]. Neque vero occasiones 120

---

110) Vid. Or. Mid. l. c. et p. 616. B. cum Schol. et Or. adv. Polycl. seu *περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος* p. 1091. E. de Cor. trierarch. l. c. etc. Talento fere locabatur trierarchia in annum. Unde magnitudo muneris cognosci potest.

111) Vid. Xenoph. de Rep. Athen. I, 13. Saepe igitur cives querebantur in iudiciis, se bona sua *καταλειτουργῆσαι, καταχορηγῆσαι* et rel. - Conf. facetos versus Antiphanis ap. Athen. III. p. 103. F. Sed ne quaeras, a quo censu aliquis in numerum *τῶν λειτουργούντων* receptus sit, et quinam sint in Orat. p. 462. *οἱ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι*: unus huc spectat locus ex Orat. I. in Aphob. p. 904. C. Unde saltem hoc intelligitur, non temere quenquam, cuius census non excederet summam 2 talentûm, ad munera encyclia seu solennia adigi potuisse. De hisce muneribus solis ibi capienda vox *λειτουργεῖν*.

112) Nam nemo nisi annis alternis ad liturgiam adigi poterat *ἐκ νόμων πάλαι κυρίων*. Vid. Orat. p. 459. et Isaei locum appositum in nota 96. Notabile hic inprimis est exemplum eius, qui a Lysia defenditur in *ἀπολογίᾳ δωροδοκίας* Orat. XXI. Is paucis annis enormem summam variis muneribus obeundis impenderat, tantam, ut ne quartam quidem partem legibus se debuisse dicat. Verba, unde iam ante profecimus, ipsa huc transscribam, additis rationibus pecuniae nostrae. *Ἐγὼ γάρ*, inquit, *ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, καταστὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς*· (637 imperial. 12 gr. convent.) *καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ δισχιλίας δραχμάς*· (425 imp.) *ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος εἰς πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας*· (170 imp.) *ἔτι δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ἐνίκησα καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς*· (1062 imp. 12 gr.) *καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλίῳ χορῷ τριακοσίας*. (63 imp. 18 gr.) *Τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα*. (7650 imp.) *Καὶ τοσαύτας δαπάνας δαπανώμενος, καὶ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύων καὶ ἀποδημῶν, ὅμως εἰςφορὰν, τὴν μὲν τριάκοντα μνᾶς*, (637 imp. 12 gr.) *τὴν δὲ τετρακισχιλίας δραχμὰς*, (850 imp.) *εἰςενήνοχα. Ἐπειδὴ δὲ κατέπλευσα ἐπὶ Ἀλεξίου ἄρχοντος, εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθεια καὶ ἐνίκων ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς*. (255 imp.) *Καὶ ὕστερον κατέστην χορηγὸς παιδικῷ χορῷ καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς*· (318 imp.

omnes enumeravimus, ubi numi in rempubl. erogandi erant.
Nam, ne alias memorem, factum est interdum difficilibus tem-
poribus, ut, senatu concionem habente de inopia aerarii, volun-
taria collatio fieret, quum boni cives certatim modo pecuniam,
121 modo naves, modo alia, quae usui foré putarent, polliceren-
tur [113]). In his dubitatio superest, utrum ad solos cives, et qui-
dem habitatores Atticae, an ad alios quoque homines iste litur-
giarum orbis pertinuerit. Paucis defungar. Nam prius illud de
civibus plane compertum habendum puto ex loco quodam Anti-
phontis [114]), etiam eos, qui alibi habitarent quam in Attica, quoad
cives essent, ad solennia illa munera perinde esse adactos, ac si
domicilium Athenis haberent. Quod nisi ita fuisset, sane, qui-
cunque vellet, peregrinando potuisset effugere. Deinde illud
quoque, quin et *μετοίκοις* et *ἰσοτελέσι* suae munerum partes fue-
rint, nullo modo dubium esse potest propter ipsam legem Lepti-
122 nis et alia indicia per Orationem nostram sparsa [115]). Quan-
quam a nemine, quod sciam, disertius proditur, quo modo utraque
classis hominum in eo negotio versata sit, et qua tandem re
illorum functiones discreparint a civium. Illud traditum vidi a
Grammatico quodam, unis Lenaeis *μετοίκους* choragia functos
esse, nec minus actores ex corpore peregrinorum in illa solenni-

---

18 gr.) *ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδότῳ ἐνίκων καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς,* (340 imp.) *καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς.* (148 imp. 18 gr.) *Νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἁμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς·* (318 imp. 18 gr.) *χωρὶς δὲ ἀρχιθεωρίας καὶ ἀῤῥηφορίας καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ.* (637 imp. 12 gr.) *Καὶ τούτων, ὧν κατέλεξα, εἰ ἐβουλόμην κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ λειτουργεῖν, οὐδ᾽ ἂν τὸ τέταρτον μέρος ἀνήλωσα.* Summa summarum est 13515 imp.

113) Est hoc *ἐπιδιδόναι, ἐπίδοσις,* de qua saepe Attici, ut Noster in Midiam p. 628. F. seqq., quem locum diligentius expenderem, si vacaret; ut adv. Phorm. p. 946. A. Plut. in Alcib. p. 195. E. Conf. Casaub. ad Theophr. Char. 22.

114) In Orat. de caede Herod. p. 744., ubi verum vidit Reisk. Antiphonti adiungo Demosth. Leptin. p. 466. et 469. Hic quae dicuntur Leuconi *χρήματα* esse Athenis, vel pecunia est ad mensam trapezitae data, vel rex in urbe domum habuit aut aliud quidpiam.

115) Vide mihi modo diserta verba: *εἰσὶ γὰρ δήπου παρ᾽ ἡμῖν αἵ τε τῶν μετοίκων λειτουργίαι καὶ αἱ πολιτικαί* p. 462. cum seqq. et p. 475. In prioribus vero putandum est nomen *μετοίκων* pertinere etiam ad *ἰσοτελεῖς.* Praeterea huc refer praeclarum locum Lysiae Or. in Eratosth. p. 396., quam ille Orationem habuit, uti mea fert coniectura, paullo post, quam *ἰσοτελὴς* factus erat. In eo igitur loco se *μέτοικον* gloriatur omnibus choragiis functum et saepe *εἰςφορὰς* contulisse. Minus certum est illud Isaei de Cleonymo, Cretensi, in Or. de Dicaeog. hered. p. 111. Non longe tamen abest, quin priori parti Reiskianae notae subscribam.

tate scenam adiisse [116]), quod alias, nominatim Dionysiis urba- 123
nis, non licuisse scimus. Sed haec sufficiant in rebus, de quibus non omnia, quae exquirere libeat, certa auctoritate veterum explorari possunt [117]).

Et addendum est aliquid de antidosi [118]). Ne quis enim excusatione tenuitatis onus suum defugere posset, neve id accideret, ut, qui cuipiam ex tribulibus negotium facessere eumque
ad paupertatem redigere vellet, minus opulentum suffragio suo 124
ad choragiam, trierarchiam aut aliud quid [119]) designaret; prospectum erat veteri lege *περὶ τῶν ἀντιδόσεων*, cuius auctoritatem ad Solonem referunt. Res ridicula et, ut verum dicamus, subabsurda. Nam is, qui designatus erat, si quem praeteritum esse opulentiorem putabat, poterat, quemcunque vellet, nominare, ab eoque petere, ut aut ipse munus reciperet, aut secum facultates permutaret. Ita nominatus alterutrum facere cogebatur. Si detrectabat munus, pernegans se ditiorem esse, aedibus et omnibus rebus eius sigillum imponebatur, ne quid inde alio exportare posset. Tum ambo litigantes, interposito iureiurando, bona sua omnia, praeterquam ea, quae in argentifodinis erant, commentario [120]) consignata edere debebant; caussa in iudicium deducebatur. Mirum est, quod per hanc antidosin etiam civiles actiones eius, unde petebatur, ad alterum transire consuerant. *)

---

116) Vid. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 954. et ibi Hemsterhus. in Notis p. 334. Etsi non videtur mihi vir magnus tum recens fuisse ab Oratorum graecorum lectione, quum ista scriberet. Scholio fides accedit ex eo, quod in nostra Oratione legitur de muneribus et immunitatibus *μετοίκων*. Ac si populus Athen. illos homines, quibus alias parum honoris tribuebat, quadam in re ita honoravit, ut eorum crumenam sibi faceret tributariam, nihil profecto alienum ab ingenio suo fecisse videri debet.

117) Ex hoc genere et illud est, quod Demosth. p. 463. dixit de 60 hominibus, quibus opus esset quotannis ad encyclia munera. Quidni tamen ipsi vel uni in eo fidem habeamus? Putida ost et nimium quam inepta Petiti emendatio LL. AA. p. 372. in illis, *ἑξήκοντα ἴσως ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι.* Occurri praecipuo errori hominis in nota ad p. 463, 16., ipsam coniecturam non dignam memoratu duxi, ut similes alias aliorum.

118) Duae exstant Oratt. *περὶ ἀντιδόσεως* inscriptae, una Isocratis, composita, ut opinor, Olymp. 106., quum a Lysimacho quodam ad antidosin vocatus erat. Sed in hac *μελέτῃ* plura reperias de Oratoris vita et studiis, quam de instituto illo. Altera inter Demosthenicas legitur, adversus Phaenippum habita, quae tota versatur in eo instituto et iucunda lectu est. Verbum proprii usus hic notabis, *ἀντιδοῦναι ἀλλήλοις*. [V. not. ad p. 469, 5. SCHAEFER.]

119) Videtur antidosis locum habuisse in omnibus muneribus sumtuosis, non in sola trierarchia; quanquam in hac crebrius, quam alibi. De choragia testes sunt Xenoph. Oecon. VII, 3. Lysias Or. XXIV. p. 745. Demosth. Leptin. p. 496.

120) *Ἀπόφανσιν* dixerunt, nos vulgo *inventarium*.

*) Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 125. SCHAEFER.

125 Sed plura iste mos incommoda habere debuit, in his illud non minimum, quod per eum interdum rebus gerendis moram obiici necesse esset [121]). Mitto privata incommoda. Quis illa non pervideat? Sane omnino si haec et alia, quae hactenus scripsimus, cognita haberent ii, qui hodie saepe bellis declamationibus beatam libertatem antiquarum civitatum desiderant, nae illi, puto, tali votorum temeritate abstinerent.

Alterum, de quo explicandum nobis esse diximus, est de modo legum ferendarum, qualis apud Athenienses in usu fuit Oratoris saeculo. Qua in re, si plane rudibus haec scriberemus, id esset praemonendum, sciscendae vel iubendae legis auctoritatem penes populum fuisse, latoris nullas fuisse partes, nisi ut scriberet et rogaret. Nemo vero est tam imperitus, quin sciat, hoc uno maxime differre liberas civitates ab unius aut paucorum imperio, quod, quum apud illas imperium sit legum, non hominum, legibus ipsae sese adstringant atque eius rei ius ad omnes cives ex aequo pertineat [122]).

126 Itaque post Solonem, quum, sublato dominatu Pisistratidarum, libertas in pristinum restituta et insigniter aucta vigeret, licuit civium cuique, qui opera sua rempubl. iuvari posse putabat, legem a se excogitatam rogare, antiquam abrogare. Non tam multis difficultatibus, quam Romae, septa erat facultas cum populo agendi, ut in civitate multo magis ad popularem formam composita. Sed de tali rogatione populus in ecclesiis iudicabat, utrum ea accipienda esset, an reiicienda, vel id iudicium publica auctoritate agendum mandabat cognitoribus quibusdam, quos
127 Nomothetas dixerunt [123]). Sed ante tempora belli Peloponnesiaci

121) Vid. Xenoph. de Rep. Athen. III, 4. Demosth. Philipp. I. p. 52. D.

122) Ad sequentia conf. prae ceteris Petitum II, 1. p. 171. et Potterum I, 26. Petitum legenti si cui caput dolebit, me sibi socium mali esse sciat. Incondite ille omnia ordinat. Sed laudanda doctrina eius in multis rebus. Omnino ea recte refert, quae claris testimoniis scriptorum constant; non aeque id, quod ex locis reconditioris intellectus subtilitate comparandi erui potest, aut diligenti temporum distinctione eget.

123) Hinc pendet usus loquendi in voce *νομοθετεῖν*. Ea adhibetur 1) de cive, qui ad populum fert legem, i. e. rogationem, formulam, etiamsi non perferat. Ita saepe iungitur *γράφειν καὶ νομοθετεῖν*. 2) De Nomothetis, qui populi mandato et nomine de rogatione iudicant; 3) de ipso populo, *κυρίῳ ἁπάντων*, cuius auctoritate et nutu in republ. omnia geruntur, et a quo ea quoque dicuntur fieri, quae ab aliis fiunt iussu eius, ut a magistratibus, iudicibus etc. Quod ultimum tenendum est inprimis. Sed *θεῖναι νόμον* Attici prope de eo solo dicunt, qui *νόμον ἔγραψε*, medium, *θέσθαι νόμον*, de populo rogatam legem iubente. Moschopulus *περὶ σχεδῶν* p. 10. *Θεῖναι λέγουσι τὸν νομοθέτην τὸν νόμον· θέσθαι δὲ τὸν δῆμον, ἤγουν δέξασθαι καὶ κυρῶσαι.* Sic in

paullo rarius a disciplina Solonis et institutis Clisthenis descitum minusque in legibus novatum est. Belli autem illius occasione constat labefactatam variis modis liberam conditionem civitatis 123
cessisse denique in tyrannidem Trigintavirorum, a quibus prisca paene omnia dissoluta sunt Olymp. 94, 1. a. Chr. 404. *Ἀναρχίαν* *) eum annum vocant Attici; quanquam non integrum annum valuit illorum dominatio. Insequens statim annus, Euclide Archonte, recreatam vidit rempubl., et ex integro multis novis legibus praeclare salubriterque fundatam [124]). Ex quo tempore,

---

Or. adv. Timocrat. p. 789. B. activum est de ipso Solone, qui eodem modo dicitur *ὁ νομοθέτης*, sed cum emphasi, ut Homerus *ὁ ποιητής*. Medium ubique habes eo sensu, quem posui, in Atticis certe. Quare mireris glossam Harpocrationis et aliorum hanc: *Θέσθαι ἀντὶ τοῦ προέσθαι* †) *καὶ κυρῶσαι· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν.* Puto, notatu dignum duxerunt Grammatici, quod formula in Leptinea occurrit de iudicibus, quos Orator alloquitur. Uti p. 485. *Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτε ἐπείσθητε θέσθαι τὸν νόμον.* Quem locum fortasse spectarunt illi. Sed primum iam vidimus, *θέσθαι νόμον* pro *κυροῦν* solenne esse de iudicibus: deinde licet nescias, quos auditores ibi alloquatur, de quo postea quaeremus, licet putes etiam, alios fuisse hos, alios illos, qui legem Leptinis probassent; tamen ne sic quidem usus verbi insolens videatur. Omnes iudices quasi personam civitatis sustinent: hactenus quod alteri fecerunt, alteris tribui potest. Ita ubique loquuntur Oratores.

*) Conf. Wesseling. ad Petiti LL. AA. p. 193. et ad Diod. Sic. XIV, 33.

124) Insignem hunc annum Olymp. 94, 2. fecerunt plura, quae recensere longum est. Nec ignorat, qui ad lectionem Demosthenis accedit, scitum eo anno esse, *τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος*, et *ἄκυρα τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ Εὐκλείδου*, quod multarum litium occasiones praecidit, et amnestiam, quam attigi in Comment. ad p. 460, 11. Sed propter lationem legum, quam nunc tractamus, vid. inpr. Andocid. de Myster. p. 39. et ibi psephisma, quo negotii totius ordo describitur, factum in sententiam Tisameni cuiusdam, illius, ni fallor, cuius Lysias non sine contemtu meminit Or. XXX. p. 864. Eo autem psephismate mihi abuti videntur, qui ad explicandum modum legum ferendarum, qualis postmodum fuit, adhibent. Pertinet illud potius ad civitatem a tyrannide modo liberatam, quum XXX virorum acta rescinderentur, ac Solonis leges vel revocare denuoque ratas facere, vel novis ad novum statum rerum aptis augere visum esset. Totum enim corpus legum usque huc latarum ad censuram vocatum est Euclide Arch. Cura rei a populo duplicis generis Nomothetis commissa, alteris a senatu delectis, qui leges conscriberent, alteris in ecclesia, qui promulgatas ab illis communiter cum senatu spectarent, recognoscerent iuberentque populi auctoritate, quas vellent. Cuius posterioris generis Nomothetae quod in psephismate ponuntur D, insequente vero aetate dicuntur MI fuisse, id eo perduxit Petitum et Reiskium, ut verba apud Andocidem transponerent. Humane tamen Reiskius: *Possumus ambo falli, potest vulgata bene habere.* Recte. Omnia docent, illam legum lationem singulare quiddam esse: eandem autem normam fuisse sequentium temporum, quis docuit?

†) Corrig. *προέσθαι.* SCHAEFER.

129 quum res mutatas leges poscerent, neque omnia potuissent uno anno provideri, plus paullatim novatum est, subindeque exstiterunt multi, qui leges cupide convellerent et abrogarent, ac novis super novas acervandis rem eo deducerent, ut, si quis per aliquod tempus a civitate abfuisset, redux eam tantum non aliam factam videre sibi videretur [125]. In illa scena inprimis
130 se extulit mobile ingenium Atheniensium: porrexerunt manus, et lex nata est [126]. Non deerant tamen de iure ac tempore rogandae legis sanctiones, eaeque severae et rigidae, quae tantam libidinem coercerent. De his dicendum est nobis: sed dicemus breviter et accommodate ad Orationis huius intelligentiam.

Cautum igitur erat primum, ne quis legem receptam tollere conaretur; neve ageret abrogando, derogando, obrogando, nisi continuo novi quid surrogaret. Tum similiter ei, qui novam legem ferebat receptae contrariam, ab hoc initio erat ordiendum, ut veterem infirmaret et tollendam vinceret [127]. Scilicet
131 noluerunt Athenienses nec corpus legum suarum ulla parte temere mutilari, nec plures de una eademque re leges inesse, quae

---

125) Demosth. in Timocrat. p. 795. B. *Οἱ παρ' ὑμῖν ῥήτορες πρῶτον μὲν ὅσοι μῆνες μικροῦ δέουσι νομοθετεῖν τὰ ἑαυτοῖς συμφέροντα κ. τ. λ.* Similes querelae sunt alibi, et in Orat. nostra p. 484. Conf. Wesseling. ad Petit. p. 185.

126) In usum converti Ciceronis verba de psephismatis Atticis ex Or. pro L. Flacco c. 7.

127) Vid. Orat. p. 484. et 486. Sed subiiciam hic statim legem ex Demosth. Timocratea p. 778. C. Etsi ea Oratio tota cognoscenda est, si quis rationem legum apud Athenienses accurate discere velit. Accusatur ibi a Diodoro (nam huic scripta est) vir legis perniciosae lator, adhuc *ἔνοχος ὢν τῇ γραφῇ καὶ τιμωρίᾳ*, in quo genere haec una caussa ex antiquitate superest. Verba legis haec sunt: *Τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις· τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἀθηναίων λύειν, ἕτερόν τι τιθέντι* (corr. *ἕτερον ἀντιτιθέντι*) *ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ. Διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ἢ οὔ· ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου· ὁπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι. Ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων μηδενί. Ἐὰν δέ τις, λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων, ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Ἀθηναίων δήμῳ, ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ, τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον.* Simul notentur formulae aliquot solennes. *Νόμος κύριος*, *lex rite perlata*, *recepta*, *obtinens*; contra *ἄκυρος*, *usu non stabilita*: *ἐπιτήδειος τῇ πόλει*, *bona*, *probabilis*, *ideoque iubenda*: *εἰςφέρειν νόμον*, *rogare legem* aut *ferre*; *παρειςφέρειν* seu *ἀντειςφέρειν*, *rogare novam*, *in locum veteris et repudiandae ponendam*, lat. *legi obrogare*; quo et *ἀντιθεῖναι* pertinet. Denique *λύειν νόμον*, *dissolvere legem*, vel de *populo*, vel de *rogatore*: liceat enim nobis interdum hac voce prisci moris latini uti de eo, qui rogationem fert ad populum.

sententia dissonae essent vel inter se contrariae. Ita enim vulgus iuris ignarum conturbari, et rudem innocentiam a peritioribus circumveniri et opprimi, neque ipsum iudicem servare posse iusiurandum, ex quo sententiam ferre ad praescripta legum deberet; omnibus oblatam plana iura discendi facultatem unice convenire libertati [128]). In quo multo illi aliter fecerunt, quam Romani, 132
callide impeditis formulis et laqueis usi, quo difficilior iuris scientia fieret. Verumtamen quum nullo pacto satis caveri posset Athenis, ne leges irreperent *παρανόμως* scriptae; nonnunquam viris extra ordinem delectis negotium datum est recognoscendi omnes et contrarias inter se seligendi [129]). Et alia recognitio legum annua fuit, de qua paullo post dicendi locus erit.

Non autem is solum *παράνομα* rogasse arguebatur, qui legem legi veteri necdum sublatae repugnantem tulerat, sed etiam is, qui vel in parte aut capite novae legis quidquam posuerat con- 133
tra ea, quae veterem auctoritatem haberent [130]). Nec minus curiose videndum erat rogatori, ne quid proprii sui paucorumve commodi caussa poneret, ne quid per se iniustum, reipubl. indecorum, utilitati eius alienum, ne quid omnino accusandi ansam malevolis habiturum; denique ne quid peccaret in tempore, locis, toto ordine agendi. Nam habebant haec omnia cautiones suas erantque antiquis legibus sancita. Nec iniuria. Certarum enim in tali re formularum usus eo valere solet, ut populum tutiorem a fraudibus et insidiis praestent et temeritatem arceant. Itaque hic ordo rei praefinitus erat [131]). Si quis civium legis formulam domi conceperat, primo debebat eam in albo scriptam per aliquod tempus publice proponere, vetere illa, quam abrogabat, adiecta, ut omnibus copia fieret saepius legendi utramque, consultandi cum amicis iudicandique, utra alteri praeferenda esset. Locus promulgandi erat ante statuas Eponymorum [132]). Secundo legis

---

128) Vid. Orat. p. 485. Timocrateam singulis in locis citare nihil opus est.

129) De tali recognitione accipio Orat. p. 484. s., quanquam res alio teste caret. Nec ipse hic locus Demosthenis ab omni parte clarus est. Ut nihil dicam de verbo *χειροτονεῖτε*, quod in Comment. notavi; quid illa sibi volunt, *ἐπὶ πάμπολυν ἤδη χρόνον*? An haec trahamus ad tempus recognitoribus ad gerendam rem concessum? Abnuit adiecta particula *ἤδη*. Et notum est formulam *ἐπὶ πολὺν χρόνον* saepius apud Atticos esse *per longum tempus* et *ἐπὶ χρόνον aliquamdiu*. Ita Aeschin. in Ctesiph. p. 428. C. de Strategis queritur: *οἱ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντες τισὶ τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν.* At non minus ex hac ratione verba iunges cum participio *διαλέξοντας*.

130) Hoc in promtu est ex Orat. p. 486.

131) Vid. p. 485. seq. et ibi passim Schol.

132) Vocantur sic simpliciter heroes, unde decem tribus a Clisthene institutae nomina acceperunt, quibus statuae erant positae prope

134 recitatio semel iterumque in ecclesia fiebat per scribam publicum [133]. Quo facto, an prius (incertum enim) Senatusconsulto erat opus, si quis actionem in forum deducere vellet et populum rogare. Nam nihil ex veteribus institutis reipubl. ad populum ferri in ecclesia licuit ἀπροβούλευτον, id est, de quo non antea S. C. factum esset [134]. Iam rogator legem suam oratione pro suggestu habita suadebat, ac si qua simul vetusta delenda esset,
135 hanc primum ut vitiose latam aut ceteroqui malam reique publicae incommodam monstrabat abiici debere, mox novam contra ponebat, omni ope praestantiam eius docere annisus [135]. Dein suffragium inibatur, χειροτονία. At vero haec ratio, in psephismatis faciendis solennis, plane exoleverat tempore Oratorum in legibus. Ad iudices tum vocata res est, sive quis veterem legem seu latorem accusabat, sive nova erat iubenda [136]. Neque enim uno iudicio utrumque videtur factum esse. Iubendi autem et antiquandi auctoritas dabatur Nomothetis, ita quidem, ut, quidquid illi probassent, ius ratumque esset, quidquid repudiassent, nulla daretur ad populum provocatio. Sorte ducebantur hi iudices ex Heliaea, ut operam iurati navarent, sed potestate extraordinaria, quippe nec ultra id temporis valente, ad quod creati essent, nec nisi ad eas leges, quas populus eis designasset [137].

---

curiam Quingentorum et tholum, in Ceramico urbico. Eos enumerat Pausan. I, 5. Conf. Ulpian. ad Timocrat. p. 809. A. et ad nostram p. 485. et scriptores ap. Meurs. Att. Lectt. V, 5. ac Corsin. F. A. T. I. p. 121. Propter reliqua hae notandae sunt locutiones: νόμον ἀναγράφειν εἰς λεύκωμα, εἰς σανίδα· παραγράφειν νόμον νόμῳ· ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, πρὸς τοὺς Ἐπωνύμους· παραδοῦναι τῷ γραμματεῖ.

133) Demosth. l. c. ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις κ. τ. λ. Sed id ita accepisse videtur Ulpianus, ut prima recitatio ante promulgationem facta sit. Scripsit enim hoc modo: Δεῖ προαναγνωσθῆναι τῷ δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν γραμματέα.

134) An semper hoc servatum sit in legum latione, incertum est nobis. Nihil de eo in Orat. nostra. Posui id tamen ex Timocrat. p. 781. A., quia haud dubie ad legitimum ordinem pertinuit.

135) Hoc fundamento nititur partitio huius Orationis nostrae. Prima in parte lex Leptinis impugnatur, in quo est caput caussae; in altera parte adversarius suam opponit, inde a p. 483.

136) Quinctilian. I. O. II, 4, 33. *Apud Graecos lator legum ad iudicem vocabatur: Romanis pro concione suadere ac dissuadere moris fuit.*

137) Loquitur de his Nomothetis Orator etiam in Olynth. III. p. 36. C. Eorum numerum constitisse MI, supra dixi, scilicet uno super M adiecto, ne unquam pares essent calculi suffragiorum. Vid. Petit. p. 177. An tamen omni tempore tot numero ducti sint dubito, nec id video effici illo psephismate Timocrateo p. 777. D., quo uno hic nitimur. Nam constat omnino, iudices pro caussarum magnitudine ex Heliaca delectos esse modo plures, modo pauciores. Ordinarius numerus fuit D. Sed duplicatum habemus, uno item adiecto, in

Quoniam vero instituta vetera in universum bene habere puta- 136
bantur, (nec immerito in tali civitate, in qua saepe res novae
fraudem tegunt,) legi cuique in iudicium adductae quinque viri
publice patroni dabantur, quos illi Syndicos appellabant [138]).
Ii quasi dissuasores quidam erant legis novae, ornabantque dicen-
do, quaecunque in altera laudari posse viderentur, ut iudices,
audita atque subducta utriusque partis ratione, sententiam ferrent.

Horum omnium quidquam si omissum erat aut neglectum 137
in ferenda lege, latorem accusare poterat, quisquis vellet. Caussa
fuit publica et magna, *γραφὴ παρανόμων*. Idque periculum illi
non depulit populi suffragium, quo rogationem pertulerat, atque
omnino mali sciti poena unus auctor tenebatur. Nomen deferre
moris erat ad Archontes, qui exploratam antea et instructam
caussam ad iustum certamen apud iudices devocarent. In eo
iudicio omnia prope eodem modo et tenore fiebant, quo in aliis 138
caussis publicis. Accusator in actionis formula addebat aesti-
mationem poenae, (nam erat fere is *ἀγὼν τιμητός*,) tum orando
certabat utraque pars, deinde a iudicibus sententiae ferebantur,
et quae sunt reliqua. Neque vero hoc in genere accusationis,
quantum ex Timocratea suspicari licet, lege opus erat accusatae
obrogata: satis habebatur illam dissolvisse, ut antiqua contraria,
si qua esset, vim reciperet; sin talis nulla esset, eo, puto, cer-
tamen pertinebat, ut nulla opus esse videretur [139]). Ceterum

---

caussa, quae non ad leges pertinet, in ead. Orat. p. 774. E. ubi v. Schol. Et triplicatum in Dinarcho adv. Demosth. p. 72. Conf. Harpocr. v. *Ἡλιαία* et Pollux VIII, 123. et 101. Quo posteriori loco simpliciter traditur: *Νομοθέται ἦσαν χίλιοι.* At is totus locus non est eiusmodi, ut vera et certa inde peti possint.

138) Bene Ulpianus ad Timocrat. p. 811. A. *Εἰκός, ὅτι βελτίους ἦσαν οἱ πρότεροι νόμοι τοῦ εἰςαγομένου, καὶ χηρείᾳ τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν ἐνομίζοντο εἶναι φαῦλοι.* Idemque paullo post: *Πέντε ἄνδρας κατ' ἕκαστον νόμον ἐχειροτόνουν.* Sed hoc, quod de numero virorum dicit, maiorem auctoritatem habet a lege ex Demosth. infra apponenda. Hi universe dicuntur *συνηγορεῖν, συναπολογεῖσθαι τοῖς νόμοις*, proprie *συνδικῆσαι τοῖς νόμοις*. Creabantur vero Syndici vel publice vel privatim: *publice* per *χειροτονίαν*, non propter leges tantum, sed ad defendendam domi aut foris quamcunque partem reipubl., in caussis civitatem universam spectantibus; hique sunt *χειροτονηθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου* et dicuntur *συνδικῆσαι τῷ δήμῳ*, ut ap. Aeschin. in Timarch. p. 363. D.; *privatim* autem a tribu vel collegio vel universitate quadam, et hi erant privati iuris defensores. *Publice* autem nemini iterum Syndicum fieri licuit, idque ideo, ne munus ob publicam utilitatem inventum cederet in quaestum privatorum. Locus classicus hac de re infra est p. 503., ubi vid. Schol. et Comment.

139) Ulpian. ad p. 483. f. *Ὅπου μὲν οὖν κύριος, ἀντειςφέρειν δεῖ· ὅπου δὲ οὔ, λύειν μόνον.* Hic et aliis plerisque in locis vocabulum *κύριος* de lege accipi debet iam calculis Nomothetarum perlata et primi anni periculum elapsa. Qua de re paullo post.

eiusmodi accusatio nec ipsa caruit periculo. Nam actor, sicut in aliis caussis publicis, quintam partem calculorum tulisse debebat; alioquin ei multa imponebatur. Reus contra si caussa ceciderat, interdum gravissimam poenam subibat, nec supplicii extremi in *γραφῇ παρανόμων* sumti exempla desunt [140]).

139 Verum ut modus esset ac finis accusandi, nemini haec actio dabatur elapso anno, ex quo lator praescriptionis, quam Iuris consulti vocant, beneficio fruebatur. Quae res tamen non obstabat, quo minus ipsam legem, quicunque vellet et quoquo tempore, in iudicium revocare, infirmare, dissolvere posset [141]): et in hoc genere haec versatur Oratio. In qua quae ad formam et ordinem iudicii spectant notatu digniora, quanquam haud multum abhorrentia ab altera actione, haec ferme sunt. Primum illud maxime interest, quod Orator nusquam cum Leptine agit tanquam cum reo, etsi is praesens in iudicio adest, mox legem ipse quoque suam defensurus [142]). Secundo nunc rem ab actoribus delatam reperimus ad Thesmothetas, ultimos sex Archontum; eorundemque permissu novam legem Demosthenis Leptineae in
140 albo adscriptam, *παραγεγραμμένην* [143]). Id vero quamvis nulli interpretum curam movit, non caret tamen dubitatione, quos ad iudices haec caussa delegata aut apud quos Oratio habita sit. De quo ita statuo, iudices nec universam ecclesiam esse, nec senatum, nec Thesmothetas, neque etiam Nomothetas,

---

140) Vid. Timocrat. p. 794. D. Quam varii tamen modi esse debuerint ex hoc crimine elabendi, insigni exemplo docet *Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος, ὁ Ἀζηνιεύς, ὃς ἐτόλμα ποτὲ σεμνύνεσθαι λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε* ap. Aeschin. in Ctesiph. p. 459. F.

141) Iam *γραφὴ ἦν οὐ κατὰ τοῦ νομοθέτου, ἀλλὰ κατὰ τοῦ νόμου*, seu, ut noster ait p. 501., *περὶ τοῦ νόμου πᾶς ἦν ὁ λόγος, τῷ δὲ νομοθέτῃ οὐδεὶς κίνδυνος*. Conf. Argum. graec. Orat.

142) Comparanda hanc ob caussam studioso est Orat. in Timocrat.

143) Ante dicebam universe, Archontes nomina recepisse in *γραφαῖς παρανόμων*, nunc ex Orat. p. 487. solos dixi Thesmothetas. Illud suadet Aeschinis *γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος* ap. Demosth. de Cor. p. 481. C., hoc praeter istum locum scriptor Or. II. in Aristogit. p. 845. E. *Ὅταν τὶς ψηφίσματος ἢ νόμου γραφὴν ἀπενέγκῃ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας κ. τ. λ.* Quodsi rem ex cetero ordine iudiciorum existimes, Archontibus aliis alia genera *παρανόμων* tributa conieceris. Nam ex nomine *Thesmothetarum* et prima institutione eorum, ex quo dicuntur p. 484. et alibi *ἐπὶ τοὺς νόμους κληρούμενοι*, nihil certi colligi potest. Sed quod apud eos fieri solebat, erat tantum quaedam *postulatio*, ut verbo fori Romani utar. Sequebatur apud eosdem domestica *ἀνάκρισις* seu *προαγών*, ut aliis in caussis. Tum iidem *εἰσῆγον τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς εἰς τὸ δικαστήριον*, uti bene Pollux VIII, 87. et Ulpian. ad p. 437. Ex his apparet, opinor, quo modo iam ante hanc actionem Leptines aliquid dicere potuerit apud Thesmothetas: *ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ' ἴσως λέγων παράγειν ὑμᾶς ζητήσει.*

verum selectos ex iudicio ordinario, Heliaea, aut simili quodam [144]).
At apud hos Orator simul veterem, quam impugnat, legem abro- 141
gandam esse contendit, simul propriam affert in illius locum
iubendam. Sed ad posterius hoc singulari iudicio, et quidem
Nomothetarum, opus fuisse, vero mihi simile visum dixi, idque
feci quodam Orationis loco, licet ambiguo et subobscuro, addu- 142
ctus [145]). Praeterea illud quoque notabile est, quod in eadem

---

144) Eadem difficultas etiam in aliis Orationibus interpretem premit, quo quaeque caussa agatur loco, curiosius quaerentem. In hac autem primum illud clarum est, legitimos iudices appellari. Nusquam *ἄνδρες δικασταὶ* ad populum pertinet universum, nusquam ad senatum. Nec de senatu dici ista poterant, *παρ᾽ οἷςπερ καὶ τἄλλα κυροῦται* p. 485. *Κύρωσις* omnium rerum in republ. est vel populi, vel eorum, quibus eam potestatem populus delegavit, iudicum inprimis. Adde quod reliqua, quae l. c. et p. 492. leguntur, plane iusiurandum iudicum designant. At Thesmothetas ita commemorat Orator p. 487., ut de his cogitare non magis liceat. Et illi tantum *εἰςῆγον τὴν γραφὴν εἰς τὸ δικαστήριον*, ut monitum est. Nomothetas igitur solos nobis putes relictos. Neque ego acrius pugnem, si cui actum ab illis hoc iudicium esse videatur propter illud, *τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις*. Expendenti talem alium locum Orat. p. 498., de quo mox coniecturam expromam, secus debet videri. Ac verba legis, quae modo laudabam, omnino sic accipi malim, ut ad veterem legem abrogandam accedente post primum iudicium auctoritate Nomothetarum opus fuerit, utpote *ἀντειςφερομένην* probantium atque iubentium. Conf. not. seq. Unus, si Heliaeam intelligas, scrupulus residet ex iis, quae p. 492. de iureiurando iudicum dicuntur. Nam ea verba in *ὅρκῳ ἡλιαστῶν* non inesse animadverti. Sed tenue quiddam hoc est. Nam illa talia sunt, quae ad cuiusvis iudicis officium pertineant, minime propria Heliastarum. Ad Heliaeam autem nos ducit illius temporis mos, quo plurima alicuius momenti ad id iudicium pertracta esse constat.

145) Est is p. 498. in verbis: *ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται*. De quibus ita Reiskius veloci stilo interrogans: *Quinam? Leptinesne et socii eius? An alii quidam? Dubitavit hoc ipsum iam dudum Wolfius. Totus hic mihi locus obscurus est ideo, quod rationem creandorum legislatorum haud teneo. Non poterat, quo quisque tempore vellet, eo legem ferre? Exspectandusne erat aliquis ordo temporis ad locum in legislatoribus obtinendum? Eratne perpetuus magistratus τῶν νομοθετῶν, penes quem promulgatio atque explicatio, item emendatio legum esset? Quo a collegio qui abesset, eine legem ferre non licebat?* Pepercissem ego quidem horum nonnullis: fateor tamen impeditum eum locum esse, et soli coniecturae obnoxium; quod et Ulpiani obscurae gerrae docent. Ergo si opus est denuo hanc aleam experiri, verba universe et ita ceperim: *quum primum in republ. creati erunt Nomothetae.* Non dubito vero, cogitandum esse de Nomothetis solenni more sub anni cuiusque initia creari solitis, uti deinceps videbimus. Quodsi cui haec levior videatur auctoritas ad probandum duplex iudicium illud, pensitet, velim, mihi ea, quae Orator p. 487. clarius profert: *Ἐγγυώμεθα ἡμεῖς θήσειν τὸν νόμον. Ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα· οἱ θεσμοθέται ταῦτα γραφόντων· ἐπὶ τούτοις τὸ πρᾶγμα γιγνέσθω*

143 Oratione legitur, novam legem quodammodo valuisse statim post,
144 quam altera abrogata et reiecta esset [146]. Id autem fortasse eo institui debuerat, ne quis, quod saepius in proclivi fuisset, hac uteretur fallacia, ut legem sibi vel suis damnosam tantummodo reiectam vellet, idque vinceret nova promittenda, quam de industria deinde non rogaret [147]. Atque hac in re non minus alius quispiam videtur legem *παρεισφερομένην* pro sua usurpare potuisse, ac perferendi periculum loco alterius viri ingredi [148]. Denique etiam in iudicio nostro lex Leptinis suos habet Syndicos, de quibus Demosthenes ita loquitur, ut se et Phormionem dicendo excepturi esse videantur [149]. Atqui loquitur ibi de quatuor
145 tantum; cuius rei caussa non constat: quare haec forsan non displicuerit opinio. Nimirum in numero illorum ipse potuit esse Leptines, idcirco fortasse in eo loco, ubi fides Syndicorum suspecta redditur, praetermissus, quod illum tota paene Oratio persecuta esset. Ac quum plura loca doceant, et ipsum Leptinem pro suggestu esse dicturum [150], qua id ille alia, quam Syndici, persona facere potuerit, haud facile dixerim. Pervellem quidem, haec et alia quaedam auctoritate certa firmari possent: verum

---

κ. τ. λ. Num *ita* Demosthenes loqui potuisset, nisi alia actione posthac opus fuisset, ut lex sua acciperet auctoritatem? Namne futuri temporis verbo, *θήσειν*, esset usus? Nihil igitur reiectae alterius legis iudicium videri potest fuisse nisi praeiudicium novae. Atque etsi haud dubium est, quin, quo quisque tempore vellet, novam legem posset proponere: (alia enim omnia, quam Reiskius suspicatur, docuit nota 125. supra:) tamen plura in eam me sententiam trahunt, ut putem, omnes leges, quotquot per annum propositae essent, tandem in prima prytanea novi anni ad legitimum iudicium Nomothetarum vocari debuisse, eoque demum secundum latorem facto *νόμον* fuisse *κύριον*. Addo hoc quoque, quod lator legis videtur mihi nonnisi ante secundum iudicium fuisse *ὑπεύθυνος* aut *ἔνοχος τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ*. Quare cavi, ne cum Petito et reliquis, quos vidi, hoc in genere dicerem, *latorem indemnen fuisse exacto a lege lata anno*. Nam haec alium sensum habent, quem vellem illi uno antiquo teste praestassent. De reliquo lectores harum rerum minus periti a nobis monendi sunt, ut iustam lucem earum ab iis, quae sequentur, exspectent.

146) Orat. p. 487. *Τοῦ νόμου λυθέντος, τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος.* Itaque *σαφῶς* sancitum de eo erat. Sequitur tamen: *ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι.* Aut ergo lex illa iam tum erat obliterata, aut omnino multis ambagibus cautionum septa, ut Orator ea non magnopere sibi utendum duxerit.

147) In hanc sententiam accipe verba p. 483. et 487., ubi vid. Comment.

148) Suspicionem hanc movent ea, quae leguntur p. 487. Alibi idem legere non recordor.

149) Vid. p. 501. seq.

150) Vid. p. 493. seq. et passim aliis locis, ab ipso inde exordio Orat.

ubi illa defecerit, quid vetabit modestam fidem coniecturis habuisse?

Hactenus scribendo ea sum potissimum secutus, quae ad hanc Leptineam caussam partim illustrandam valere, partim disci ex ea queant. Non negligendus tamen nobis est insignis locus Orationis in Timocratem, sub idem tempus ab eodem Oratore conscriptae, qui est de annua censura legum in republ. latarum, atque in universum de novarum ferendarum modis solenni usu receptis. Sed ne longior sim, omissis omnibus iis, quae ex doctrina Antiquitatum graecarum lecturo iam pridem innotuisse
debent, ut illa sunt de ecclesiis, de prytaneis [151]), de Prytanibus, 146
de Proedris; nudum expromam locum latine translatum. Habet is plures leges aut potius fragmenta legum, ita totum ordinem rei ob oculos ponentium, ut ipsae nos commentandi labore liberent [152]). Sunt autem eae huiusmodi:

Primae prytaneae undecimo die (qui dies idem est undecimus primi mensis, Hecatombaeonis) in ecclesia post praeconis solennem precationem Prytanes ad populum referunto de legibus, eumque in suffragium mittunto; primo loco de iis, quae pertinent ad Senatum Quingentorum, secundo de iis, quae ad
rempubl. universam, tertio, quae ad novem Archontes, denique, 147
quae ad reliquos magistratus. Ita autem hoc sito, ut de singulis generibus legum populus in suffragium eundo decernat ante omnia, utrum quodque sufficiat, an minus. Cuius rogationis idem plane modus esto, idem ordo, quem in reliquis rogationibus leges sanxerunt antiquitus latae.

Si quasdam legum receptarum populus repudiari iusserit, Prytanes id temporis munere fungentes providento, ut de iis

---

151) Unum hoc placet subnotare de πρυτανείαις, quod a Tayloro, Augerio et aliis perperam traditur, tametsi iam olim vera docuerat Sigon. de R. A. II, 4. et inpr. Petit. p. 277. In decem πρυτανείας civilis annus Atticorum divisus erat, unamquamque 35 dierum, divisione mensem varie intersecante. Habuit autem πρυτανεία quaeque 4 ecclesias κυρίας, i. e. *statas* seu *ordinarias*, quarum prima incidebat in diem 11, secunda in 20, tertia in 30, quarta in 33 πρυτανείας. Itaque qui tres tantum ecclesias numerant, falluntur in eo, quod πρυτανείας confundunt cum mensibus. Rectius hactenus Ulpian. ad p. 485. *Τρεῖς ἐγίνοντο ἑκάστου μηνὸς ἐκκλησίαι.*

152) Nec graeca subiicere opus, quae leguntur p. 776., ubi conf. Schol. p. 810. Ad ea primus Taylorus p. 759. bene docuit, variarum tantum legum partes ab Oratore dari, compositas pro consilio suo, non unam legem et continuam. Id vero clarissime ipse innuit, non νόμον promittens, sed νόμους. Alia dubitatio est, an omnino ita locum ipse consignarit, ut nunc legitur. Nimis saepe in istis publicis literis, apud Oratores insertis, serior manus lectorum mihi videtur grassata esse interpolando, addendo, detrahendo. In interpretatione mea denique affectavi priscum sermonem latinum.

legibus, quas maior pars suffragiorum repudiassit, in tertia ecclesia consilia ineantur; et Proedri quidem eius tertiae ecclesiae post sacra utique agunto cum populo de Nomothetis deligendis, de legibus eorum iudicio permittendis, et omni potestate regunda, simul de mercede iis iudicibus publice comparanda.

Nomothetae sunto ex numero eorum, qui ius dixerunt in Heliaea, et iusiurandum dederunt, quod ab Heliastis exigi solet.

148 *Si secus Prytanes faxint, neque ecclesiam habessint secundum ordinem in legibus praescriptum; vel si Proedri neglexerint cum populo agere: unusquisque Prytanum mille drachmas Minervae dare damnas esto; et Proedrorum unusquisque quadraginta drachmas* [153]). *Exin utrorumque nomina ad Thesmothetas deferuntor, non aliter, atque quum quis magistratum gessit, quum aerario debet. Thesmothetae autem eius rei iudicium constituunto ex lege. Contra si faxint, adscensus eis ad Areopagum occluditor, ut qui emendationem legum pro virili parte perverterint.*

Ante ecclesiam vero tertiam, quisquis Atheniensium voluerit leges ferre, publice primum, quas laturus sit, ante statuas Eponymorum proscribito, ut pro numero propositarum legum populus spatium temporis praestituere possit Nomothetis ad negotium suum curandum.

149 *Rogaturus novam legem in albo scriptam proponito ante statuas Eponymorum, idque singulis diebus ad diem tertiae ecclesiae usque.*

Hecatombaeonis die undecimo, in prima statim ecclesia, quinque viri suffragio populi eliguntor ex civibus universis, leges defensuri, quae apud Nomothetas abrogentur.

Iungendam denique cum his puto auctoritatem Aeschinis ex Oratione contra Ctesiphontem, quamvis ibi simul aliarum rerum quarundam mentio fiat, quas in illis legibus non reperias [154]).

---

153) Iniqua haec videbitur proportio Prytanum et Proedrorum poenas comparanti: unde est Reiskii correctio, *τετταράκοντα μνᾶς* pro *δραχμάς*, non inepta illa. Tamen in tali re hodie non satis clare dispicimus. Et periculum errandi auget Scholiastes illam unam lectionem ob oculos habens eiusque rationem aperire conatus. Hunc unum Scholiastam designat Petitus p. 177., ubi de *iuris Attici consultis* loquitur.

154) Locus Aeschinis hic est p. 433. E. *Διαῤῥήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ* (leg. *ἐν τῷ δήμῳ*) *τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται* (id est *κεῖναι, ἔνεστι, ἐστί,*) *νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν* (alibi *ἐν λευκώμασι*) *ἐκτιθέναι κελεύει* (subaud. *ὁ Σόλων, ὁ νόμος Σόλωνος*) *πρόσθεν τῶν*

Quamobrem vulgo quidem videmus a viris doctis de utroque loco seiunctim exponi; nec id ego, re saepius pensitata, penitus da- 150
mnare ausim. Contra quum reputo mecum, apud Aeschinem non minus agi de annua emendatione legum, priscis legibus constituta, nihilque ab illo dici, quod cum loco Demosthenis pugnet, quumque istis legum fragmentis vix omnis ratio negotii plane descripta videri queat, pronior sum in eam partem, ut Aeschinem, quamvis breviorem, tum de eadem re vel eius rei praeparatione loqui, tum adeo nonnihil novi ab eo nobis afferri arbitrer.

Ad Leptineam redeamus. In paucis, quas hic Orator dixit, caussis noti hodie sunt eventus iudiciorum: id quod saepe ingratum legenti accidere debet. Nec de hac Oratione quidquam esset nobis compertum, nisi testimonium Dionis Chrysostomi exsta- 151
ret [155]). Atque id testimonium aperte prodit, (talia enim Sophistae non mentiuntur,) vicisse Demosthenem caussam suam, sublatamque esse legem Leptinis.

Iam quod unum reliquum est, nos in Orationis huius inscriptione secuti sumus morem vulgatorum librorum, qui summo consensu hanc tenent, *ὁ πρὸς Λεπτίνην λόγος*. Nec sane eum morem novum esse praeter alios [156]) monstrat anonymus

---

Ἐπωνύμων· τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, τὸν δ᾽ ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως. In postremis obscurius est *ἐπιγράψαντας νομοθέτας* seu, quod Markl. malit, *τοὺς νομοθέτας*. Nullo sensu Wolfius vertit *inscriptis legumlatoribus;* nec melius ceteri, quos vidi. Attendere debuerant ad id, quod eodem loco apud Aeschinem sequitur de Prytanibus, *ἀποδιδόναι νόμους τοῖς νομοθέταις*. Nempe utrobique *νομοθέται* sunt *iudices* illi a populo constituti, non *rogatores legum; ἐπιγράφειν* vero, ut *ἀποδιδόναι*, est *attribuere*, *designare*, *constituere*, quod populi fuit proprie, non Prytanum. Sed his, tanquam ecclesiam habentibus, id commode tribui potuit. Saepe haec me torserunt. Alii ignorantiam suam silentio tegunt.

155) Verba Dionis, etiam a Tayloro adhibita, sunt in Rhodiaca, Or. XXXI. T. I. p. 635. ed. Reisk. *Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρῆν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ δήμου δίχα τῶν ἀφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. Τί οὖν; ἔσθ᾽ ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; Οὐμενοῦν· ἀλλ᾽ ἑάλω γραφῆς.* In ultimis his inepte Reiskius, iniecto vocabulo, legendum censet *ἑάλω παρανόμων γραφῆς*. Ratio patet ex superioribus.

156) Ut Philostrat. de Vit. Soph. II. p. 601., unde sua repetiit Eudocia Ion. p. 57. Adde Theonem Progymn. p. 9. et 16. Tiberium Rhet. p. 168. et 176. Apsin. in Aldi Rhet. p. 695. 697. et alios. Ipse Cicero quodammodo huc trahi potest Orat. c. 31. Contra ultimae aetatis auctor, Thomas Magister v. *παρανόμων*, Demosthenem laudat *ἐν τῷ περὶ ἀτελείας*. At verba, quae apponit, non leguntur ibi, sed in Orat. de Cor. p. 493. A.

Argumenti graeci scriptor, admonens, quid intersit inter κατὰ Λεπτίνου et πρὸς Λεπτίνην. Scilicet prius quasi domicilium
152 habet in accusatione, posterius tantum *praesentem in iudicio* signat, non *reum factum* [157]). Sed antiquior aetas Graecorum frequentius ita citare solet: περὶ τῶν ἀτελειῶν, περὶ τῆς ἀτελείας, rarius etiam ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν. Docent haec plures loci, quos alibi adscripsimus. Omnes auctores, a quibus haec Oratio laudetur, huc constipare, obscuram et inutilem diligentiam puto.

---

157) De hoc usu particulae πρός conf. Mureti V. L. VII, 9. et Tayl. ad Demosth. adv. Eubulid. p. 965. Ad plures Orationes ea observatio pertinet. Latine in his omnibus πρός vertendum *adversus*, non *in*, quod est κατά.

ANNOTATIONES
AD
ARGUMENTUM I. ORATIONIS ADVERSUS LEPTINEM.

P. 451. *ΛΙΒΑΝΙΟΥ — ΛΟΓΟΥ.*] Libanii hoc argumentum Fr. A. Wolfius omisit. V. not. ad p. 452, 13. SCHAEFER.

P. 451. v. 5. *μήτε*] Bekkerus: „Immo *μηδέ*." *μηδὲ* G. Dindorfius *): quomodo legitur in altero argumento p. 452, 27. Idemque fuisse in ipsa legis formula apparet e p. 457, 17. SCHAEFER.

P. 451. v. 5. *ἐξὸν εἶναι*] Forte, ut olim divinabam, *ἐξεῖναι*. Atque ita Bodl. Accedit, quod mecum scripsit auctor argumenti alterius atque adeo Demosthenes ipse. Vide pag. 457, 18. TAYLOR. L. *ἐξεῖναι*. SCHAEFER.

P. 451. v. 6. *πάσχειν τὰ ἔσχατα, τοῦτον*] γρ. *πάσχειν τὰ κατὰ τοῦτον* margo Bavarici, Venetus. REISK. V. not. sq. *κατὰ* illud natum e v. *κακὰ* adscripto a glossatore, ut locutionem visam sibi ellipticam interpretaretur. V. Bosii Ellips. p. 222. SCHAEFER.

P. 451. v. 7. *ἐγράψαντο*] Pro *ἐγράψαντο* lectio editionis Aldinae, Codd. item Regg., quibus usus est Morelius in editione sua adornanda, praeter α. η. omnium est *ἀντεγράψαντο*. Incommode, si me audias. Nam qui legem aut constitutionem improbat, *γράφεσθαι νόμον* aut *ψήφισμα* dicitur. Et est verbum quasi legitimum. Ita in argumento sequente: *τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα*. **) et in lege a Demosthene adducta p. 484, 11. *γράφεσθαι μὲν, ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται. τοῦτον δ' ἐγράψαντο τὸν νόμον* Felician. et Manut. *κατὰ*

---

*) Dindorfii editio Demosthenis nunc ipsum evulgata quidquid sibi proprium habet (passim enim discedit a Bekkeri recensione) diligenter excerpendum putavi. SCHAEFER.

**) Miscet diversissima. Aliud *γράφειν νόμον*, aliud *γράφεσθαι νόμον*. SCHAEFER.

τοῦτον ἐγράψαντο τοῦτον τὸν νόμον MSS. Ven. et Vindob. TAYLOR. Vulg. ἀντεγράψαντο. ἐγράψαντο simplex dant Paris. primus et septimus, Bavaricus, Venetus, Felician. et P. Manut. REISK.

P. 451. v. 10. Κτήσιππος] Huius nomen in hac oratione silentio pressum a Demosthene et quare, ait Athenaeus p. 166. REISK.

P. 452. v. 1. καὶ τῷ δικαίῳ] Secundum καὶ τῷ δικαίῳ abest a Bavarico. REISK. καὶ ante posterius τῷ δικαίῳ omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 452. v. 2. ἀντευπεπονθέναι] Immo ἀντ' εὖ πεπονθέναι. V. Melet. Crit. p. 68. et not. ad p. 105, 23. In Apollonio Rhod. III. 918. scribendum σὺν εὖ φράσσασθαι, idque (quod videtur fugisse Lobeckium Parerg. ad Phrynich. p. 624.) Codicibus praeeuntibus. SCHAEFER.

P. 452. v. 3. ἄν τι λαβόντας] Absurde editiones pleraeque ante Wolfium ἀντιλαβόντας una voce, quod mendum etiam sustulit Bodl. TAYLOR. Vulg. ἀντιλαβόντας. ἄν τι λαβόντας tribus vocabulis dant Bavar. Bodl. editio Wolfii. REISK. Videndum ne praestet ἀντιλαβόντας. *eos qui pro beneficiis prius praestitis dona acceperunt.* Particula quidem parum placet. SCHAEFER.

P. 452. v. 5. αἰσχρὸν] [αἴσχιον.] αἰσχρὸν reponit Wolfius. Ita Bodl. quoque. TAYLOR. Vulg. αἴσχιον. Praeter duo prima vocabula totus hic versus [διότι τάχα μὲν —] abest a Bavarico. REISK.

P. 452. v. 8. λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον κ. τ. λ.] [λέγει γὰρ νόμον κ. τ. λ.] Mira est in hoc loco Codicum inconstantia. Simplicissimam medelam exhibet Bodl. λέγει γὰρ εἶναι νόμον τὸν κελεύοντα κ. τ. λ. Expressiorem tamen et disertiorem iudico eam, quam ex Codd. Regiis, ut antumo, produxit lectionem Morelius: ἐχρῆν γὰρ ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον τὸν κελεύοντα τὰς τοῦ δήμου δωρεὰς εἶναι βεβαίας, καὶ τότε αὐτὸν ἄλλον τιθέναι. Quam in vertendo secutus aliquatenus videtur Petrus Nannius Alcmarianus: *oportuisse enim prius contrariam legem abrogare, deinde suam proponere* etc. Tu autem praeterea dele νόμον post τιθέναι. Quis enim non fastidiret vocem istam usque ad nauseam hic repetitam? εἰσήνεγκε τὸν νόμον· λέγει γὰρ νόμον — τὸν ἐναντίον νόμον — ἄλλον τιθέναι νόμον — ἐναντίοι νόμοι εὑρίσκωνται. Notabile est tamen, quod in hac Codicum dissonantia (ubi lectionum quidem diversitatem sentis, eundem vero omnino sensum retineri) editiones vetustae ex utraque lectione videantur conflari: λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον τὸν κελεύοντα ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, ut Ald. Manut. Morel. TAYLOR. λέγει γὰρ νόμον τὸν κελεύοντα κ. τ. λ. Bekker. cum Wolfio et Tayloro. Vulgata a Reiskio absurda est. SCHAEFER.

P. 452. v. 11. αὐτὸν τιθέναι] [αὐτὸν ἄλλον τιθέναι.] Medium vocabulum abest a Vindob. TAYLOR.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM II.

P. 452. v. 13. *ΑΛΛΩΣ.*] Animadversiones, quas ad Demosthenem illustrandum scribere aggredior, etsi non placet interpellare subinde notandis iis, quae in Scholiis mutata sunt; ante tamen, quam ad Orationem ipsam accedamus, pauca in Argumentum graecum, quod dedi, videntur monenda. E duobus enim Argumentis, quae sunt in editionibus, altero Libanii neglecto, quod in eo plura traduntur parum accurate, alterum recepi, longius illud satisque bene ad Oratoris fidem scriptum. Cuius autem illud sit, frustra quaeris. Nam si vel maxime eundem ponam esse hunc scriptorem et Scholiastam, ne hoc quidem hodie scitur, cui auctori Scholia assignari debeant, quibus partem Orationum Demosthenicarum habemus oppletam. Nomen quod praeferunt *Ulpiani*, parum nos iuvat, hominis aetatem, locum, reliqua eius omnia plane ignorantes. Neque in Scholiis ipsis invenias quidquam, unde verior coniectura ducatur; ut incertissimum sit, quod posuerunt nonnulli, (v. Suidas voc. *Οὐλπιανὸς Ἀντιοχεύς*, ibique Küsterus, et Tayl. in Collectaneis ap. Reisk. Orr. graec. T. VIII, p. 711.) Rhetorem seu Grammaticum ad Constantini Imp. tempora videri demittendum. Etsi meliore vix dignum habeas saeculo. Sane enim quam multa dat puerilia, falsa, a re et loco prorsus aliena, in dilucidis et verbis et sententiis se iactans verbose, obscuriorum contra enarrator magis quam interpres, veritatis lectionum rarissime curiosus, denique novorum postillatorum in modum inanibus circumlocutionibus et dissectionibus Oratorem enecans, adeo ut legenti saepe nauseam moveat ac bilem. Vix viginti locos in toto Demosthene putem reperiri, in quibus ille, quod non horum quoque temporum doctrina possit expedire, suppeditet. Sed eo maxime nomine succenseas homini, quisquis fuit, quod tam pauca excerpsit e commentariis antiquorum, quorum tamen copiam habere debebat, suaque inepta conscribillare maluit, quam bona aliena dare. Verum cogitandum, quod et ipsa subiicit res, et post Casaubonum aliosque bene Valesius observavit ad Harpocrationem, multa in his quoque Scholiis a serioribus assuta esse, viderique ea, qualia nunc leguntur, nihil aliud quam Scholiorum e vero Ulpiano ductorum, admistis et aliorum antiquis et plane novis rebus, factam a Gram-

matico infimi saeculi et ordinis congeriem. Accedit ad hanc fortunam, quod Ulpianea haec per incuriam editorum adhuc sunt inquinatissima vitiis, interdum etiam ipsis verbis, quae explicantur, obscuriora. Itaque saepe prope fuit, ut poeniteret laboris omnis, in quem semel ingressus eram, ut Scholiastam una cum textu mea manu describerem, praesertim quum in editionibus duabus principibus pleraque eodem modo viderem inquinata, quo essent in Wolfianis. In huius tamen viri notulis habui inprimis, quod adiuvaret ingratum laborem. Quae vero sensu plane cassa, ad locos Oratoris planissimos, omnem medelam respuerent, nulla mihi religio fuit talia prorsus abiicere. Quod haud saepius tamen memini factum, quam tribus quatuor locis. Sic cogitabam mecum, tamne lepidam chartam talibus spurcitiis maculari! Universe autem horridulum magistrum, in hac quidem particula, ita pexiums comsimusque, ut cultiorem factum facile sit videre, si quis priores editiones cum hac nostra comparare voluerit. Sed de his satis. FR. A. WOLF. Bekkerus: „Alterum argumentum mei omnes om.“ SCHAEFER.

P. 452. v. 16. γράφειν] [γράψαι.] γράφειν τὶς et mox ἀκίνδυνος editi. γράφει τις νόμος Vindob. Idem dat ἀκίνδυνος. Ut mirum non sit, si olim legebatur, quo pacto etiam legi debere indico: ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ ὁ γράφων τὸν νόμον, ἐφαίνετο Λεπτίνης ἀκίνδυνος. Observabis, Wolfium ita hunc locum convertisse. Nam cum versionem adornavit ex superioribus editionibus, eam neglexit ad editionem suam, si qua incidisset varietas, recudere Confer hunc locum cum pag. 501. TAYLOR. Editi habent partim γράφειν τις νόμον, partim γράψαι τὸν νόμον. Hinc feci γράψας τις νόμον, veram haud dubie scripturam. Taylorus correxit ὁ γράφων τὸν νόμον. Sed locus, quem verba tenent, ea vix sinit ad Leptinem trahi. Universe contra si acceperis, nullus in posteriore voce articulo locus est. Etiam posthac in hoc Argumento legimus: νόμος ἦν, τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. FR. A. WOLF. γράφων τις νόμον Bekker. SCHAEFER.

P. 452. v. 16. ὅθεν πρὸς αὐτὸν, κ. τ. λ.] Robortell. Emend. c. 37. p. 63. V. praefationem nostram ad Orat. in Eubulidem. TAYLOR, *in Schedis*. V. Fr. A. Wolfii Prolegom. extr. SCHAEFER.

P. 452. v. 20. πολλαῖς] Lege ex Cod. Ital. ἄλλαις τε καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ. Ita scripsit Libanius in Argumento superiore. Notissima est figura: hyperbaton vocant rhetorum filii. Vide nos in Ind. Attic. ad Lysiam in ista voce. πολλαῖς hic et διαφόροις idem sonant. TAYLOR. Fr. A. Wolfius dedit: τοὺς εὐεργέτας μάλιστα πόλεως καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ. „Edunt omnes“ inquit „τοὺς εὐεργέτας μάλιστα πολλαῖς καὶ διαφόροις τιμαῖς. Illud vero πολλαῖς hac iunctura in-

eptum bene notat Taylorus, ex Ital. allata lectione, ἄλλαις τε καὶ διαφόροις τιμαῖς, quae, etsi melior, tamen et ipsa videtur esse a correctore. Vocabuli eius, in quo vitium patet inesse, emendationem meam firmat Demosthenes in Orat. p. 477, 12. aliisque locis. Erroris caussam habeo καί, quod sequitur, minus a scribis intellectum; cui respondent καὶ δὴ καί. Sic enim καί vel τέ ponunt in uno membro, in altero ad vim augendam vel καὶ δή vel καὶ δὴ καί, ubi Latini dicunt *quum* et mox *tum etiam*, *tum maxime*." Parum probabilis et emendatio et disputatio. Hoc enim si Anonymus voluisset, scripsisset, articulo addito, τῆς πόλεως: quanquam satis inficete, cum proxime antecedat τῇ πόλει. Adverbium μάλιστα referendum est, non ad sequentia, sed ad accusativum antecedentem, τοὺς εὐεργέτας. SCHAEFER.

P. 452. v. 21. ἐπέλειψαν] Recentioris est Graecitatis: antiquioris et classicae ἐπέλιπον. V. not. ad Poët. Gnom. p. 148. et Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 713. ss. SCHAEFER.

P. 452. v. 21. λειτουργήσαντες] [λειτουργήσοντες.] Optime Wolfius lectionem MStorum praetulit λειτουργήσοντες, et mox v. 22. περιισταμένων, pro quibus editi habebant λειτουργήσαντες et παριστμένων. TAYLOR. λειτουργήσαντες tenui cum Reiskio, qui tamen hic auctoritatem habet nullam, quod criticum in hoc Argumento agere noluit. Wolf. et Tayl. malebant λειτουργήσοντες. Hos v. seq. secutus pro παρισταμένων, quod nihili est, dedi περιισταμένων, verbum huic rei proprium, ut περιήκουσι in Schol. ad Ἔτι τοίνυν ὑμᾶς — p. 459, 10. FR. A. WOLF. Male tenuit vir egregius λειτουργήσαντες, cum probare deberet λειτουργήσοντες, quod etiam Bekker. ascivit. Quid ad sensum intersit, docet participiorum in modos finitos resolutio. ἐπέλειψαν οἱ λειτουργήσαντες est i. q. ἐπέλειψαν οἳ ἐλειτούργησαν: quod h. l. absurdum est. ἐπέλειψαν οἱ λειτουργήσοντες est i. q. ἐπέλειψαν οἳ λειτουργήσουσι: quod sensus loci poscit. SCHAEFER.

P. 452. v. 22. παριστμένων] Legendum περιισταμένων. περιίστασθαι, *devenire*, *pervenire*, huic loco melius convenit quam παρίστασθαι. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 256. Bene περιισταμένων Bekker. V. not. ad λειτουργήσαντες v. 21. SCHAEFER.

P. 452. v. 25. αὐτοῖς ῥήμασιν] *his ipsis verbis.* Erravi vertens *iisdem verbis* ad Gregor. Cor. p. 304., quam notam tirones moneo ut caute legant. Marinus Vit. Procli p. 9. ed. Boiss. ἐπ' αὐτῶν δὲ ἐρῶ τῶν τοῦ ἀνθρωπίου ῥημάτων. Neque αὐτῆς ἡμέρας ibidem citatum e Plutarcho vertendum *eodem die*, sed *illo ipso die.* SCHAEFER.

P. 453. v. 2. καὶ γένος καὶ οἰκίαν] V. Ind. Graecit. p. 356. In antecedentibus corrig. εἰ δέ τις ἄλλῳ —. SCHAEFER.

P. 453. v. 2. ὑποκεῖσθαι γραφαῖς καὶ ἐνδείξεσιν] Nannius: *adversus eundem competant et* publica iudicia *et actio famosa.*

Et deinde: *eadem luito, quae illi, qui, cum* reip. obaerati essent, *iudicia exercuere.* TAYLOR.

P. 453. v. 5. οἱ δικάζοντες —] Ex Oratore p. 504, 25. s. scribi hoc loco debebat οἱ ἄρχοντες, ὅταν ἀφείλοντες τῷ δημοσίῳ ἄρχωσι. Ad rem tamen minimum interest, quum τοὺς ἐγγεγραμμένους ἐν ἀκροπόλει Athenis eadem lex a magistratu et a iudiciis excluserit. FR. A. WOLF.

P. 453. v. 7. *Λεπτίνῃ*] *Λεπτίνην* Fr. A. Wolf. et Bekker. Sic iam H. Wolfius. SCHAEFER.

P. 453. v. 11. ὅμως, ἐπειδὴ καὶ οὕτω κ. τ. λ.] Wolfius: *Tamen, quoniam et sic ex lege licebat accusare.* Non miraberis, versionem Interpretis parum textui *) respondere, si memineris, quod superius monui, Wolfium editiones priores, non suam, transtulisse, in quibus sic legebatur: ὅμως ἐπειδὴ καὶ οὕτω κατὰ τὸν νόμον ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας. Sic etiam est in Vindob. Sed praestantior multo est lectio, quam in textum admisit, non tamen interpretatus est. Vox enim οὕτω exprimit, quod isti Codd. volunt per κατὰ τὸν νόμον **), et postulat locus omnino κατὰ τοῦ νόμου (vel, ut Bodl. legit et alii legere perhibentur, κατὰ τῶν νόμων) ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας, κἂν οἱ γράψαντες ἔξω κινδύνων ὦσι. Leges *licebat accusare, tametsi earum auctores indemnes essent.* Quo pacto fere et legisse videtur, interpretatur certe, Petr. Nannius. TAYLOR. κατὰ τῶν νόμων. Ferant fortasse multi, quod olim constanter legebatur, κατὰ τὸν νόμον. At potior Bodl. lectio, nunc restituta, vel ei similis altera, κατὰ τοῦ νόμου. Sensus est: *Quandoquidem sic quoque leges ipsas licebat accusare, tametsi latores non amplius obnoxii essent.* Ἐξῆν μετὰ ἐνιαυτὸν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας κατὰ τῶν νόμων, οὐ κατὰ τῶν γραψάντων. Usus particulae ne quem offendat in formula ποιεῖσθαι κατηγορίαν κατά τινος, occurrit statim hic ποιεῖσθαι τὴν γραφὴν κατὰ τοῦ νόμου, illaque ipsa formula in Lysiae Or. XXXI. princ. Conf. Xenoph. Hellen. 1, 7, 6., ubi quod scriptum est, scribi etiam debuit ambigui vitandi caussa. Omnino id saepius sit, ut praepositiones nominibus, ad quae alias subaudiri solent ***), apponantur. FR. A. WOLF. κατὰ τῶν νόμων etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 453. v. 16. τούτων οὖν κατηγόρων κ. τ. λ.] De hoc genitivorum absolutorum abusu v. not. ad Argum. Orat. de male gesta legat. p. 336, 7.: quod Argumentum eiusdem videtur

---

*) Wolfius edidit κατὰ τοῦ νόμου. SCHAEFER.

**) Fallitur. καὶ οὕτω, vel sic, h. e. annuo spatio transacto. SCHAEFER.

***) Non subaudiuntur. Vides etiam talem virum in mancipiis fuisse doctrinae Ellipsium. Adeo aegre dediscas quae teneris annis didiceris. SCHAEFER.

Anonymi esse. Ut homo constructionem σολοικοφανῆ perdite amaverit. SCHAEFER.

P. 453. v. 21. τῷ συμφέροντι, διὰ τὸ περιποιεῖν κ. τ. λ.] Morelius primus hunc locum ex Codd. Regiis plenius expressit: — τῷ συμφέροντι, διὰ τὸ περιποιεῖν λειτουργοὺς, καὶ ὅτι ἀσύμφορον ἡμῖν γίνεται, ἐὰν οἱ πένητες μόνοι λειτουργῶσιν· ἀπορήσουσι γὰρ τῷ χρόνῳ, καὶ οὐχ ἕξετε τοὺς λειτουργοῦντας· ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ, κ. τ. λ. In Vindob. sic est: καὶ τῷ μὲν συμφέροντι, ὅτι ἀσύμφορον ὑμῖν γίνεται, ἐὰν οἱ πένητες μόνοι λειτουργῶσι. ἀπορήσουσι γὰρ τῷ χρόνῳ, καὶ οὐχ ἕξετε τοὺς λειτουργοῦντας. τῷ δὲ δικαίῳ, ὅτι οὐκ ἐστὶ τοὺς μὲν etc. *Leptines igitur utili nititur, quod eos, qui munera obeant, reip. comparet*, et quod incommodum erit civitati, si pauperes solummodo ea sint obituri: post aliquantum enim temporis deficient, et tum, qui munera obeant, non estis habituri: *atque etiam iusto* etc. TAYLOR.

P. 453. v. 22. καὶ ὅτι — γίνεται] Fr. A. Wolfius: ὅτι ἀσύμφορον ὑμῖν γίνεται. ὑμῖν quidem praestat ob sequens ἕξετε. Conf. p. 454, 16. 20. SCHAEFER.

P. 453. v. 27. ἀεὶ] Referendum ad λειτουργοῦντας. SCHAEFER.

P. 454. v. 1. καὶ τῷ δικαίῳ] Copulam omisit Fr. A. Wolfius secutus cognominem. SCHAEFER.

P. 454. v. 3. ἀφ' ὧν — ἐποίησε] *non orsus est unde oportuit.* SCHAEFER.

P. 454. v. 5. θεσμός — νόμος] θεσμὸς et νόμος quomodo inter se differant, docent Anecd. Bekk. p. 264, 12. SCHAEFER.

P. 454. v. 7. ἐν νομοθέταις κυρῶσαι] Addit Nannius: et in aerarium, cum receptae fuissent, recondere. TAYLOR.

P. 454. v. 7. τοῦτο] Post h. v. δ' addiderunt H. et Fr. A. Wolfii. SCHAEFER.

P. 454. v. 10. ὑπεναντίος — βιάζεται] Nannius: *Habet igitur haec lex controversiam* cum reliquis legibus, *quae populi munerationes firmas volunt, cum ista eas rescissas cupiat.* TAYLOR.

P. 454. v. 16. ἀσύμφορον] Wolfius *inutile:* Nannius autem *commodi nihil adlaturum.* Novi *illaudatum Busiridem*, ut Virgilius, et *Pythagoram non sordidum auctorem*, ut Horatius, et *Polybium non contemnendum*, ut Livius loquitur, caeteraque id genus orationis ornamenta. Sed non est interpretis ἀνθολογεῖν. Verte simpliciter: *vobis incommodum erit.* TAYLOR.

P. 454. v. 16. ἑαυτοὺς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι] F. ἐὰν τοὺς εὐεργέτας ἀφαιρῆσθε, vel ἐὰν τοὺς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι. H. WOLF. Editi enim ἑαυτοὺς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι. TAYLOR. ἐὰν τοὺς εὐεργέτας ἀφαιρῆσθε de Wolfii coniectura certissima scripsi pro vulgato, quod et Reisk. inculcat, ἑαυτοὺς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι. FR. A. WOLF. ἐὰν τοὺς εὐεργέτας ἀφαιρῆσθε etiam Bekker. ἐὰν

τοὺς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι dederat Wolfiana, secuto Tayloro. SCHAEFER.

P. 454. v. 17. οὐκ ἔτι] οὐκέτι Bekker. hic et v. 20. SCHAEFER.

P. 454. v. 18. τὸν σῖτον] *triticum, quod adhuc misit.* SCHAEFER.

P. 455. v. 3. συναποδύεται] συναπολύεται margo edit. Morel. Fortasse cum Ital. συνυποδύεται. συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει Vindob. TAYLOR. συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει καὶ τὴν σύστασιν τοῦ οἰκείου νόμου. *orator occulte se insinuans iam nunc etiam propriae legis commendationem parat.* In edd. est συναποδύεται, quod, Tayloro monente, in illud mutavi ex Ital. et Vind. FR. A. WOLF. συνυποδύεται etiam Bekker. Sensus: Dum Orator nihil aliud quam Leptinis legem videtur accusare, oppositam illi legem tecte commendat. σύστασις h. l. et v. 13. est *commendatio*: sed v. 11. *oppositio*, ἀντεξέτασις. SCHAEFER.

P. 455. v. 6. καθίστησιν] Post h. v. ambo Wolfii αὐτὸν addunt. SCHAEFER.

P. 455. v. 13. συμφέροντος] F. συμφερόντως. SCHAEFER.

P. 455. v. 21. κεκύρωκεν. ἔτι γὰρ] κεκύρωκε. τί γάρ; Fr. A. Wolfius. Satis placet. SCHAEFER.

P. 455. v. 23. διὰ τοῦτο πάντων] τοῦτο διὰ πάντων idem secutus Hieronymum. Vere, ut opinor. SCHAEFER.

P. 456. v. 2. αὐτῷ] αὑτῷ Fr. A. Wolfius. SCHAEFER.

P. 456. v. 3. αὐτοῦ] αὑτοῦ idem. SCHAEFER.

P. 456. v. 3. καὶ τούτῳ — τῷ λόγῳ] Sunt verba ipsius Oratoris. V. p. 457, 8. SCHAEFER.

P. 456. v. 10. ἐστὶν ἐπὶ] F. ἐστὶ περὶ. SCHAEFER.

P. 456. v. 17. ὅταν ἐμπομπεύῃ κ. τ. λ.] Miro errore ut a Demosthene scripta citat Thesaurus H. Stephani c. 7434. B. SCHAEFER.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM ADVERSUS LEPTINEM.

P. 457. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΛΟΓΟΣ.] Titulus huius orationis in August. primo est: Πρὸς Λεπτίνην περὶ τῆς ἀτελείας. — Sopater ad Hermogenem p. 74, 29. Δικανικὸς ὁ περὶ στεφάνου. καὶ γὰρ ζητεῖται καὶ ἀμφισβητεῖται, εἰ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης, ἢ μή. ἀλλὰ καὶ οἱ Φιλιππικοὶ, συμβουλευτικοὶ

ὄντες, εἰ χρὴ Φίλιππον Ἀμφικτύονα ποιῆσαι, πανηγυρικῶς μελετᾶται [sic]. καὶ γὰρ πολύς ἐστιν ἐνταῦθα Δημοσθένης κατὰ Φιλίππου δημηγορῶν. ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς Λεπτίνην, δικανικὸς ὢν τῷ εἴδει, μικτῶς μελετᾶται, συμβουλευτικῶς φημὶ καὶ πανηγυρικῶς. — Initium Orationis citat Hermogenes p. 105. item p. 280. — [Hoc loco humanissime monendi sunt lectores, hucusque curam b. Reiskii in examinandis et recognoscendis animadversionibus suis progressam esse. Quicquid enim notarum hactenus impressum est, eas omnes limavit, ipse et retractatas passim diligentissime prelo paravit. Sed quae sequuntur, eae manserunt integrae, quales fuerant a. 1769. scriptae, cum morbus, qui medium hunc cursum interrupit, vires b. viri ita debilitaverit, ut retractando impar esset. Quare, ut in schedis eius singula reperta sunt, ita nunc bona fide lectoribus exhibentur.] *) — De aetate huius orationis aliisque v. Photii Biblioth. p. 802. Limatam huius orationis dictionem laudat Hermogenes p. 301. in. De gallica huius orationis interpretatione per Le Cointe v. iudicium Valckenarii ad Herodot. p. 398. REISK. „Multae sunt eius totae orationes subtiles, ut contra Leptinem." Cicero Orat. 111. De subtili genere vid. Cicero Orat. 76. 77. et seqq. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 256. V. Ind. Histor. s. v. *Ctesippus* p. 565. coll. not. ad p. 479, 17. SCHAEFER.

P. 457. v. 1. Ἄνδρες δικασταί, —] Quae primam hanc periodum sequuntur, ea statim ita in caussam irrumpunt, ut nobis, qui adsueti sumus prooemiis, paene capite truncata Oratio videri possit. Neque tamen magis prooemium pro necessaria parte habendum, quam peroratio, praesertim ad auditores satis iam alterius Oratione ad argumentum, quod quis tractat, praeparatos. Vid. Aristot. Rhet. III, 13. et Quinctil. IV, 2, 72. Verum de exordio nostro aliter antiquos Rhetores iudicasse, docet Photius Biblioth. Cod. CCLXV. p. 1470. Φασὶ δὲ τὸν Δημοσθένην τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἤτοι τὸν πρὸς Λεπτίνην, φιλοπονήσασθαι λόγον· οὗ τὸ προοίμιον Λογγῖνος μὲν ὁ κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει, ἕτεροι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔφασαν τὸ προοίμιον ἠθικὸν εἶναι. Καὶ πολλοῖς οὗτος ὁ λόγος παρέσχεν ἀγῶνα κρίνεσθαι προτεθεὶς, ὥσπερ καὶ Ἀσπασίῳ τῷ ῥήτορι, ἅτε μηδ' ἐφιγμένῳ τῆς τοῦ λόγου θεωρίας εἰς ἀκρίβειαν. Hoc ergo unum olim dubitarunt, quam dicendi formam Demo-

---

*) Uncis inclusa adscripsit I. C. G. Heslerus, homo de Reiskii scriptis optime meritus laudatusque et ab ipso passim et a Reizio praefat. ad Herodotum. Eidem Heslero cum alia litteras egregie iuvantia debemus tum utilissimum Indicem in Euripidem, qui vulgo alius dicitur. *Sic vos non vobis.* Is postremo, cum summam attigisset senectutem, eo redactus est inopiae, idque Lipsiae, alma matre studiorum, ut eleemosynâ parcissimâ sustentatus vitam aegre misereque toleraret. SCHAEFER.

sthenes h. l. adhibuerit. Longinus autem, cuius illa sententia e libro, quem τοὺς φιλολόγους inscripsit, petita videtur Ruhnkenio de Vita Longini §. 10., prooemium videri debet inclusisse primis quatuor §§. [Ἄνδρες δικασταὶ — usque ad τιμωρησόμεθα p. 458, 16.], eaque praecipue spectasse, quae acrius contra Leptinis in ferenda lege consilium dicuntur. De Photii loco conf. Toup. ad Longin. c. 39. FR. A. WOLF.

P. 457. v. 1. μάλιστα μὲν — συνερεῖν] Citat Demetrius Phalereus §. 10. coll. §. 11. SCHAEFER.

P. 457. v. 1. μάλιστα μὲν εἵνεκα κ. τ. λ.] Brevitate Demostheni praeter ceteros propria arctatur sententia: *Duae sunt caussae, quibus commotus ad dicendum surrexi, altera et ea praecipua, quod abrogationem legis Leptineae* (τὸν νόμον, legem de qua nunc agitur) *e rep. esse arbitror; altera, quod Ctesippi huius, qui in iudicio adest, caussa cupio.* τούτοις iungendum cum συνερεῖν, h. e. συνηγορεῖν, ut ὡμολόγησα absolute accipiatur, quod saepe fit: *recepi, me caussam horum defensurum.* Spectat autem τούτοις Aphepsionem et Ctesippum, fortasse etiam subscriptores quosdam. Mox ὡς, omissum vulgo a nonnullis, Taylorus restituit, probandum non ob consensum tantum codicum, sed propter ipsam vim sententiae et usum. Ita Lysias Or. V. p. 186. Δοκεῖ μοι αἰσχρὸν εἶναι — μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια, ὅπως ἂν δύνωμαι. Isaeus Or. III. princ. Εἰκὸς οὖν μοι δοκεῖ εἶναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνειπεῖν αὐτοῖς. FR. A. WOLF. Semel nomen professus in Oratoribus non potuit dicere ἂν οἷός τε ὦ: debuit, si modestiae laudem in ipso Orationis exordio captare vellet, ὡς ἂν οἷός τε ὦ. SCHAEFER.

P. 457. v. 1. εἵνεκα] ἕνεκα Dindorf. Et sic v. sequ. SCHAEFER.

P. 457. v. 2. τῇ πόλει] Absunt ab Aristide p. 310. συμφέρει λελῦσθαι τῇ πόλει τὸν νόμον Hermogenes p. 105. Et cum Crispin. det συνερεῖν, dat Aldina συνεργεῖν. REISK.

P. 457. v. 2. λελῦσθαι] Bene λελύσθαι Bekker., quomodo editum in Demetrio Phal. l. c. SCHAEFER.

P. 457. v. 2. εἵνεκα] ἕνεκα August. primus. REISK.

P. 457. v. 3. ὡμολόγησα — συνερεῖν] Citat Demetrius Phal. §. 256. SCHAEFER.

P. 457. v. 3. ὡς ἂν] Restitui ὡς, quod erat necessarium et ex quibusdam editionibus excidit. Habet Ald. Ven. Aug. Lindenbr. Codd. Regg. α. β. Demetr. Phaler. §. 10. et 256. Aristides Vol. II. p. 483. edit. Iebb. Ulpian. et Hermogen. lib. 1. de Formis Oratt. cap. ult. Paulo inferius v. 6. λέγῃ itidem pro vulgata λέγει ex Ald. Felician. Manut. Ven. Lindenbr. Codd. Morel. et Hermogene. TAYLOR. Vulg. ἄν. ὡς ἂν August. primus, Bavaricus, Aristides l. c. Correxi ὡς ἄν, nulla alia de causa, quam ob consensum codicum. REISK. V. not. ad μάλιστα μὲν εἵνεκα κ. τ. λ. v. 1. SCHAEFER.

P. 457. v. 3. ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον —] Astuta est ratio oratorum, ut, quid adversarius allaturus sit pro sua caussa, compertum se habere dicant, qua techna illius saepe firmissima argumenta elevant occupando. Ἐπιστήμην vocant Rhetores. Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος c. 23. p. 547. Laur. Ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας ἰσχυρώτατον *) προτείνων τοῦ Λεπτίνου κεφάλαιον, τὸ τῆς ἀξίας, τῇ ἐπιστήμῃ προέτεινεν οὕτως· Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον κ. τ. λ. Τὶς ἄλλος ad syndicos legis pertinet p. 501, 21. seqq. Deinde subiunctivum λέγῃ, pro vulgato λέγει, a Tayloro aliunde probatum, recte dant etiam Apsines p. 697. Tom. I. Rhetorum Ald. et Gregorius Cor. ad Hermogen. p. 939. FR. A. WOLF.

P. 457. v. 6. λέγῃ] λέγει dedit Wolfius. Sed λέγῃ dant sine dubio codices mei quoque, e quibus ad h. l. nihil annotavi. Quod universe moneo de similibus locis suspicandum: ad quos dissensionis nihil a lectione Parisinae editionis annoto, eos cum lectione Parisina consentire. REISK. V. Taylorus ad ὡς ἂν v. 3. et Fr. A. Wolfius ad ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον — v. 3. SCHAEFER.

P. 457. v. 6. δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρεῖ —] *Aequam iustamque esse legem, adversarii nostri vincere dicendo non poterunt; utilem duntaxat civitati esse, inculcabunt.* τούτῳ πλείστῳ χρήσεται τῷ λόγῳ. *Hanc rationem urgebit cupidissime, hanc nobis ubique ingeret*, ἄνω καὶ κάτω, ut attice loquitur Schol. ad verba: τουτὶ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς. p. 474, 1. FR. A. WOLF.

P. 457. v. 7. εὑραμένους] [εὑρομένους.] Melior lectio est εὑραμένους, eaque non paulo. Praefert Aug. Ital. Regg. ε. η. Bodl. Cant. et Hermogenes περὶ Ἰδεῶν Τόμ. α. p. 300. edit. Crisp. et iterum περὶ Μεθόδου δεινότητος p. 427. TAYLOR. Vulg. εὑρομένους. εὑραμένους August. primus. Correxi εὑραμένους. REISK. Librorum quorundam (etiam Gregorii Cor. l. c.) scripturam εὑραμένους cur Taylorus et Augerius commendarint, receperit Reiskius, non video. Improbat factum et Dawesius Miscell. crit. p. 255. [p. 456. ed. Kidd.], vera tamen non nixus ratione, ideoque reprehensus a Dorvillio ad Chariton. p. 403. nov. ed., qui formam εὑράμενος defendit ex analogia similium, quae leguntur, ut εἱλάμην, ὠνάμην **). Recte id quidem: quamquam ex hac observatione nondum constat de usu formae εὑράμενος apud genuinos Atticos. Neque in his ullum certum huius usus exemplum credo reperiri. In nostro saepius habes promiscue εὑρημένος et εὑρόμενος, posterius etiam infra p. 475, 11. et p. 505, 27. et in Neaer. p. 878. B. [ed. Francof.], quibus in locis Reiskius

---

*) L. ἰσχυρότατον. SCHAEFER.

**) Hoc vero diversi est generis. V. Buttmannus Grammat. Gr. mai. T. I. p. 417. SCHAEFER.

nihil mutat; in εὐράμενος consentientes libros nusquam videas. FR. A. WOLF. εὑρομένους h. l. praetulit Fischerus ad Weller. III. 1. p. 95., qui legendus una cum Lobeckio ad Phrynich. p. 139, 1. Conf. Buttmannus Grammat. Gr. mai. T. I. p. 417. T. II. 1. p. 139. εὑρομένους etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 457. v. 8. ἐκδεδυκέναι] ἐκλελοιπέναι index Aldi. REISK.

P. 457. v. 8. τὰς λειτουργίας] λειτουργία, pecunia, sive opera, quae reip. impenditur. Prisci enim λεῖτον publicum vocabant. NANNIUS.

P. 457. v. 10. ἐγὼ δ', ὅτι μὲν κ. τ. λ.] Usque ad ἐάσω citat Dionysius Halicarn. de C. V. p. 110. meae edit. Usque ad γιγνώσκεται Tiberius p. 21. SCHAEFER.

P. 457. v. 10. δ'] δὲ Fr. A. Wolfius, omnino ille innumerabiles hiatus ex Hieronymi editione restituens: quod vehementer laudavit Wunderlichius, ego parum probo. Sed talia ex Halensi huius Orationis editione posthac non enotabo. Delenda autem hypostigme post δ': ob elisionem enim vox pronuntiantis nequit insistere. Videlicet voci moderandae serviunt distinctiones, non constructioni expediendae in usum tirunculorum. SCHAEFER.

P. 457. v. 10. ὅτι μὲν τινῶν —] *Iniustum est, si quis hac caussa abusus, quod quidam immunitate videantur indigni, ad unum omnes dono suo spoliatos velit.* τινῶν κατηγοροῦντα est τινὰς ἀναξίους νομίζοντα, uti deinde καταμεμφόμενόν τινας. Ad ipsum κατηγοροῦντα supple τινά *), et simplicem structuram cogita hanc esse: τινὰς κατηγορεῖν τινῶν, εἶτα ἀφαιρεῖσθαι πάντας τὴν δωρεάν. Priore structura nihil est frequentius, et praestat eam hic Dionysius de Comp. Verbb. §. 9., haec laudans in exemplum concinnitatis, e qua brevitatem putat ortam. Ita enim Oratorem scribere debuisse: Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα, ὡς οὐκ ἐπιτηδείων ἔχειν τὴν ἀτέλειαν, πάντας ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς δικαίως αὐτῆς τυχόντας τῶν ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω. Alias virtutes plures in hoc exordio miratur Hermogenes π. ἰδεῶν lib. I. extr. Sed locus est longior, quam ut huc transscribi possit. FR. A. WOLF.

P. 457. v. 10. κατηγοροῦντα πάντας] Vulg. κατηγοροῦντας πάντα. κατηγοροῦντα πάντας Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Ald. Dionys. Halic. de Struct. Orat. p. 66. ed. Upton. πάντας etiam dat P. Manut. Correxi κατηγοροῦντα [subaudi τινὰ] πάντας. REISK. κατηγοροῦντας πάντων Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 457. v. 11. δωρεὰν] ἀτέλειαν Dionysius Halic. l. c., quod

---

*) Haudquaquam censebis supplendum, nisi forte ad nomen quodvis articulo defectum pronomen indefinitum subaudiri oportere credas. Quod eccui nunc, everso Ellipsium regno, probabitur? SCHAEFER.

mihi videri non a Rhetore, sed ab interpretante profectum esse ad illum locum monui. SCHAEFER.

P. 457. v. 11. τῶν ἀδίκων ἐστὶν] [τῶν ἀδικούντων ἐστὶν.] Cum dixisset κατηγοροῦντα in singulari numero, non κατηγοροῦντας, scripsisse quoque debuit τοῦ ἀδικοῦντός ἐστιν, non τῶν ἀδικούντων. Sed manum Demosthenis opinor fuisse τῶν ἀδίκων ἐστὶν, *est ex rebus iniustis*, hoc est, *iniusta res est*. Sic p. 476, 23. τῶν αἰσχίστων ἐστὶ, *est ex rebus turpissimis*, vel *res est turpissima*. Vid. ad p. 471, 11. MARKLAND. Favet viri doctissimi et amicissimi coniecturae, quod in pluribus iisque praestantissimis exemplaribus ἀδίκων legatur, in Codd. scilicet Regiis α. ζ. Aug. Ital. Ven. Obsop. Bodl. Cant. Vindob. Ita etiam laudat Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος. Qui et in alio loco, scilicet περὶ ἰδεῶν p. 303. edit. Crispini, locum hunc memoriter citans habet τῶν ἀτοπωτάτων: ut dubium non sit, quo animo ille hunc locum intellexerit. Caeterum habetur et κατηγοροῦντας in editt. Manut. et Morel. TAYLOR. Vulg. ἀδικούντων. ἀδίκων August. primus, Lessing. Weimar. Et sic habet Dionysius Halic. l. c. Correxi ἀδίκων. F. fuit in codd. quibusdam τῶν ἀδικωτάτων, unde natum est ἀδικούντων. REISK. τῶν ἀδίκων ἐστίν, H. e. ἄδικόν ἐστιν. Ita dicunt ἔστι τῶν καλῶν, τῶν χρησίμων, τῶν χαλεπῶν, τῶν ἀτόπων pro ἕν τι τῶν καλῶν etc., quod est infra p. 498, 1. et apud Aeschinem in Timarch. princ. Sic Aeschyl. Agam. 1407. accipimus *) ἦν πρεπόντων pro ἦν πρέπον, ἔπρεπε, ubi erravit Heath. Ceterum a nonnullis perperam scribitur τῶν ἀδικούντων, et antea κατηγοροῦντας πάντα. Melius Tiberius περὶ τῶν παρὰ Δημοσθένει σχημάτων §. 5. Ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντας πάντων ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεάν. Hermogenes autem p. 370. habet πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀτοπωτάτων ἐστίν, quod est a memoriae lapsu. Alio in loco, Π. Μ. Δ. p. 526., ubi de praeteritione agit, et ipse lectionem optimorum librorum tuetur. Tamen ex illo ἀτοπωτάτων Reisk. et Auger. exsculpunt olim in nostro loco lectum videri ἀδικωτάτων. Sine caussa. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 136, 5. SCHAEFER.

P. 457. v. 11. εἴρηται] Scilicet haec est Oratoris secunda actio huius causae. Phormio eam iam ante Ctesippum egerat, ut e pag. 472, 12. constat. REISK.

P. 457. v. 12. ἴσως] Non dubitanter loquitur Orator, sed, ut solent Attici scriptores ἀστεϊζόμενοι, hoc adverbium de re certa usurpat. V. not. ad Longi Pastoral. p. 357. s. Vernacule *wohl*. SCHAEFER.

---

*) Sic accipi cur non possit, ad Tragici locum docuerunt editores doctissimi, Blomfieldius et Wellauerus. SCHAEFER.

P. 457. v. 12. γιγνώσκεται] In Tiberio l. c. editum γινώσκεται. SCHAEFER.

P. 457. v. 12. ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν ἐροίμην — τούτους.] *Illud libenter e Leptine quaesiverim, quid caussae sit, cur, si vel maxime non unus forte aut alter, verum omnes indigni viderentur, populum Atheniensem perinde ut illos tractare voluerit, cur vos quoque in ordinem putarit cogendos.* Quaestio in speciem simplex est et ingenua, vere subdola et acerba. FR. A. WOLF.

P. 457. v. 13. ἡδέως] δικαίως Bavaricus, index Aldi. REISK.

P. 457. v. 13. εἵνεκ'] ἕνεκ' August. primus. REISK. Sic Dindorf. SCHAEFER.

P. 457. v. 15. ἦσαν] A nova manu est in Bavarico superscriptum. REISK.

P. 457. v. 15. τῶν αὐτῶν — καὶ τούτους] V. Ind. Graecit. s. v. ἀξιοῦν, ubi Reiskius huius loci memor non fuit. SCHAEFER.

P. 457. v. 15. τούτους] Post h. v. Fr. A. Wolfius posuit signum interrogandi, quo facile caremus. SCHAEFER.

P. 457. v. 17. ἐν δὲ τῷ — λοιπὸν ἐξεῖναι] Citat Tiberius p. 43., ubi male editum προγράψαι: Technicum enim non dubito scripsisse προσγράψαι. SCHAEFER.

P. 457. v. 17. μηδὲ τὸ λοιπὸν — ὑμῖν ἐξεῖναι] Lege μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Quam lectionem commendant editt. veteres, nec non MSS. Venetus et Lindenbr., nisi quod a nonnullis absit prius δοῦναι. ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ἐξεῖναι ὑμῖν Vindob. Caeterum quandam gravitatem sive δεινότητα in hac lectione deprehendit acutissimus scriptor, quisquis fuerit, qui περὶ Ἑρμηνείας scripsit, §. 257. Ποιεῖ δέ τινα καὶ ἡ βία κατὰ τὴν σύνθεσιν δεινότητα· δεινὸν γὰρ πολλαχοῦ καὶ τὸ δύσφθογγον, ὥσπερ αἱ ἀνώμαλοι ὁδοί. παράδειγμα τὸ Δημοσθενικὸν, τὸ, ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Eam venustatem, qualis demum fuerit, habet lectio, quam commendamus. Commendamus autem sedulo. TAYLOR. Vulg. μ. τ. λ. ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. δοῦναι primum abest ab Aldina, sed addidit corrector Weimaranus. Correxi distinctionem comma [coli signum] collocando post primum ἐξεῖναι *) et delevi primum δοῦναι. Nam constructio haec est: ἀφείλετο ὑμᾶς τὸ ἐξεῖναι ὑμῖν δοῦναι. *abstulit vobis potestatem largiendi.* Manifeste inter se opponuntur τοὺς μὲν ἔχοντας ἀφείλετο — ὑμᾶς δὲ ἀφείλετο —. Ad primum ἐξεῖναι subaudiendum est e superioribus ἀτελῆ εἶναι. Sententia igitur haec est: *eo autem, quod adscripsit* μηδὲ τὸ λοι-

---

*) Non opus illa distinctione: quare delevi. Quis enim lector Oratoris satis attentus non statim videat ὑμᾶς regi a verbo ἀφείλετο? Auditores autem ne fallerentur cavit orantis vox opposita inter se τοὺς ἔχοντας et ὑμᾶς tono acuens. SCHAEFER.

πὸν ἐξεῖναι (*neque in posterum liceto cuiquam immunl esse*), *abstulit vobis facultatem largiendi*, scilicet *hanc immunitatem.* REISK. μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι, ὑμᾶς τὸ δοῦναι. *) Haec quum mire varient in MSS., tutissimum putavi optare lectionem ab Obsop. et Wolf. proditam, quae tum nihil habet ab Oratoris mente alienum, nihil, quod non alibi postea repetatur, tum suavitate concinnitatis placet, tum linguae legibus non adversatur. Hac saltem parte laborat sedulo commendata a Tayloro scriptura: μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Qua stribligine, etsi ducta e libris optimis et ed. Benenati, merito spreta, Reiskius dedit: μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι, ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Et hoc Auger. probat. Sanior haud dubie haec lectio est, cui si quis acquiescat, ἀφείλετο ὑμᾶς τὸ ἐξεῖναι ὑμῖν δοῦναι erit explicandum: *abstulit vobis potestatem donandi*; ad prius ἐξεῖναι vero supplendum e superioribus εἶναι ἀτελῆ, ut sit: *quod adscripsit Leptines, ne in posterum quidem cuiquam licere immunem esse, in eo ius et potestatem vobis abstulit donandi.* Atque hanc rationem fatendum est et bonis libris se tueri, et teste etiam Demetrio de Elocut. §. 246., qui tali modo scripta haec laudat pro exemplo δεινότητος e scabritie et asperitate sonorum (τῷ δυσφθόγγῳ) orientis. Mihi tamen nondum plane persuasum est, hanc Demosthenis esse manum. Ut omittam, durius ad ἐξεῖναι pertrahi εἶναι ἀτελῆ, ineptus videtur ipse circuitus, qui est in verbis τὸ ἐξεῖναι ὑμῖν δοῦναι, quando simpliciter τὸ δοῦναι potuerat dici *potestas donandi*, ut est τὸ τιμᾶν p. 493, 16. aliaque id genus alibi. Deinde si cui scriptura nostra videatur immodestior, quam qua Leptines *in ipsa rogatione* usus credi possit, haud multum ea dubitatio valeat. Prorsus sic, ut dedi, repetuntur verba p. 473, 28. et p. 488, 27. s. inprimisque p 506, 8. Iam videbor certe non sine caussa Reiskium deseruisse. Ac ne quis Demetrii auctoritatem mihi opponat, adhuc de hac ipsa nonnihil addubito. FR. A. WOLF. μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι Bekker. Verissime: vim enim habet ipsa haec repetitio. SCHAEFER.

P. 457. v. 18. ὑμῖν] ἡμῖν August. primus. ὑμῖν verum est. ἡμῖν, quod August. dat, tametsi blanditur, est tamen παραδιόρθωσις. REISK.

P. 457. v. 18. ἔνεστιν] ἐστὶν simplex dat August. primus. REISK.

P. 457. v. 21. νομίζων] [ἐνόμιζεν.] Lege νομίζων. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν δωρεὰν, ἀναξίους νομίζων, οὕτω κ. τ. λ. Ita editt. Felician. et Manut. Codd. Regii Parisienses et Cant. Ita optima et consummatissima versio Italica:

*) Sic editus locus in Halensi. SCHAEFER.

che in quel modo, che egli ha privato della gratia coloro che l' hanno, estimandogli indegni, *nel medesimo modo* etc. TAYLOR. ἐνόμιζεν August. primus, Ald. margo Bavarici. F. voluerunt illi τοὺς ἀναξίους ἐνόμιζεν. νομίζων etiam Lessing. dat. *) Suspicor quibusdam libris olim ἀφείλετο plane abfuisse, eamque lectionem probo, sic ut sic legatur: ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἔχειν τὴν δωρεὰν ἀναξίους ἐνόμιζεν, οὕτω καὶ τ. δ. —. *quemadmodum immunitate gaudentes indignos iudicavit, qui ea gauderent, ita vos quoque indignos iudicarit, qui eam daretis.* REISK. ἀναξίους νομίζων. Sic posterius verbum Taylorus corrigit ad Felic. Manut. optimosque codices. Verissime; nisi quis potius utramque vocem ex interpretatione putet intrusam. Ordinem disturbat, quod praeferunt Ald. Herv. Ben. Wolf. et Aug. 1. cum marg. Bav., ἐνόμιζεν, quod Reisk. ortum suspicatur ex ρὺς ἀναξίους ἐνόμιζεν. Ipse in Notis amplectitur haec, quae vix ulli unquam probaverit: ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἔχειν τὴν δωρεὰν ἀναξίους ἐνόμιζεν, οὕτω κ. τ. λ. Mox male faciunt, qui omittunt τὰ ἑαυτοῦ. FR. A. WOLF. Mira suspicio esse posse qui ἀναξίους νομίζων ex interpretatione putet intrusum. Hoc enim si deleas, comparantur incomparabilia, τὸ ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν et τὸ ἡγεῖσθαι ἀνάξιον. Sed Orator, ut debuit, comparavit τὴν τῶν ἀτελῶν ἀναξίαν cum τῇ τοῦ δήμου ἀναξίᾳ. Delenda autem hypostigme vulgo (etiam in Halensi editione) posita post δωρεάν: syntactice enim cohaerent ὅνπερ ἀναξίους νομίζων. Quod si scriptum esset ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἀφελόμενος τὴν δωρεὰν ἀναξίους ἐνόμιζεν, comparatio foret manifestior. Nunc per metathesin **) paullum obscurata est, quo magis exsistat notio inprimis invidiosa, τὸ ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεάν. SCHAEFER.

P. 457. v. 21. ἡγεῖτο κύριον] ἡγεῖτο τὸ κύριον Paris. primus et septimus. Forte pro τὸ fuit in illis codd. τοῦ. REISK.

P. 457. v. 22. τὰ ἑαυτοῦ] Absunt ab August. primo. Quae qui omittunt, hi τὴν ἀτέλειαν relinquunt subaudiendum. REISK. V. Fr. A. Wolfius ad v. 21. SCHAEFER.

P. 457. v. 22. ἐκεῖνό γ'] γ' abest a Bavarico, Aldina, Paulina. REISK. ἐκεῖνο, deletâ encliticâ, Fr. A. Wolf.: item Bekkeri Berolinensis, quam Dindorfius secutus est. SCHAEFER.

P. 458. v. 2. ἔθηκα] Vulg. ἔθηκε. ἔθηκα Paris. primus, August. primus. Correxi ἔθηκα, ut mimica sit ipsius Leptinis oratio. REISK. οὕτως ἔθηκε τὸν νόμον. *istam clausulam in lege posuit.* In Par. 1., Aug. 1. et Apsin. p. 699. legitur ἔθηκα, idque

*) ἐνόμιζεν — *dat* leguntur in variet. lection.: sequentia in annotatt. SCHAEFER.

**) De hoc schemate v. not. ad Schol. Apollonii Rhod. p. 174. SCHAEFER.

Reiskius, insolitarum rerum amans, in textum nobis invexit, ut ipsius Leptinis oratio esset mimica. Sed de hac venustate, valde vereor, ne Orator gratiam fecisset, si quis ei hic obtulisset. FR. A. WOLF. ἔθηκε etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 458. v. 3. ἀφῃρῆσθαι] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 458. v. 4. οὐ γάρ ἐστιν κ. τ. λ.] οὐ γάρ ἐστι τῶν πάντων, ἐφ' ὅτῳ —. *Nulla est enim pars reip. vestrae, in qua parte vobis hoc non accidat:* (τοῦτο h. τὸ ἐξαπατᾶσθαι·) *sed scita saepe multa fecistis* etc. Ex Ald. Herv. Ben. reliquis omnibus, editis et scriptis, recte Markl. restituit πολλὰ πολλάκις, quum in Wolf. πολλὰ extritum esset, ut est etiam in Apsin. l. c. ac Minucian. extr. Horum autem locis, ut aliis pluribus ex isto sterquilinio Rhetorum Aldi, vix ulla auctoritas esse potest. Ipsa, quae hoc loco attingitur, Atheniensium δυσβουλία paene in proverbium versa. Iam Eupolis feliciores eos quam prudentiores dixerat lepidis iambis, servatis ab Athenaeo X. p. 425., quibus concinit Demosth. Philipp. I. p. 49. B. [edit. Francof.] Ἡ τύχη ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελουμένη. Conf. Aeschin. in Ctesiph. p. 465. E. [edit. Francof.] Aristoph. Nubb. 587. et ibi Intpp. et Suidas v. Ἀθηναίων δυσβουλία. Neque minus solenne olim alterum crimen Atheniensium, quod infirmiori se parti adiungere solerent. Satis habeo ad hoc laudare Isocrat. Panegyr. c. 14. FR. A. WOLF.

P. 458. v. 4. ὅτῳ] Bene ὅτου Bekker. ex optimo libro. SCHAEFER.

P. 458. v. 5. πολλὰ πολλάκις] [πολλάκις.] πολλὰ πολλάκις editi et MSS. TAYLOR. Codices, in quibus et Vindob. est, et praestantissima editio Parisiensis a. d. 1570. habent πολλὰ πολλάκις: quin et ita legebat et vertebat Wolfius, licet editio Francofurtana 1604., quae Wolfii nomen venditat, hanc vocem omittat. Excidit nimirum πολλὰ propter sequens πολλάκις. Sic v. 25. deest μηδὲν, quia sequebatur simile μηδ' ἄν, et forte Ἐπίγραμμα p. 491, 6., quia praecessit eadem vox. Ita Ἔφορον (Ephorus, celebris historicus) periit in voce praecedente πρόσφορον apud Clementem Alexandr. Strom. VI. p. 750. ed. Oxon. ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον· Ἔφορον τὸν ἱστορικὸν etc. Vulgo deest Ἔφορον. Caeterum lectorem attentum et Graecae linguae adsuetum latere non potest, aliquot esse loca huius pulcherrimae orationis, in quibus vel sensus vel sermonis elegantia et perspicuitas defectu unius vel duarum vocum adhuc laborare videntur. Complura huiusmodi ex MSS. et edit. antiquis notavit cl. editor: et alia, nisi fallor, restant, nunquam forte certo restituenda. Sic in hoc, quod sequitur [v. 14.]. MARKLAND. πολλὰ abest ab editione Wolfii et proinde quoque Taylori. Sed habent reliqui omnes editi et msti, et in his nominatim Vindobonensis. REISK. V. Fr. A. Wolfius ad v. 4. SCHAEFER.

P. 458. v. 7. καὶ ὅλως ἐν —] *Quid multa? In tanta copia rerum, quas publice agitis, tale quid necesse est evenire.* In Graecis sententia haec mollescit per particulam ante τοιοῦτο insertam, hac fere vi: *Saepe optima consilia initis, fraudibus concionatorum non decepti; interdum tamen etiam hoc, ut decepti sciscatis, usu venire debet.* ὅλως, quod est ἑνὶ λόγῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, poni solet post plura enumerata in ultimo membro, fere ut lat. *denique.* FR. A. WOLF.

P. 458. v. 12. προβουλεύειν — χειροτονεῖν] προβουλεύειν ad senatum *Quingentorum* (βουλήν, τοὺς πεντακοσίους) et eius decreta seu auctoritates pertinet; χειροτονεῖν ad δῆμον eiusque in ecclesiis suffragia et scita, qui niti semper debebant προβουλεύμασι. Talia nota esse debent ad Demosthenem accedentibus. FR. A. WOLF.

P. 458. v. 12. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 458. v. 13. οὐ γὰρ ἐσμὲν —] *neque enim aequum est, ut, quibus in rebus decipi possumus, eae nobis eripiantur.* Nihil tritius hac structura adiectivi δίκαιος, de qua monui ad Platon. Sympos. I, 3. Nostro loco idem sic poterat efferri: οὐ γάρ εἰσιν οὗτοι δίκαιοι ἀφαιρεῖσθαι ἡμᾶς ἐκεῖνα, περὶ ὧν ἂν ἐξαπατηθῶμεν, ἀλλὰ διδάσκειν κ. τ. λ. Mox denuo resumendum καὶ δίκαιοι ἐσμὲν ad θέσθαι νόμον. FR. A. WOLF.

P. 458. v. 14. ὅπως] πῶς Dindorf. secutus libros bonae notae. Conf. p. 28, 6. SCHAEFER.

P. 458. v. 14. ὅπως τοῦτο μὴ πεισόμεθα] Sensus postulat μηκέτι πεισόμεθα, *non amplius patiamur.* Et ita, opinor, invenit Ulpianus Schol. ad v. 13. πῶς ἂν ὁ δῆμος ἔτι μὴ ἀπατῷτο. Wolfius supplevit *posthac.* MARKLAND. Pro μὴ Marklandus tentat μηκέτι. Quo nihil opus; et auctoritas, quam vir doctus in Ulpiano quaerit, nulla est. Conf. ad p. 477, 2. Contra de Coron. p. 487. A. [edit. Francof.] οὐκέτ' ἐρωτήσω mutanda sunt in οὐκ ἐπερωτήσω. Maiore audacia Reiskius verba τῆς δωρεᾶς, quae absunt ab Aug. 1., eiici iubet tanquam sensus nimis angusti, quod non de sola donatione, sed omnino de iure quidvis constituendi auctor loquatur. Nempe id faciet tum, quum probata erit correctio. Nunc postquam universe de re summa locutus est, iterum venit ad eam rem, cuius caussa paullum digressus erat, quae est optimorum scriptorum ratio. Sed vel dura subauditio verborum τοῦ προβουλεύειν καὶ τοῦ χειροτονεῖν tali mutationi adversatur. Post κυρίους Par. 1. Aug. 1. Bav. Ben. Reisk. dant ἡμᾶς. Vulgatum ὑμᾶς magis placet, licet in reliquis prima persona hic frequentetur. FR. A. WOLF.

P. 458. v. 14. πεισόμεθα] πεισώμεθα August. primus. REISK. V. Bremius ad p. 28, 6. SCHAEFER.

P. 458. v. 15. ἀφαιρήσεται] ἀφαιρεθήσεται Bavaricus. REISK.

Notabilis error isque rarior. Sed quoties probabile est scribas in partem contrariam peccavisse? SCHAEFER.

P. 458. v. 15. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. Ascivit Fr. A. Wolfius: quod vehementer miror. SCHAEFER.

P. 458. v. 15. [τῆς δωρεᾶς]] τῆς δωρεᾶς absunt ab August. primo. Inclusi uncis, quod ab optimis libris abest et est nimis angustum. Non de sola largitione, sed universe de iure quidvis constituendi loquitur, et τοῦ προβουλεύειν, τοῦ χειροτονεῖν e v. 12. subaudiendum reliquit. REISK. Uncos amovit Fr. A. Wolfius. Quod tantum abest ut probem, ut laudandum censeam Bekkerum, qui longius Reiskio progressus τῆς δωρεᾶς deleverit. SCHAEFER.

P. 458. v. 16. εἰ τοίνυν τις —] *Quodsi quis, iis rationibus, quas attuli, neglectis ac praetermissis, hoc solum per se apud animum reputet* etc. Ad ἀκύρους posthac suppl. τῆς δωρεᾶς. Eodem modo, quo κύριος, et illud ponitur cum casu secundo. FR. A. WOLF.

P. 458. v. 17. ποτε] Bekkerus: „τι S." Scripsitne Orator πότερον τὸ λυσ.? SCHAEFER.

P. 458. v. 20. τὸ] τοῦ Paris. primus. REISK.

P. 458. v. 23. πλείονας] πλείρνος August. primus. REISK.

P. 458. v. 23. προσῆκε] προσήκει Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Pannon. Obsopoei, Venet. Ital. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 458. v. 23. προκαλεῖσθε] προκαλεῖσθε hic est futurum. προκαλεῖσθε — ἀπείρξετε. Ita versio Italica: *Perche con l'honorare molte persone molti a farvi beneficio* provocherete. Corrige ergo interpretem, qui reddit *invitantur*. Atque hinc fortasse deprehendes necessitatem legendi προσήκει cum Obsop. Ven. Ital. Lutet. *a.* pro προσῆκε editionum, credo, omnium. Porro hic Manutius cum Felic. et Lindenbr. habet expressius aliquanto: ἐκ δὲ τοῦ μηδενὶ μηδὲν, μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ, διδόναι. ut tu leges, nullus dubito, in futurum. Ita verba ipsa legis, prout recitantur p. 488, 27. s. περὶ τοῦ μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι, μηδ' ἂν ὁτιοῦν πράξῃ. TAYLOR. προκαλεῖσθε etsi futurum est, idcirco non debemus cum Tayloro προσῆκε mutare in προσήκει. Atticorum est pervulgatus mos usurpare imperfecta ἐχρῆν, προσῆκεν, εἰκὸς ἦν, ubi itidem Latini *debebat, oportebat, decebat.* De Graecis conf. Dorvill. ad Chariton. p. 610. Rectius deinde Taylorus cum Marklando post μηδενὶ restituendum vidit μηδέν, *nemini quidquam, ne si dignus quidem sit.* Atque ita loqui solent, idque et infra occurrit in verbis legis p. 488, 27. s. FR. A. WOLF. Non Atticorum iste mos est, sed omnium Graecorum scriptorum, imperfectis illis utentium, ubi imperfecti temporis locus est, praesentibus, ubi praesentis: nec cogitandum de enallage temporum, ridiculo

sibilisque explodendo commento Grammaticorum. Hic quidem praeferam προσήκει. SCHAEFER.

P. 458. v. 23. προκαλεῖσθε] προκαλεῖσθαι August. primus. REISK. προκαλεῖσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 458. v. 25. μηδενὶ μηδὲν] Vulg. μηδενί. Post μηδενὶ addunt μηδὲν August. primus, corrector Weimaranus, Lindenbr. Felic. P. Manut., quod Taylorus appellat *expressius*. Correxi μηδενὶ μηδὲν, μηδ' ἂν —. *nemini quicquam, ne si quidem dignus sit.* REISK. V. not. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 458. v. 25. ᾖ] εἴ August. primus. Forte voluit εἴη. REISK.

P. 458. v. 26. πρὸς δὲ τούτῳ καὶ δι' ἐκεῖνο] Scil. εὕροιτ' ἄν τις *) μᾶλλον ἐκεῖνο λυσιτελοῦν. Sequitur iam ratio altera, ad illud διὰ τί referenda. Nunc autem quam subdole noster adversarium pungat, vide: *Leptines stultitiam a vobis haud alienam putare videri debet: stultitiae tamen probrum facilius ferri potest, quam malitiae et improbitatis* etc. Certe hoc sibi vult Orator. Iam si credamus, quod credere licet, non minus quam hodie, iam tum in populo Atheniensi fuisse, qui improbi, si id vitare non possent, videri mallent quam stulti, ingeniosissime sententia videbitur expressa. Sed venustatem loci magis sentias comparando inepto Aristide, qui rustice impingit §. 17. Noster autem his ac similibus, quasi temere interiectis, iam nunc auditorum animos praeparat ad novam legem suam, qua simul et εὐηθείας et κακίας ignominiam amolietur. FR. A. WOLF. Vereor ut vocem εὐήθεια recte interpretatus sit *stultitiam*. Est, opinor, *simplicitas*, *gutmüthige Einfalt*, moresque cum moribus comparantur: ut nihil hic subdoli sit, quo noster adversarium pungat. Sententiam dicas moratam, non ingeniose expressam. SCHAEFER.

P. 458. v. 28. ἑαυτοὺς] αὑτοὺς Paris. primus, Bavaricus. REISK.

P. 459. v. 3. ἐκεῖνο] Vulg. ἐκείνῳ. ἐκεῖνο Paris. primus, August. primus, Bavaricus, corrector Weimaranus. REISK.

P. 459. v. 5. τινας] -τοὺς Paris. primus. Quod si pro enclitico habeatur, possit ferri. REISK. Sed quis habebit pro enclitico? SCHAEFER.

P. 459. v. 5. τοὺς χρησίμους ὄντας] *cives de rep. optime meritos*, qui alibi vocantur χρηστοί. Vid. Zeun. ad Xenoph. R. Athen. p. 53. Occurrit tamen et illud, licet rarius, ut in Isaeo ap. Dionys. Iudic. de Isaeo §. 8., ne quis id habeat vitiosum. Ita infra qui p. 491, 27. sunt χρήσιμοι, ii paullo post **) dicun-

---

*) Sic ille. Sed εὕροιτ' v. 22. est εὕροιτε, non εὕροιτο, qui foret soloecismus. SCHAEFER.

**) ut hic v. 10. SCHAEFER.

tur *χρηστοί*. Alia ratio est formulae *χρήσιμον αὐτὸν παρασχεῖν*, quae passim occurrit in hac Oratione, de quo usu notavit Marklandus ad Euripid. Suppl. 887. At nonne in hac periodo vitiose inculcatur id, quod praeterire se velle antea Orator dixit? *Ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω*. Sane eadem nunc proponitur res, sed modo proponitur non eodem. Illic *τὸ ἄδικον* rei respicitur, hic *τὸ ἄλογον*. FR. A. WOLF.

P. 459. v. 7. *τούτου*] *τούτων* Paris. primus et quintus, August. primus, Bavaricus, Lessing. *τούτου*, Leptinis puta. *τούτων*, Leptinis et sociorum eius. Quod perinde est. REISK. *κατὰ τὸν τούτου λόγον*, *ex sententia istius*, Leptinis. Nimirum in graecis Oratoribus pronomen *οὗτος* notat et iudicem et clientem et adversarium, quum latine *iste* dicatur de adversario, *hic* de cliente et iudice. Vid. Aeschin. et Demosth. Orr. de Corona, Ciceron. pro Rosc. Amerin. et alibi passim. Lectionem autem nostram praefero alteri *τούτων*. FR. A. WOLF.

P. 459. v. 8. *ὅταν — οὖσιν*] *quando viris reip. studiosis nihil praeter ceteros praecipui manserit. quand les bons citoyens n' auront nul avantage sur les autres; quand ils n'y gagneront rien du tout.* Usitatissima haec vis est locutionum, *πλέον ἔχω*, *πλέον ἐστί μοι* vel *ἔκ τινός*, vel *πράττοντί τι*. FR. A. WOLF.

P. 459. v. 8. *πλέον*] Bekkerus: „*πλέον*] *μηδὲ πλέον* S." Dedit Dindorf. Sed *μηδὲ* quid hic valeat non intelligo. SCHAEFER.

P. 459. v. 12. *οὐδ' αὐτὸς*] *οὐδ' ἂν αὐτὸς* August. primus, sed rursus idem *ἂν* post *ἀντείποι* omittens. REISK.

P 459. v. 13. *τὸν ἥμισυν*] *τὸ ἥμισυ* margo Lutetianae, August. primus. REISK. *τὸν ἥμισυν τοῦ χρόνου*. Formula est parum adhuc animadversa pro vulgari *τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου*, quod ipsum legitur in Aug. 1. et inter lectiones sine ullo signo codicis a Lambino in margine appositas, quas simpliciter *marg. Ben.* vocabo. Structura est similis Thucydideae isti, qua dicitur *ὁ πλεῖστος τοῦ βίου*, *ὁ πλέων τοῦ στρατοῦ* lib. I. c. 5. et 73. VIII. 48. eademque plane, quae affertur in Alexidis verss. ap. Athen. II. p. 47. D. *ὁ ἥμισυς τοῦ βίου*. Multo frequentius pluraliter *οἱ ἡμίσεις τῶν ἱππέων* et similia. FR. A. WOLF. Exemplis allatis hoc adde Herodoteum, *τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου* I. 24. IDEM *in Ind.* V. quae congessi in Bosii Ellips. p. 274. SCHAEFER.

P. 459. v. 15. *ἧς*] Vidi necessarium et restitui, confirmante Felic. Manut. Ven. Lindenbr. Bodl. Ital. *) Codd. Morel. et Scholiasta Ulpiano. Vulgo legebatur *οἷς*, uti et in quibusdam Codd. scribi testatur Morelius. Iam par pari per omnia reddi vides. *ἧς* —

*) *Vind.* additur in Reiskii variet. lection. SCHAEFER.

ταύτης. πᾶσι—τοὺς εὖ ποιήσαντας. τὸ ἥμισυ—ὃ προστεθείκαμεν. Et verte: *Cuius igitur beneficii dimidiata pars ad omnes pertingit etiam nihil promeritos, istius partem illam, quam adiecimus in gratiam hominum bene de nobis meritorum, eam, inquam, eripiemus?* Male hic Wolfius, ut vides *). Male etiam Hieron. Ferro, qui versionem Italicam adornavit: *Adunque quel commodo della metà, del quale etiandio partecipi sono quelli, che niente ci hanno giovato, torremo noi, dopo havergielo dato, coloro, i quali ci hanno fatto beneficio?* TAYLOR. οἷς Aldina, unde repetiit margo Lutetianae, Bavaricus, editio Wolfii. In Lessing. alia manus ἧς, alia ἐξ ἧς dedit. ἧς, scilic. ἀτελείας vel δωρεᾶς. REISK. Sic ratiocinatur: *Omnes cives, etiam qui immunitate donati non sunt, dimidiata tamen quadam immunitate fruuntur ex lege et more, e quo nemo nisi altero quoque anno ad liturgias adigi potest. Iam illud, quod praecipuum habent ii, qui immunitate donati sunt, haberi debet duntaxat pro dimidio, non pro toto et solido. Et hoc tantulo dono hos spoliabimus?* Plana est sententia, at argumentatio captiosior, nec usquequaque vera **). Bene rem cepit Taylorus restituens ἧς pro οἷς, quod ex Ald. et Herv. Wolfianas occuparat. Sed ad ἧς et ταύτης ex ἀτελής, quod prae oculis est, eliciendum ἀτελείας ***). Mox pro αὐτοῖς scripturam Aug. 1. αὐτοὶ induxit postremus editor. Explicari quidem id posset, iunctum cum προστεθείκαμεν, sed dativus, si quid video, huic verbo magis necessarius est. τοῦτο, ὃ προστεθείκαμεν αὐτοῖς, h. *alterum dimidium, quod* *illis* *superaddidimus donatione nostra.* FR. A. WOLF.

P. 459. v. 17. αὐτοὶ] Vulg. αὐτοῖς. αὐτοὶ August. primus. Correxi αὐτοὶ, *nos ipsimet:* sive id ad προστεθείκαμεν referatur, sive ad ἀφελώμεθα. REISK. αὐτοῖς cum Fr. A. Wolfio restituit Bekker. SCHAEFER.

P. 459. v. 17. ἀφελώμεθα] ἀφελόμεθα August. primus. REISK.

P. 459. v. 17. οὔτε γὰρ — πρέπον ὑμῖν] *hoc enim quum per se turpe est, tum vobis maxime indecorum, Atheniensibus,* quorum liberalitatem, fidem, tot alias virtutes totus orbis celebrat. FR. A. WOLF.

P. 459. v. 18. πρέπον ὑμῖν] ὑμῖν πρέπον Bekker. SCHAEFER.

P. 459. v. 20. ἀψευδεῖν] ἀψευδῆ habet Vindob. Ald. Ven. MSS. Felic. et Manut. et Codd. Regii fere omnes. ἀψευδεῖν Felic. Manut. Bodl. Cant. Reg. α. Lindenbr. TAYLOR. Vulg. ἀψευδῆ. ἀψευδεῖν corrector Weimar. et Lessing. edit. P. Manutii, vulgata

*) in Latina versione adiecta editioni Taylorianae. SCHAEFER.

**) Cur? Quippe est arithmetica: quales argumentationes non fallunt. SCHAEFER.

***) Vere: non δωρεᾶς. V. Porsonus ad Euripid. Hecub. 22. SCHAEFER.

ad indicem relegata. Vulgatam dat quidem August. primus, sed e correctione, vetusta scriptura erasa, quae videtur ἀψευδεῖν fuisse. Utramque lectionem dat Bavaricus. ἀψευδῆ potest quodammodo defendi, scilicet μέτρα καὶ νομίσματα καὶ βάρη δεῖ ἔχειν προχειρῆ *) vel tale quid subaudiendo. Verumtamen praefero ἀψευδεῖν, scilicet δεῖ **). Constructio est: νόμον [hoc est ἐν τοῖς νόμοις] γεγράφθαι τὸ ἀψευδεῖν. *abstinentiam a mendacio et fraude in legibus esse atque imperatam.* Et sic quoque Valesius ad Harpocrat. p. 105. Possit quoque ἀψεύδει in imperativo verbi ἀψευδεῖν legi. *abstine te a fraude et mendacio in foro*, h. e. in rebus ad emtiones atque venditiones, contractus et sponsiones pertinentibus. REISK. Nauci non facio ἀψευδῆ νόμον, etsi ita plurimi et scripti et editi, laudoque Wolfium, quod e Felic. nostrum reduxit. Imposuit librariis infinitivus sic ante νόμον positus. Tali autem modo fere utuntur Graeci, vel accusativis addito, vel etiam solo, quum legis aut psephismatis sententia breviter afferenda est, quo usu nihil in hoc genere solennius. Ita νόμος ἀψευδεῖν est νόμος περὶ τοῦ ἀψευδεῖν, nec subaudiri debet δεῖ. Sed propter Reiskii notam mire ingeniosam apponenda haec videntur latine versa: *Nonne inhonestum est, quum lege sit a vobis cautum, ne quis in foro et in mercibus emendis vendendisque fraude ageret, quibus tamen in rebus si qua fraus committitur, resp. nihil detrimenti accipit, populum* e u n d e m i p s u m, *qui illud singulis civibus iniunxerit, in publicis negotiis eam legem non servare, idque etiam cum magno detrimento suo?* Iam simul videas, quam locum enervet Marklandi emendatio τὴν πόλιν, τὴν αὐτὸν ἐπιτάξασαν, scil. τὸν νόμον, etiam si te minus offenderit ἐπιτάττειν νόμον, *legem iniungere*, *praescribere*, *dare*, quod graece bene dici ego nemini credam, ne Marklando quidem. Porro ipsam legem, quam noster attingit, et cuius custodes Athenis erant maxime ἀγορανόμοι, ex Hyperide laudat Harpocratio in voc. κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. Et ut haec generalis erat lex, ita aliae subinde latae, quae ad eandem partem publici ordinis, h. e. ad forum rerum promercalium, spectarent. Sed harum tenues sunt in scriptoribus, quos habemus, reliquiae. Conf. S. Petiti LL. AA. p. 495. FR. A. WOLF.

P. 459. v. 21. ἐφ'] ἐν August. primus. REISK.

P. 459. v. 21. ἐφ' οἷς — ψεύσεται] Nimirum si quis in foro fraudatur seu mensura, seu pondere, seu aliqua re, damnum is facit ἰδίᾳ, *privatim*; δημοσίᾳ, *publice*, nullum fit. Agitur de cuiusque pecunia privata. FR. A. WOLF.

---

*) Voluit πρόχειρα. SCHAEFER.

**) Multum fallitur: ἀψευδεῖν enim a v. νόμον ita regitur, nihil ut subaudiendum sit. νόμος ἀψευδεῖν, *ein Gesetz wahrhaft zu seyn.* Xenophon Cyrop. I. 4. 28. Ἦ καὶ ἐν Πέρσαις ν ό μ ο ς ἐστὶν αὐτοὺς συγγενεῖς φ ι λ ε ῖ ν; SCHAEFER.

P. 459. v. 21. *ψεύσεται*] Bekkerus: „*ψεύδεται* S." Satis placet, cum antecedat *ἐστί*. SCHAEFER.

P. 459. v. 22. *τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν*] Scribe *τὴν αὐτὸν ἐπιτάξασαν*, scilicet *τὸν νόμον*, *quae eam* legem *privatis iniunxit*. MARKLAND. Conf. Fr. A. Wolfius ad v. 20. Ad *ἐπιτάξασαν* subaudi *ἀψευδεῖν*. SCHAEFER.

P. 459. v. 26. *ἀπόλλυτε*] Vulg. *ἀπόλλυται*. *ἀπόλλυτε* August. primus, Bavaricus, P. Manutius, index Aldi, corrector Lessingianus. Correxi *ἀπόλλυτε* ob sequentem accusativum *δόξαν χρηστήν*, qui nominativo esset mutandus, si *χρήματα* haberetur pro nominativo et *ἀπόλλυται* servaretur. REISK.

P. 459. v. 26. *εἰ καὶ δόξαν*] Malim *εἰ μὴ καὶ δόξαν* ob praecedens *εἰ μὴ χρήματα*. REISK. Propter illa, *εἰ μὴ χρήματα*, Reiskius scribendum censet *ἀλλ' εἰ μὴ καὶ δόξαν χρ.* Quod sanum loci sensum detorquet. Primum puta totam hanc sententiam adiectam illustrandis verbis, *οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν*, tum iunge: *οὐ μόνον σκεπτέον, εἰ μὴ ἀπόλλυτε χρήματα, ἀλλὰ καί, εἰ ἀπόλλυτε δόξαν χρηστήν*. *Non enim illud tantum videndum vobis est, an in aliqua re iacturam nullam pecuniae faciatis, sed hoc quoque, an forte vere faciatis famae, qua optima nunc fruimini.* Concedit ergo, pecuniae quidem iacturam publice *non* fieri immunitatibus tollendis, (declaraturus tamen postea p. 464, 15. ss., etiam nihil rempubl. ex ea re ditari,) at *utique* fiet (inquit), famae, fiet gloriae vestrae. Atque in hoc ipso est *ζημία*, eaque gravior quam pecuniaria, magisque liberali animo pertimescenda. FR. A. WOLF. Vulgata est sanissima. Sed locum sic interpreter: *Non enim* (hac in deliberatione de tollendis immunitatibus) *illud tantum videndum est, an pecuniam lucremini, sed etiam hoc, an famae iacturam faciatis. εἰ μὴ χρήματ' ἀπόλλυτε* i. q. *εἰ χρήματα σώζετε*. SCHAEFER.

P. 459. v. 28. *τεκμήριον δέ*·] *Τεκμήριον δέ*, uti *σημεῖον δέ*, *φανερὸν δέ*, in proximo membro plerumque sequente *γάρ*, interdum tamen omisso, est: *Argumentum, unde hoc perspicitur, in promtu est. En voici la preuve.* Conf. Bach. ad Xenoph. Sympos. IV. 17. Utrumque modum loquendi inprimis frequentat Aristoteles. [Plenum est, at minus usitatum, *τεκμήριον δὲ τούτου τόδε ἐστίν*. Et *τόδε* addit etiam Herodotus, ut II, 58. *Ex Ind.*] — Iam egregie ad rem suam utitur fama liberalitatis ac fidei maiorum. Cuiusmodi argumentis nihil fingi aptius potest ad ingenium talium hominum, quales Athenienses erant. Quamvis enim paucorum ex illo populo fuisse videatur hic malus fastus, qui in antiquis stemmatis gentilibus nititur, universi tamen maiorum actis et virtutibus ita superbiebant, ut, quaecunque de his omnique de prisca Athenarum nobilitate praedicarentur, ad se quisque pertinere putaret. Cuius utilioris superbiae testes habemus plures praeclaras *ῥήσεις* in scenicis poetis et loca aliquot

splendida Isocratis, Lycurgi, nostri in Orat. de Corona et in aliis, et Menexeni Platonici exordium festivitatis atticae plenissimum. FR. A. WOLF.

P. 460. v. 2. ἀνήλωσαν] ἀνάλωσαν Bavaricus. REISK.

P. 460. v. 2. οὐδένα] Aut deest οὐ μόνον ante hoc vocabulum, aut certe subaudiendum est. Omitti οὐ μόνον solere, alio quodam loco exemplis demonstravi. *non solum discrimen nullum defugerunt, sed etiam facultates ipsi suas impenderunt.* REISK. Ante οὐδένα cave cuiquam credas quidquam excidisse. Solennis usus sic adhibet particulas ἀλλὰ καί, omissis οὐ μόνον, ubi maius quid minori superadditur, qua eadem vi Latini interdum ponunt *sed et.* Exemplis hoc firmavit Hoogev. in Doctrin. Particc. gr. I. 8. *Propter gloriam nullum unquam periculum maiores nostri detrectarunt, sed et facultates suas ipsorum ultro impenderunt.* Ad rem conf. de Cor. p. 483. C. [ed. Francof.] et p. 507. et in Androt. p. 710. E., ut alios locos mittam. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 220, 12. SCHAEFER.

P. 460. v. 2. ἐξέστησαν] ὑπεχώρησαν Paris. sextus, quod est scholium. REISK.

P. 460. v. 4. ταύτην — περιάπτει] Scilicet δόξαν. In δόξα, sicut lat. *fama*, inest media potestas, unde δόξα κακή, πονηρά, φαύλη. ταύτην capies de ea, quae statim describitur verbis τρία γὰρ κ. τ. λ. περιάπτειν de infamia vel labe, qua quem adspergimus, frequens est, unde ὄνειδος vel αἰσχύνην τῇ πόλει περιάπτειν. Quanquam verbum in bonam quoque partem sumitur. FR. A. WOLF.

P. 460. v. 7. ὅτι τοίνυν οὐδ' ἐστὶν κ. τ. λ.] Locum hunc e memoria sic recitat Aristides p. 358. ἵνα τοίνυν γνῶτε, ὡς οὐδέ ἐστι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους κύριον ποιῆσαι τοιοῦτον νόμον. REISK.

P. 460. v. 8. ὑμετέρου] ἡμετέρου Paris. primus. REISK.

P. 460. v. 10. ἕν τι — διεξελθών] Wolfius vertit minus recte: *si unum prius nostrae civitatis exemplum attulero.* Immo hoc ipso exemplo, quod iamiam lecturi sumus, continetur demonstratio, ὅτι οὐδ' ἔστιν ὅλως τοῦ ἤθους κ. τ. λ. FR. A. WOLF. Recte vertit Hieronymus. Halensis interpres non advertit Oratorem scripsisse διεξελθών, non διεξιών. Post exemplum sequitur demonstratio v. 22. sqq. πῶς οὖν οὐ δεινὸν κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 460. v. 11. λέγονται χρήμαθ' οἱ Τριάκοντα κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides Τέχν. p. 184. et p. 121. REISK. Rem praeter hunc nostrum memorant brevius quidem Xenophon Hellen. II. 4. 19. et Plutarchus Lysand. p. 445. B., forsan et Lysias Or. XXX. p. 860., diligentius Isocrates in Areopag. p. 225., cuius verba utiliter a lectore conferentur: Οἱ δὲ κρατήσαντες καὶ μεθ' ὅπλων κατιόντες (οἱ ἐν Πειραιεῖ) αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀνελόντες, οὕτω τὰ πρὸς ἀλλήλους (non ἄλλους, quod Auger. posuit in nupera editione. Vulgata idem sonat, quod p. 213. τὰ

πρὸς σφᾶς αὐτούς.) καλῶς καὶ νομίμως διῴκησαν, ὥστε μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων. Ὁ δὲ πάντων κάλλιστον τεκμήριον καὶ μέγιστον τῆς ἐπιεικείας τοῦ δήμου· δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑ κ α τ ὸ ν τ ά λ α ν τ α παρὰ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν πολιορκίαν τῶν τὸν Πειραιᾶ κατασχόντων, ἐκκλησίας γενομένης περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων, καὶ λεγόντων πολλῶν, ὡς δίκαιόν ἐστι διαλύειν τὰ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, μὴ τοὺς πολιορκουμένους, ἀλλὰ τοὺς δανεισαμένους, ἔδοξε τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. In hac summa pecuniae et duo ceteri, quos laudavi, concordant. Res acta referri debet ad Olymp. XCIV. 1. et 2. Fuerunt enim post cladem ad Aegospotamos Atheniensibus illatam duae factiones in urbe, altera, *Trigintaviri* et hos qui sequebantur, oligarchiae faventes, altera contraria, popularem rationem amplexa. Haec Piraeeum occupatum tenebat, inde primum *Trigintaviros*, mox *Decemviros* oppugnans. Prior factio vocatur passim οἱ Τριάκοντα, οἱ ἐν ἄστει, οἱ ἐξ ἄστεος, οἱ τὸν κύκλον ἔχοντες, οἱ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντες; posterior οἱ ἐν Πειραιεῖ, οἱ ἐκ Πειραιῶς, οἱ τὸν Πειραιᾶ κατειληφότες, οἱ ἐκ Πειραιῶς κατελθόντες, οἱ δημοτικοί, ὁ δῆμος. Vide Isocratem adv. Callimach. et Lysiam quavis prope pagina. Iam centum talenta ista mutua illi sumserant ad opprimendos adversarios. Notum autem est, post occupatum a Thrasybulo Piraeeum victosque *Trigintaviros*, ut civitas discordiis concussa quamprimum ad pristinum statum revocaretur, inter utramque partem conventiones factas esse et *legem oblivionis* (μ ὴ μ ν η σ ι κ α κ ε ῖ ν) iureiurando sancitam. Haec sunt τὰ ὡμολογημένα nostri, quorum rationem optime docet Andocides de Myster. p. 39. 43. Conf. Isocrat. adv. Callimach. p. 357. aliosque locos signatos in Taylori Vit. Lysiae p. 143. ed. Reisk. Amnestiae primum id exemplum in historiis occurrere plures animadverterunt, neque obstant, quae Andocides prodit p. 54. de amnestia primi belli Persici temporibus, quod quidem nec publicum esse potuit, et magis oratorium est. FR. A. WOLF. V. seq. corrig. Λακεδαιμονίων. SCHAEFER.

P. 460. v. 12. ἐν] Bekkerus: „ἐμ S.“ Quod notabile. SCHAEFER.

P. 460. v. 12. ἐπειδὴ] ἐπεὶ August. primus. REISK.

P. 460. v. 12. ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις κ. τ. λ.] Aristides p. 184. locum hunc, omissis quibusdam, sic exhibet: ἐπειδὴ δὲ τὰ πράγματα ἐκεῖνα κατέστη, πρέσβεις π. —. REISK.

P. 460. v. 12. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 460. v. 15. συνῆλθε] [ἦλθε.] γρ. συνῆλθε. id quod Cod. Aug. non pro varia lectione, sed, quod longe probabilius, pro scholio habet. *) TAYLOR. Vulg. ἦλθε. συνῆλθε Paris. quintus et

---

*) Sic iudicamus nos homines (neque miror: humanum est:) de rebus, quas non licuit nobis oculis nostris subiectas explorare, falso rumore

septimus, August. primus. Quod Fabricius seu Wolfius pro scholio habet. Correxi συνῆλθε. REISK. ἐπειδὴ ἡ πόλις εἰς ἓν ἦλθε. *Postquam civitas ad concordiam redierat.* Reiskius novavit, Augerio probante, συνῆλθε ex Par. 5. 7. Aug. 1. Temere. Nam Harpocratio explicans verba, εἰς ἓν ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ ὡμονόησεν, non alium quam hunc ipsum locum spectat, quod acute iam vidit Valcken. ad Euripid. Hippol. p. 192. Satisque vim praepositionis exprimunt adiecta εἰς ἕν, etsi non ignoro, et isto pleniore modo Graecos loqui, v. c. Euripid. Phoen. 472. Aristides vero, ubi eandem rem tangit in Panathen. p. 166. Iebb., dicit ἐπειδὴ συνέβησαν. Mox τὰ πράγματα ἐκεῖνα, *res illae, quas satis nostis, turbulentae*, ὧν ἐγὼ οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι, οὐδ' ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς τῶν γεγενημένων κακῶν, ut in eadem re Andocides loquitur l. c. p. 38. Quo in loco, tribus futilibus coniecturis mactato, reliquit tamen Reiskius Πειραιέως, quod ex attico more mutandum fuit in Πειραιῶς. Neque ad τιμωρίας magis opus ibi est adiecto novo verbo, quam in Aeschin. de Cor. p. 430. F. [ed. Francof.] ad vocem πράξεις. Superest ἐπειδὴ τὰ πράγματα κατέστη, *quum res ad certum quendam statum redactae essent.* Plane καταστήσασθαι τὴν δημοκρατίαν est lat. *constituere, ordinare remp.* FR. A. WOLF. ἦλθε revocavit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 460. v. 16. ταῦτ'] Abest a Paris. primo, August. primo, Aristide, qui etiam alia huius loci e memoria aliter recitat, atque vulgo leguntur. REISK.

P. 460. v. 16. λόγων δὲ γιγνομένων —] Puta in ecclesia ad eam rem consultandam convocata. τῶν μὲν factionem democraticam signat, τῶν δὲ oligarchicam. Quae sequuntur verba, τοὺς ἐξ ἄστεος, facile cuipiam possint suspecta videri. At ea bis testatur in exemplari suo se habuisse Aristides Art. rhet. p. 444. et 456., et omnino talia perspicuitatis ergo addita non abhorrent ab optimorum auctorum consuetudine *). τοῦτο est *pecuniam in publicum conferre*, ut statim ostendit clausula, τὸ κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα. Quae verba si abessent, subobscure illud τοῦτο et inepte dictum foret. Nempe ita voluit Reiskius, locum codicis cuiusdam ope sic pulchre corrumpens: τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα φασὶ τὸν δῆμον ἑλέσθαι, καὶ συνεισενεγκεῖν αὐτόν, καὶ μετασχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων μηδέν. **) Vulgato etiam patrocinatur Aristides Art. p. 456., qui locum

decepti. Nihil aliud h. l. est in Augustano, quam quod illinc retuli, συνῆλθε, lectio ipsius texti, non scholium. Scholiis interlinearibus plane carebat ille codex. REISK.

*) Post κελευόντων pone hypostigmen, ut vulgo factum est. τοὺς ἐξ ἄστεος est appositio. Opponuntur οἱ ἐν Πειραιεῖ v. 12. SCHAEFER.

**) Rectam distinctionem restitui. SCHAEFER.

totum expressit in Declamat. Leptin. §. 67., sed pueriliter pro more suo. FR. A. WOLF.

P. 460. v. 18. ἄστεος] ἄστεως P. Manutius. REISK. Bekkerus: „ἄστεως S.“ Ascivit Dindorf. V. not. ad Porsoni Oresten p. 44. et 68. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 460. v. 18. τοῦτο] id nempe, quod statim v. 20. commemoratur, pecuniam in commune conferre, quo nomen contractum diluatur. REISK.

P. 460. v. 20. κοινῇ διαλῦσαι] τὸ κοινῇ διαλῦσαι Fr. A. Wolf. secutus Hieronymum. SCHAEFER.

P. 460. v. 20. διαλῦσαι] διαλύσασθαι Aristides T. p. 222. REISK.

P. 460. v. 21. ἑλέσθαι καὶ συνεισενεγκεῖν] Vulg. ἑλέσθαι συνεισενεγκεῖν. ἑλέσθαι, καὶ συνεισενεγκεῖν Paris. quintus. Sustuli commà post χρήματα et post ἑλέσθαι distinxi, addidique καὶ, ut haec sic sententia: eos decrevisse pecunia collaticia debitum aes diluere, et contulisse quoque re vera. REISK. καὶ iure omiserunt Fr. A. Wolf. et Bekker. V. illius nota ad v. 16. SCHAEFER.

P. 460. v. 22. ὡμολογημένων] ὀμωμόσμένων August. primus. Neque dubito idem in Paris. septimo quoque fuisse, licet ex eo proferat margo Lutetianae ὀμωσμένων, quod nihili est. REISK. Vide ne Orator dederit ὡμολογημένων καὶ ὀμωμοσμένων. SCHAEFER.

P. 460. v. 22. πῶς οὖν οὐ δεινὸν —] *Tunc quorum caussa tam generose, tam liberaliter fecistis, h o s t e s v e s t r i fuerant; n u n c qui exspectant similem liberalitatem, f a u t o r e s sunt b e n e q u e d e v o b i s m e r i t i. T u n c illud fecistis, n e m e n t i r i v i d e r e m i n i ; n u n c idem faciundum, u t g r a t i v i d e a m i n i. T u n c r e s d i f f i c i l i s f u i t, et pecunia privatim eroganda; n u n c n i h i l o p u s a m p l i u s, q u a m u t n o v a m l e g e m a b r o g e t i s.* Tot antitheta una hac periodo inclusa sunt admirabili arte, cuius exempla in uno Demosthene exstant plura, quam in reliquis Oratoribus omnibus. Quae ars quantum valeat ad animos pellendos, nemo non sentit. Conf. Minucian. p. 732. FR. A. WOLF.

P. 460. v. 24. ψεύσασθαι] ψεύδεσθαι August. primus. REISK.

P. 460. v. 24. ταῦτα] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P 460. v. 24. εἰσφέρειν ἠθελήσατε] Perpauci ex iis, qui tunc pecuniam contulerant, huius iudicii tempus per aetatem potuerunt attingere. Nimirum haec est consuetudo Oratorum solennis, populum tanquam perennem aut perpetuam personam alloqui, eique ut ab ipso facta tribuere, quaecunque prioribus temporibus publice acta essent. Τὸ *ὑ μ ε ῖ ς* ὅταν εἴπω, τὴν πόλιν λέγω, alicubi dicit noster. FR. A. WOLF.

P. 460. v. 25. τὰ δίκαια ποιῆσαι τοῖς εὐεργέταις] Accedat

exemplis huius constructionis quae congessit Matthiae Grammat. Gr. §. 409. p. 557. SCHAEFER.

P. 460. v. 26. ψεύδεσθαι] ψεύσασθαι Paris. septimus, August. primus. REISK.

P. 460. v. 27. μὲν] Post μὲν secundum *) addit Paris. primus τοίνυν. REISK.

P. 460. v. 27. οὐκ ἀξιῶ] *indignum censeo.* V. H. Stephani Thesaur. c. 2117. B. SCHAEFER.

P. 460. v. 27. τὸ — τῆς πόλεως ἦθος] V. Thomas Mag. p. 417. citatus etiam Reiskio Ind. Graecit. p. 268. Conf. not. ad p. 461, 12. SCHAEFER.

P. 460. v. 27. ἦθος] Abest a Paris. primo. REISK. Scriba Codicis si omisit consulto, docte erravit. V. Bosii Ellips. p. 170. s. SCHAEFER.

P. 461. v. 1. οὐ τὸ] οὔτε August. primus. REISK.

P. 461. v. 2. ἀλλὰ τὶ καὶ καλὸν πρᾶξαι] ἀλλὰ πρὸς τὸ τὶ καλὸν πρᾶξαι legit Lambinus. TAYLOR. Lambini index dat ἀλλὰ πρὸς τὸ τὶ καλὸν πρᾶξαι. Vulg. ἀλλά τι —. Correxi mutato tantum accentu ἀλλὰ [σκοποῦν scilicet] τὶ [id est ὅ τι], *sed hoc quoque considerans, quidnam sit actu gestuque honestum.* πρᾶξαι est idem atque ὥστε πρᾶξαι, *ad agendum.* Est idem ac si dixisset: ἀλλὰ καὶ τοῦτο σκοποῦν, εἴ τι [vel ὅ τι] καλὸν πρὸς τὸ πρᾶξαι. REISK. ἀλλὰ τί καὶ καλὸν πρᾶξαι. *sed quid factu sit honestum.* καί, non iungendum cum ἀλλά, abundat, ut post τί saepe. Vid. H. Steph. de Dialect. post Thes. L. G. p. 34. **) Nihili est mutatio in Ind. Lamb. prolata, ἀλλὰ πρὸς τὸ τί καλὸν πρᾶξαι. Nec Reiskium satis intelligo, nisi quod et hic inculcat, τί poni pro ὅ τι, in quem errorem et alios traxit, ut Burgessium ad Dawes. Miscell. crit. p. 393. Verum puto, praesertim in Atticis, quod Reizius edicit Praef. ad Herodot. p. 16. FR. A. WOLF. Τὶς pro ὅστις insolens ap. Atticos. Sed eum usum utique habent Alexandrini, ut Callimach. Fragm. XXX. 2. et poetae Anthologiae seriores. IDEM *in Ind.* Perperam in textu Halensis cum Reiskiana τὶ. Bene Bekkeriana τί. SCHAEFER.

P. 461. v. 2. τὸ δὲ τοῦ θέντος τὸν νόμον —] Subaudi ἦθος ***). τὰ ἄλλα, *cetera, ceteroquin.* οὐκ οἶδα, οὐδὲ σύνοιδα. Multa quis οἶδε de aliquo, fama ad se perlata, de quibus dubitat, aut non audet pronunciare, vera sint an falsa, quae ipse quidem illi haud σύνοιδεν. Verum alius σύνοιδεν alicui, h. e. conscius ei est eo-

---

*) Immo *prius.* SCHAEFER.

**) V. Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 1373., ubi etiam hoc discas, καὶ falso dici a Wolfio abundare. SCHAEFER.

***) Aliter, sed perperam, Reiskius Ind. Graecit. p. 478. SCHAEFER.

rum, quae certo novit, et testis oculatus est eum perpetrasse, tametsi eorum nihil per famam compererit. οἶδε, qui *audivit*, σύνοιδε, qui *vidit* aut *interfuit*. Ita Reiskius. Ad σκοπῶν supplendum τὸ τοῦ θέντος ἦθος, ad τούτου autem τοῦ τῆς πόλεως ἤθους. Post τοῦ νόμου non est quod addas τούτου, licet ita faciant Par. 5. 7. Aug. 1. marg. Bav. Ceterum iam nunc observes velim, quam timide et leniter Demosthenes adversarium tractet. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 3. οὐκ οἶδα, — οὐδὲ σύνοιδα] Prius ad famam, posterius ad conscientiam pertinet. Multa quis οἶδε de aliquo, fama ad se perlata, de quibus dubitat, aut non audeat pronunciare, certa sint et vera, an falsa, quae ipse quidem illi haud σύνοιδεν. Verum ille σύνοιδεν alicui, conscius ei est eorum, quae certo novit, et testis oculatus sit, eum ista perpetrasse, tametsi eorum nihil per famam compererit. οἶδε, qui audivit: σύνοιδε, qui vidit. REISK.

P. 461. v. 3. οὐδὲ λέγω — οὐδὲ σύνοιδα] Haec syntactice cohaerent, utroque verbo regente accusativum φλαῦρον οὐδέν. Quare subdistinctionem post οὐδὲν delevi. SCHAEFER.

P. 461. v. 3. φλαῦρον] φαῦλον Paris. primus. REISK.

P. 461. v. 5. νόμου] Pone νόμου addunt τούτου Paris. quintus et septimus, August. primus, margo Bavarici. REISK. V. Fr. A. Wolfius ad v. 2. SCHAEFER.

P. 461. v. 5. σκοπῶν] Scilicet τὸ ἦθος τοῦ Λεπτίνου. REISK.

P. 461. v. 6. τούτου] Scilicet τοῦ ἤθους τῆς πόλεως. REISK.

P. 461. v. 6. κεχωρισμένον] *discrepans*, *diversum*. V. not. ad Poët. Gnom. p. 9. SCHAEFER.

P. 461. v. 6. φημὶ τοίνυν ἐγὼ κάλλιον εἶναι —] *Adfirmo igitur pulchrius esse, Leptinem vestros mores sequi in abolenda lege, quam vos istius in iubenda; atque etiam honorificentius duco et isti et vobis, si vos, populus, adducatis Leptinem, ut similis vobis* e s s e v i d e a t u r *), (h. e. *ut suos mores ad publicos* v i d e a t u r *componere*, *liberale ingenium civitatis induens* a d h o c q u i d e m t e m p u s) *quam si iste vos adducat, sibi ut similes velitis* e s s e. Locus excellens est urbanitate cavillandi, quam parum sensisse videtur interpres latinus. Hoc tamen minus mirum: illud profecto mireris, Reiskium etiam post Taylori observationem totum locum tam foede vitiasse, transponendo δοκεῖν post θέσθαι. Suggesserat scilicet Aug. 1. id vitium, ortum, ut videtur, e duorum verborum similibus clausulis, θέσθαι

---

*) Scilicet Wolfius δοκεῖν a Reiskio perperam positum post θέσθαι retraxit pristinam in sedem post γενέσθαι. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

et γενέσθαι. Quod quibus artibus vir optimus defenderit, videat in Notis eius, qui volet. Vel ideo post θέσθαι verbo δοκεῖν locus non est, quod populus, quum Leptini cedens legem eius ratam habet, tum hominem *vere sequitur et imitatur*, non *videtur* imitari: contra Leptines, si pro lege sua non nimiopere propugnat, si tolli eam facile patitur, decorae indoli civitatis similis ipse *videri* potest; *esse* autem similem unquam posse, id vero Orator oblique negat. Haec luce puto clariora esse; quamvis locus et Augerio fraudi fuerit, ut omnino tollere mallet δοκεῖν. Et post Aeschyleum illud, οὐ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, nihil apud veteres frequentius oppositione verborum δοκεῖν et εἶναι. Unum addam, quod ipsum ignoratum fraudem auxit: λυσιτελέστερον h. l. est *utilius ad honorem, honorificentius*, quo modo et συμφέρειν aliaque ex hoc genere plura leguntur haud raro. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 8. περὶ τοῦ θέσθαι δοκεῖν] [περὶ τοῦ θέσθαι.] Cod. Augustanus habet περὶ τοῦ θέσθαι δοκεῖν. Nata certe ea varietas lectionis ex simili fere clausula in sententia sequente, ὅμοιον αὐτῇ γενέσθαι δοκεῖν: ubi vox ista habet vim et elegantiam admirabilem, quam parum consecuti sunt Interpretes. Non ὅμοιον dixit γενέσθαι, quod oblique negat fieri posse, sed γενέσθαι δοκεῖν. *Praestat civitatem huic homini persuadere, ut mores suos ad mores publicos adcommodare* saltem videretur, *quam eum civitati, ut sibi similis esse* velit. Priorem partem sententiae mihi videtur Nannius maiore et perspicuitate et elegantia transtulisse: *Quamobrem illud affirmaverim, longe pulchrius esse, illum vestros mores in abroganda lege, quam vos illius in constituenda, sequi.* TAYLOR. Post θέσθαι addit δοκεῖν August. primus, idem rursus v. 10. omittens. Correxi θέσθαι δοκεῖν, contra v. 10. sustuli δοκεῖν post γενέσθαι, secutus auctoritatem Augustani, et hoc maxime, quod τὸ δοκεῖν melius cum κάλλιον quam cum λυσιτελέστερον conveniat. Decus et honestas continetur τῷ δοκεῖν, opinione hominum, verum τὸ λυσιτελὲς, emolumentum hominum, magis re, quam opinione. Sententia est haec: *Praeclarius aio esse ad famam, si* (vel *ut*) *videatur Leptines vobis potius in lege abroganda obsecutus esse, quam ut vos videamini ei in roganda et accipienda obsecuti esse; vobisque pariter atque illi magis aio conducere, ut civitas Leptinem adducat ad mores civitatis imitandum, quam ut Leptines mores civitatis ad suos transformet.* REISK.

P. 461. v. 10. αὐτῇ] αὐτῇ Dindorf. SCHAEFER.

P. 461. v. 11. ὁμοίαν] Post ὁμοίαν addit Lessing. τοῦ ἤθους, noscio an ut scholium. REISK. Nisi forte pertinet ad v. 13., ubi Cod. Bekker. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους. SCHAEFER.

P. 461. v. 12. χρηστός] χρηστόν P. Manutius. REISK.

P. 461. v. 12. ὡς ἐμοῦ γ' ἕνεκα ἔστω] *sit enim sane per me.*

Particulae ἕνεκα usum hunc, Latinis ferme ignotum, plane Germani imitamur. FR. A. WOLF. Non imitatio est, sed summa utriusque linguae, ut tot aliis in rebus, concordia. SCHAEFER.

P. 461. v. 12. βελτίων — τὸ ἦθος] Solus Ven. Codex: βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Cave sollicites. Receptam lectionem tuetur Thomas Magister: Ἦθος οὐ μόνον ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλεως. ὡς Δημοσθένης, τὸ τῆς πόλεως ἦθος, ἤγουν τὴν κατάστασιν καὶ τὴν γεναιότητα. Lege γενναιότητα. Noster p. 460, 27. τὸ τῆς πόλεως ἦθος — ἀψευδὲς καὶ χρηστόν. et p. 476, 19. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι. Et ita scribit Plutarchus in Phocione statim ab initio: πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος. Vindob. deest ἦθος. TAYLOR. τὸ abest ab August. primo. REISK. Sermo patrius noster futurum praeferret ἔσται, ex usu Graecorum recte habet illud. τὸ ἦθος absolute intell. κατὰ τὸ ἦθος. Male Ven. βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Quod ut refellat, Taylorus citat Thomam M. voc. ἦθος. Vulgata lectio vera est, etiamsi forte Magister non huc respexerit, sed ad p. 476, 19. aliumve locum quemcunque. ἦθος de civitate dici, non solum de homine, tralaticium puto. FR. A. WOLF. Mirabilis annotatio, decens Graeculum illum, dedecens Interpretem Halensem. Quasi verò, quando de civitate loquimur, non de hominibus loquamur. SCHAEFER.

P. 461. v. 14. περὶ τοῦ παρόντος] περὶ τοῦ νόμου παρόντος Codd. Regg. ε. η.: vel potius, ut ego iudico, τὸ νόμου erat in margine scholii gratia, quo pacto habetur in Aug. TAYLOR. Fallitur. In tribus illis libris νόμου est in texto, παρόντος plane ab illis abest. Neque recte percepit mentem eius, qui Parisinam curavit, Wolfius in farragine ex eius margine referens περὶ τοῦ νόμου τοῦ παρόντος. REISK. In Par. 5. et 7. atque Aug. 1. legitur περὶ τοῦ νόμου. E scholio illud et quidem malo. Est enim περὶ τοῦ παρόντος πράγματος. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 15. ᾧ μόνῳ μείζους εἰσὶν —] *Tollitur per hanc legem id ipsum, quo uno dona profecta a liberis populis praestant iis, quae a ceteris imperiis conferuntur.* Honestatem dicit et stabilitatem. Perperam loco τῶν δήμων hic et postea in Par. 5. 7. Aug. 1. est τοῦ δήμου. οἱ δῆμοι sunt αἱ πόλεις δημοκρατούμεναι *). Unde iuncta saepe δῆμος, ὀλιγαρχία, τυραννίς. Hinc καταλύειν τὸν δῆμον (de qua formula olim nimio ardore pugnarunt Salmas. Misc. Def. c. 10. et Herald. Animadv. ad I. A. et R. III, 16.) h. e. τὴν δημοκρατείαν, τὴν πολιτείαν. Ipsum enim πολιτεία eodem eminentiore sensu usurpatur. Vide Harpocrat. h. v.

---

*) Immo αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις. Similes Wolfii soloecismos notavi supra p. 14. et 27. Eodem errore in titulo Fragmenti Epici β. post Homerica dedit Ἐκ τῆς Θηβαΐδος (κυκλικῆς): quod tetigi Ind. ad Gregor. Cor. p. 978. b. SCHAEFER.

Mox forsitan quis femininum διδομενῶν *) exarare malit, relatum ad δωρεῶν. Sed neutrum genus non abhorret ab usu, eandemque iuncturam, quae h. l. est, habemus plane de Cor. p. 481. C. [ed. Francof.]. Ceterum nullam Oratores occasionem negligunt demonstrandi, quanto praestabilior democratia sua sit oligarchiis et monarchiis omnibus. Conf. v. c. de Rhodior. libert. p. 146. In Androt. p. 706. E. In Timocrat. p. 798. C. Aeschin. in Ctesiph. et in Timarch. princc. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 15. τῶν δήμων] τοῦ δήμου Paris. quintus et septimus, August. primus. Et sic quoque v. 21. Quod Fabricio non placet. REISK.

P. 461. v. 16. πολιτειῶν] πολιτῶν August. primus. Quod merito Fabricio seu Wolfio displicuit, REISK.

P. 461. v. 20. τιμᾶν] τιμᾶν nihil est. Forte: τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ τῇ τῶν — δωρεᾶς οἱ τύραννοι — δύνανται νικᾶν, *utilitate — superiores esse possunt:* cuius rei sequitur ratio; et respondet in sequente commate βελτίους εἶναι. νικᾶν, *superiorem esse, praestare,* ut p. 500, 9. Sensum vidit Wolfius: sed linguae Graecae ratio habenda fuit, quam vir ille doctissimus in versione sua saepissime neglexit: unde (quod necesse erat) a mente Demosthenis saepissime quoque aberravit. MARKLAND. Ego vero vulgatam servo. Sententia est: Nemo potest magis aliquem ornare, quam tyranni et optimates, usum solum et fructum si spectes, quem percipiunt hi, qui ab iis ornantur. τιμᾶν est aliquem ornare quocunque honoris, beneficii, muneris, officii genere. Affirmat orator penes regulos plura esse et splendidiora munera, quibus eos, quos velint, ornent, quam penes liberas civitates: cuiusmodi sunt pecuniae et quicquid pecuniarum affatim et repente affert, praedia, munera in rep. fructuosa: quos autem civitates conferant honores, cuiusmodi sunt statuae et hae paene solae, honorificos quidem ait illos esse, sed steriles, speciem gloriae habentes, sine veritate emolumentorum. REISK. τιμᾶν nihili putans Marklandus emendat νικᾶν, cui opinioni dicit favere verba, quae

*) Sed ipsum διδομένων vulgo habetur etiam pro feminino perinde ut ἐρχομένων in locutione μελισσῶν ἐρχομένων; de qua nos docet prius inaudita Hermannus Adnotatt. ad Viger. p. 716. Alia omnia tradunt Anecdota Bekkeri p. 1261. Quam veterum Technicorum doctrinam recentiorum optimi quique sequuntur, ut Buttmannus Grammat. Gr. edit. 10. (1822.) p. 51. Grammat. Gr. mai. T. I. p. 145. 146. et Struvius Grammat. Gr. T. I. p. 296. Sed graviora etiam haec aetas in elementis Graecae Grammaticae novavit. Velut cum Thierschius in Pindaro scripsisset πενταετηρίδ' ὅπως, Ἑλλάδ' εὑρήσεις etc., egoque speciminibus typothetarum corrigendis intentus talia ad vulgarem formam revocassem, quod calami viderentur errores, errasse me ipsum didici e Corrigendis T. II. p. 349. 351. nuperrimeque docuit me Boeckhius Inscriptt. I. 1. p. 32. s. SCHAEFER.

sequantur, τὰς παρὰ τῶν δήμων δωρεὰς οὔσας βελτίους. Ibi οὔσας βελτίους nihil aliud sonare quam νικώσας. Attamen haec non favent, quod et Reiskius vidit. τιμᾶν τινα est *aliquem donare* seu *praemiis afficere qualibuscunque*, unde pari vi τιμὴ et δωρεά. Conf. p. 458, 18. ss. 459, 5. s. 482, 25. ss. 494, 5. s. Sic illa, οἱ τύραννοι μάλιστα δύνανται τιμᾶν τῇ χρείᾳ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεάς, accipe: *tyranni suos afficere valent maioribus praemiis, quam liberi populi; maioribus, si respexeris emolumentum eorum, qui donantur.* τῇ χρείᾳ h. e. ὠφελείᾳ, λυσιτελείᾳ, κέρδει. Alio modo eadem efferri potuerant: αἱ παρὰ τῶν τυράννων τιμαί εἰσι μέγισται τῇ χρείᾳ etc. Nempe quod abundant opibus et nutu suo omnia regunt, sibi addictis principes munera dare possunt lucrosiora, quam libera civitas, cuius dona ad speciem quidem honoris splendida sunt, sed fere sine veritate emolumentorum. In animo hunc locum habuit Iulianus Or. I. p. 81., ut docte ibi Petavius monuit. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 21. τιμῇ] significationem grati animi memorisque si spectes, qui, quem honoris signo aliquo externo afficiat, eum velit a se ornari et inter omnes constare de suo erga eum studio. REISK.

P. 461. v. 21. καὶ τῇ βεβαιότητι] Absunt a Paris. primo. REISK.

P. 461. v. 23. ἐν ἰσηγορίᾳ] Notum est ἰσηγορίαν esse liberorum populorum, in quibus παντὸς πολίτου ἐστὶ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, ut scilicet Demosthenes de Cor. p. 474. D. [ed. Francof.]. Ideo frequenter iunguntur ἰσηγορία et ἐλευθερία. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 25. ὑπὸ — θαυμάζεσθαι] At θαυμάζεσθαι qui aliter fiat quam ὑφ' ἑκόντων? Scilicet verbo nunc inest notio τοῦ τιμᾶσθαι, quod in proclivi est videre. Ita p. 490, 8. μήτε τιμῶντες μήτε θαυμάζοντες. FR. A. WOLF. Sed hic ipse locus ostendit verba non esse synonyma: synonyma enim non licet disiungi particulis negativis. Recte dicitur, ut hoc utar, πράττειν καὶ ποιεῖν: non dicitur οὔτε πράττειν οὔτε ποιεῖν. ἑκόντα θαυμάζειν τινὰ est *aliquem sic admirari, ut hoc ultro prae te feras, non premas invidiose.* SCHAEFER.

P. 461. v. 27. ἐκείνοις] Intellige apud capientes munera a tyrannis; vel et apud tyrannos ipsos. REISK. Hoc est τοῖς τυράννοις καὶ τοῖς τὰς ὀλιγαρχίας ἔχουσι. Nempe donorum, uti collatio, sic ademtio facilior est, ubi unus imperat aut pauci; difficilior in rebuspublicis, ubi res a multorum suffragiis pendent. FR. A. WOLF. Capientes munera, ut Reiskio visum est, non posse intelligi satis docet oppositum ὑμῖν. SCHAEFER.

P. 461. v. 28. ὑμῖν] ἡμῖν corrector Weimaranus. REISK.

P. 461. v. 28. λάβῃ] λαμβάνῃ Paris. primus. REISK.

P. 462. v. 1. ὑπῆρχε] Sic etiam Bekker. e libro optimo. ὑπῆρξε Reisk. et Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 462. v. 1. τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον] H. e. τὸν παρελθόντα χρόνον. Invidiose adiectum. Ita semper, ut puto, ὁ ἄλλος χρόνος de praeterito, non de futuro tempore, ubi est ὁ λοιπός. FR. A. WOLF. Unde ἄλλοτε, *alio tempore*, sc. *praeterito*. IDEM in *Ind*. Sensus: priusquam Leptines lege sua novi moris auctor fieret. SCHAEFER.

P. 462. v. 1. γοῦν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 462. v. 2. νόμος, οὗτος] Post νόμος distinxi, ut appareat sententiam esse generalem. *Quaecunque igitur lex fidem tollit donorum, ea* —. Vulgaris distinctio, magis etiam qua usus est Fr. A. Wolfius νόμος οὗτος a reliqua oratione secludens hypostigmis, sententiam facit specialem soli aptans legi Leptinis. SCHAEFER.

P. 462. v. 2. εἰσὶν] εἶναι Paris. primus. REISK.

P. 462. v. 3. τοῦτο] ταῦτ' August. primus. Sed obstat praemissum ᾧ μόνῳ. REISK. τοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 3. καίτοι τῶν ἀπασῶν κ. τ. λ.] Cum in aliis Demosthenis orationibus multae sunt verborum traiectiones a Latinitate nonnihil abhorrentes, tum vero in hac: quas omnes demonstrare si vellem, ne pueris solis haec scribere potius quam studiosos adolescentes admonere viderer, verendum esset. Sed quasdam tamen notare quid vetat, cum parum attentos, licet doctos, interdum levicula quaedam decipiant? Sic igitur haec ordina: καίτοι ἂν ἀφέλης πολιτείας ἡστινοσοῦν τῶν ἁπασῶν τὸ κομίζεσθαι χάριν etc. H. WOLF. Verborum, ut putat, traiectorum verum ordinem Wolfius hunc docet esse: καίτοι ἂν ἀφέλης —. Traiectio non ita magna est; certe verba, τῶν ἁπασῶν, quippe in quibus summa sententiae sit ac vis oppositionis, vix longius ab initio removeri poterant. τὰ καθεστῶτα *status* est et *constitutio reipublicae, quae obtinet.* Et qui h. l. sunt εὖνοι τοῖς καθεστῶσι, hos Isocrates Areop. p. 211. dicit τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. Iam ad illud καθεστώτων refer αὐτῶν. Vis pronominis ταύτην circumscribendo intelligetur: αὕτη μεγίστη ἐστὶ τῶν καθεστώτων φυλακή, δηλονότι τὸ τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι κομίζεσθαι χάριν· ταύτην δὴ φυλακὴν ἀφῃρηκὼς ἔσῃ. *Quanquam e qualibet civitate,* ne de solo populari statu dicam, *si illud institutum sustuleris, ut praemiis ornentur, qui sint praesentis status rerum tuendi studiosiores, ipso facto illius firmissimum praesidium sustuleris.* FR. A. WOLF.

P. 462. v. 3. ἡστινοσοῦν] ἧς ἄν τινος Paris. primus et septimus. ἧς τινος ἂν August. primus. REISK. ἡσάντινος Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 6. ἀφέλης] ἐξέλης Paris. primus, August. primus, index P. Manutii. REISK.

sequantur, τὰς παρὰ τῶν δήμων δωρεὰς οὔσας βελτίους. Ibi οὔσας βελτίους nihil aliud sonare quam νικώσας. Attamen haec non favent, quod et Reiskius vidit. τιμᾶν τινα est *aliquem donare* seu *praemiis afficere qualibuscunque*, unde pari vi τιμὴ et δωρεά. Conf. p. 458, 18. ss. 459, 5. s. 482, 25. ss. 494, 5. s. Sic illa, οἱ τύραννοι μάλιστα δύνανται τιμᾶν τῇ χρείᾳ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεάς, accipe: *tyranni suos afficere valent maioribus praemiis, quam liberi populi; maioribus, si respexeris emolumentum eorum, qui donantur.* τῇ χρείᾳ h. e. ὠφελείᾳ, λυσιτελείᾳ, κέρδει. Alio modo eadem efferri potuerant: αἱ παρὰ τῶν τυράννων τιμαὶ εἰσι μέγισται τῇ χρείᾳ etc. Nempe quod abundant opibus et nutu suo omnia regunt, sibi addictis principes munera dare possunt lucrosiora, quam libera civitas, cuius dona ad speciem quidem honoris splendida sunt, sed fere sine veritate emolumentorum. In animo hunc locum habuit Iulianus Or. I. p. 81., ut docte ibi Petavius monuit. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 21. τιμῇ] significationem grati animi memorisque si spectes, qui, quem honoris signo aliquo externo afficiat, eum velit a se ornari et inter omnes constare de suo erga eum studio. REISK.

P. 461. v. 21. καὶ τῇ βεβαιότητι] Absunt a Paris. primo. REISK.

P. 461. v. 23. ἐν ἰσηγορίᾳ] Notum est ἰσηγορίαν esse liberorum populorum, in quibus παντὸς πολίτου ἐστὶ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, ut scilicet Demosthenes de Cor. p. 474. D. [ed. Francof.]. Ideo frequenter iunguntur ἰσηγορία et ἐλευθερία. FR. A. WOLF.

P. 461. v. 25. ὑπὸ — θαυμάζεσθαι] At θαυμάζεσθαι qui aliter fiat quam ὑφ' ἑκόντων? Scilicet verbo nunc inest notio τοῦ τιμᾶσθαι, quod in proclivi est videre. Ita p. 490, 8. μήτε τιμῶντες μήτε θαυμάζοντες. FR. A. WOLF. Sed hic ipse locus ostendit verba non esse synonyma: synonyma enim non licet disiungi particulis negativis. Recte dicitur, ut hoc utar, πράττειν καὶ ποιεῖν: non dicitur οὔτε πράττειν οὔτε ποιεῖν. ἑκόντα θαυμάζειν τινὰ est *aliquem sic admirari, ut hoc ultro prae te feras, non premas invidiose.* SCHAEFER.

P. 461. v. 27. ἐκείνοις] Intellige apud capientes munera a tyrannis; vel et apud tyrannos ipsos. REISK. Hoc est τοῖς τυράννοις καὶ τοῖς τὰς ὀλιγαρχίας ἔχουσι. Nempe donorum, uti collatio, sic ademtio facilior est, ubi unus imperat aut pauci; difficilior in rebuspublicis, ubi res a multorum suffragiis pendent. FR. A. WOLF. Capientes munera, ut Reiskio visum est, non posse intelligi satis docet oppositum ὑμῖν. SCHAEFER.

P. 461. v. 28. ὑμῖν] ἡμῖν corrector Weimaranus. REISK.

P. 461. v. 28. λάβῃ] λαμβάνῃ Paris. primus. REISK.

P. 462. v. 1. ὑπῆρχε] Sic etiam Bekker. e libro optimo. ὑπῆρξε Reisk. et Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 462. v. 1. τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον] H. e. τὸν παρελθόντα χρόνον. Invidiose adiectum. Ita semper, ut puto, ὁ ἄλλος χρόνος de praeterito, non de futuro tempore, ubi est ὁ λοιπός. FR. A. WOLF. Unde ἄλλοτε, *alio tempore*, sc. *praeterito*. IDEM in *Ind*. Sensus: priusquam Leptines lege sua novi moris auctor fieret. SCHAEFER.

P. 462. v. 1. γοῦν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 462. v. 2. νόμος, οὗτος] Post νόμος distinxi, ut appareat sententiam esse generalem. *Quaecunque igitur lex fidem tollit donorum, ea* —. Vulgaris distinctio, magis etiam qua usus est Fr. A. Wolfius νόμος οὗτος a reliqua oratione secludens hypostigmis, sententiam facit specialem soli aptans legi Leptinis. SCHAEFER.

P. 462. v. 2. εἰσὶν] εἶναι Paris. primus. REISK.

P. 462. v. 3. τοῦτο] ταῦτ' August. primus. Sed obstat praemissum ᾧ μόνῳ. REISK. τοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 3. καίτοι τῶν ἁπασῶν κ. τ. λ.] Cum in aliis Demosthenis orationibus multae sunt verborum traiectiones a Latinitate nonnihil abhorrentes, tum vero in hac: quas omnes demonstrare si vellem, ne pueris solis haec scribere potius quam studiosos adolescentes admonere viderer, verendum esset. Sed quasdam tamen notare quid vetat, cum parum attentos, licet doctos, interdum levicula quaedam decipiant? Sic igitur haec ordina: καίτοι ἂν ἀφέλῃς πολιτείας ἡστινοσοῦν τῶν ἁπασῶν τὸ κομίζεσθαι χάριν etc. H. WOLF. Verborum, ut putat, traiectorum verum ordinem Wolfius hunc docet esse: καίτοι ἂν ἀφέλῃς —. Traiectio non ita magna est; certe verba, τῶν ἁπασῶν, quippe in quibus summa sententiae sit ac vis oppositionis, vix longius ab initio removeri poterant. τὰ καθεστῶτα *status* est et *constitutio reipublicae, quae obtinet*. Et qui h. l. sunt εὖνοι τοῖς καθεστῶσι, hos Isocrates Areop. p. 211. dicit τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. Iam ad illud καθεστώτων refer αὐτῶν. Vis pronominis ταύτην circumscribendo intelligetur: αὕτη μεγίστη ἐστὶ τῶν καθεστώτων φυλακή, δηλονότι τὸ τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι κομίζεσθαι χάριν· ταύτην δὴ φυλακὴν ἀφῃρηκὼς ἔσῃ. *Quanquam e qualibet civitate*, ne de solo populari statu dicam, *si illud institutum sustuleris, ut praemiis ornentur, qui sint praesentis status rerum tuendi studiosiores, ipso facto illius firmissimum praesidium sustuleris*. FR. A. WOLF.

P. 462. v. 3. ἡστινοσοῦν] ἧς ἄν τινος Paris. primus et septimus. ἧς τινος ἂν August. primus. REISK. ἡσάντινος Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 6. ἀφέλῃς] ἐξέλῃς Paris. primus, August. primus, index P. Manutii. REISK.

P. 462. v. 6. *αὐτῶν*] Redit ad *τῶν καθεστώτων* v. 5. *non mediocrem illi detrahit custodiam atque praesidium*, praesenti puta constitutioni reip. REISK. Sic etiam Halensis editor. Mihi videtur referendum ad primariam notionem, *τῶν ἁπασῶν ἡστινοσοῦν πολιτείας*. SCHAEFER.

P. 462. v. 6. *ἔσῃ*] *ἔσει* Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 7. *τάχα τοίνυν ἴσως*] Ultima vox videri posset esse e margine. *τάχα* enim est *ἴσως*, *forte*. Nihil tamen mutandum. Alibi enim pariter scribitur. Adv. Midiam p. 576, 15. *τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτ' ἐρεῖ, ὡς* etc. MARKLAND. *Τάχα ἴσως*. Harum particularum idem valentium iunctura utique rarior est, at obvia tamen, quod propter Marklandum moneo. Ut apud nostrum de fals. leg. p. 313. E. [ed. Francof.]. In Midiam p. 633. E. Aristoph. Thesm. 718. Vesp. 280. 284. Platon. Amator. p. 135. E. De Legg. IV. p. 704. A. Frequentior sane hic pleonasmus in similibus particulis, ut *αὖθις αὖ*, *εὐθὺς παραχρῆμα*, *μετὰ ταῦτα ὕστερον*, lat. *deinde postea*, *olim quondam* etc. etc. Conf. infra p. 474, 3. FR. A. WOLF. Iuncturam hanc non dicam rariorem. SCHAEFER.

P. 462. v. 7. *ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων*] Vulgaris fallacia rhetorum, *τὸ ἀπάγειν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως*, Demosth. de fals. leg. p. 330. D. Paullo gravius pro consilio suo Aeschines in Ctesiph. p. 444. A. *ἀπαγαγὼν ὑμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος*. Quae verba nondum exputo cur sollicitarit vir summus, Valckenarius ad Theocriti Adon. p. 238. FR. A. WOLF. Valckenarius: „Vox *ἄπωθεν* eximenda est, supra voculam *ἀπὸ* olim scripta ut interpretamentum.“ Vocem satis tuentur quae citavi in H. Stephani Thesauro c. 2143. B. SCHAEFER.

P. 462. v. 10. *ἐκ δὲ τοῦ νόμου τούτου*] Ex editt. Felic. et Manut. aberat *τούτου*. Unde coniecit Wolfius *ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου*. Est tamen *τούτου* etiam in Vindob. TAYLOR. In verbis, *ἐκ τοῦ νόμου τούτου*, pronomen excidit apud Felic. et Man. Hinc forsan Wolfius maluit *ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου*. Quam recte, docebit p. 492, 28. 493. 16., ubi maiori iure requiri poterat *ἑαυτοῦ*. Quin ipsum *τούτου* auctor negligere potuisset, qui utatur saepissime simplici *νόμος* de lege Leptinis. Conf. ad p. 457, 1. et alia loca. FR. A. WOLF.

P. 462. v. 11. *οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι*] Nos vulgo: *wenn man es so hört*, ut *οὕτως* negligentius positum sit, *re nondum accuratius cogitata*. Plene *ὡς οὕτως ἀκοῦσαι* ap. Platon. Euthyphr. p. 3. B. alibique. FR. A. WOLF. Ne credas nostra in formula *ὡς* subaudiri. SCHAEFER.

P. 462. v. 12. *τινὰ*] *τιν'* Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 12. *ὃν*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 462. v. 13. *εἰσὶ γὰρ — ἡ ἀτέλεια*] *Duae apud nos sunt*

liturgiae, *quarum immunitatem nostris impertire solemus*, *αἱ λειτουργίαι τῶν μετοίκων καὶ αἱ τῶν πολιτῶν.* FR. A. WOLF. Idque in rebus πολιτικαῖς, non πολεμικαῖς. SCHAEFER.

P. 462. v. 15. ἑκατέρων] ἑκάστων Paris. septimus. REISK.

P. 462. v. 15. εὑρημένοις] εὑρομένοις Paris. septimus, Ald. Paul. Bavaricus, sed hic cum η super o. REISK.

P. 462. v. 16. ᾖ] Corrig. ἦν. SCHAEFER.

P. 462. v. 17. πασῶν] Abest a Bavarico et editione Taylori. REISK. πασῶν ante εἰσφορῶν abest ab Ald. Herv. Wolf. Tayl. Bav. cod., etsi in voce addenda omnes conspirant p. 496, 11. FR. A. WOLF. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 462. v. 18. οὐδὲ οὓς — Ἀριστογείτονος] Quae hic occurrit syntaxis, οὐδὲ οὓς οὗτος ἔγραψε, τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, familiaris est Graecis, neque eam Latini refugiunt. Sulpicius ad Cic. Epp. IV. 5. *Genus hoc consolationis miserum est, quia, per quos ea confieri debet, p r o p i n q u o s a c f a m i l i a r e s, ipsi pari molestia afficiuntur.* Nec tantum ibi haec structura Graecis in usu est, ubi substantivum, quod postponitur, pronominis relativi eodem genere positi casum imitatur, sed et tum, quum relativum neutri generis ad omissum aliquod nomen refertur. Ita Plato Phaedon. p. 66. E. Τότε ἡμῖν ἔσται (τοῦτο) οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι φρονήσεως. ubi Fischero non debebat placere lectio φρόνησις. FR. A. WOLF. Putet aliquis fortasse scribendum esse οἱ ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, subaudito εἰσὶν ἀτελεῖς. Sed antecedens τοὺς eodem casu positum est, quo relativum οὓς, per attractionem. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 256. V. Heindorfius ad Platon. l. c. p. 46. SCHAEFER.

P. 462. v. 20. ἔγραψε] Scilicet εἶναι ἀτελεῖς. SCHAEFER.

P. 462. v. 20. καὶ Ἀριστογείτονος] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 462. v. 20. σκεψώμεθα δή, τίνας —] ἐκείνας τὰς λειτουργίας, h. e. *eas, quarum immunitas concedi solet.* De solis autem civibus nunc sermo est, et demum verbis ἀλλὰ νὴ Δία ad μετοίκους pergit. Porro in h. l. χορηγὸς cum derivatis verbis latiore sensu complectitur simul γυμνασιαρχίαν et ἑστίασιν; unde deinde commutantur inter se χορηγεῖν et λειτουργεῖν, uti χορηγία et λειτουργία. Cuius rei rationem cuivis puto in promtu esse. Mox ἀφήσει, sequens prius εἰσποιεῖ, redit ad Leptinem: *Quot sit dimissurus ut immunes*, h. e. quot ex iis, quos, antea immunes, nunc ad liturgias adigit suaque lege quasi *d e v i n c t o s t e n e t.* Sic quidem explicando minuatur durities, quam habet tertia persona ἀφήσει. In errorem ducit, quod Scholiastes habet, πόσους τῶν πενήτων ἀφίησιν. FR. A. WOLF.

P. 462. v. 20. δή] δὲ P. Manutius. REISK.

P. 462. v. 21. ἐκείνας] eas puta contributiones, quibus inquilini civesque tenentur imperatis, in orbem redeuntibus, praeter illas, quibus reip. salus continetur, quarum venia prorsus nemini datur. REISK.

P. 462. v. 22. τούτῳ] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 462. v. 22. ἀφήσει] Scilicet ἀτελεῖς. REISK.

P. 462. v. 23. τριηραρχοῦντες ἀεὶ] Haec iungas pronunciando. Ditissimi, *quod semper sunt trierarchi reip.*, liberi sunt ab istis muneribus. FR. A. WOLF. Sic etiam Hieronymus. Sed si compares p. 463, 3., malis adverbium iungere sequentibus. τριηραρχοῦντες vertam: *dum trierarchiae munere funguntur.* SCHAEFER.

P. 462. v. 25. τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες]. Convenientius forte ingenio Demosthenis τὴν ἀνάγκην ἀτέλειαν ἔχοντες, *quibus necessitas est pro immunitate.* MARKLAND. *necessariam immunitatem* appellat eam, qua fruuntur pauperes, qui cum nihil habeant, nihil possunt ad onera reip. sublevanda conferre, neque potest quicquam ab iis vel vi redigi: quare connivetur iis necessario. Marklandus temere hic argutatur. REISK. Demiror, Marklandum auctoris ingenio iudicare convenientius fore, si scripseris, τὴν ἀνάγκην ἀτέλειαν ἔχοντες, *quibus n e c e s s i t a s est pro immunitate.* Non fugit Demosthenes audacius dicta; verum illud, licet per se affectatum non putes, tamen *huius* Orationis dictionem, summissam eam et nativi coloris, mire dedeceret. Ἀναγκαίᾳ ἀτελείᾳ frui dicuntur pauperes, qui, quod nihil habent, nihil possunt ad remp. conferre, nec a quibus quidquam potest ne vi quidem redigi. Sic et Reiskius. FR. A. WOLF.

P. 462. v. 26. ἔξω τοῦ τέλους εἰσὶ τούτου] *in hunc censum referri non possunt. non pertinent ad eum hominum ordinem, qui munera publica obire potest.* FR. A. WOLF.

P. 462. v. 27. οὐδεὶς—χορηγός] Nannius: *ex neutro ordine ullus choragus proveniet.* Male hic Wolfius: *neutri — vestras opes augebunt.* Nam, ut Demosthenes mox ostensurus est, scilic. p. 464, 17., οὐ κοινωνεῖ ταῖς δημοσίαις προσόδοις καὶ περιουσίαις ταῦτα τἀναλώματα οὐδέν. TAYLOR.

P. 463. v. 1. πέντε μόνους] [πέντε.] Plenius edit. Morel. ἀλλ' ἐὰν δείξῃ πέντε μόνους. TAYLOR. μόνους abest a Bavar. Ald., Paul. Wolf. et huius umbra, Taylor. Eius loco est μόνον in August. primo. REISK. μόνους addit praeter alios Ben., unde est in Lipsiensi, quae editio non raro illius vitia repetit. A pluribus, scriptis et editis, melius abest id scholion, quod alibi quoque in scriptoribus vim sermonis fregit. Conf. ad p. 479, 25. FR. A. WOLF. μόνους delevit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 463. v. 1. θήσω τοίνυν—] *Sit sane ita, ut Leptines vult: sit, u t a l i t e r r e s h a b e a t a c m o d o d i x i,* (τοῦτο μὴ

τοιοῦτον εἶναι,) *et lege perlata adsint plures quam quinque.* Hoc est, πλείονας ἢ τοσούτους. Ad arbitrium suum, ut solet, Reiskius recepit ἢ δὶς τοσούτους, h. *decem*, plaudente Augerio, sed ne uno quidem codice addicente, nec sensu iubente, potius, si quid iudico, adversante *progressione sententiarum*, quae solennis figura est Oratorum. Ante istud πλείονας MSS. quidem repetunt εἶναι, ut est in Ald. Herv. Ben. Wolf. Id quod *profecto verum esse* clamat Taylorus, expungique iubet ἔσεσθαι. *Falsum esse* equidem contra iurarem, si iuratis crederetur in re critica. FR. A. WOLF.

P. 463. v. 2. τῶν μετοίκων πλείονας κ. τ. λ.] In plerisque Codd. (deest autem in Felician. Manutianis, Lindenbr. Ital. et Paris. α.) τῶν μετοίκων εἶναι πλείονας, ἢ τοσούτους, — τοὺς ἀεὶ λειτουργοῦντας ἔσεσθαι. τῶν μετοίκων αὐτὸν εἶναι πλείονας Ven. Ego profecto εἶναι veram lectionem esse arbitror et retinendam loco τοῦ ἔσεσθαι, quod nonnulli adlevere suis exemplaribus propter ὑπάρξειν, quod sequitur. Vindob. deest εἶναι. TAYLOR. εἶναι abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico, P. Manut.: omisitque Taylorus in sua editione. Delevi. REISK.

P. 463. v. 2. δὶς τοσούτους] Vulg. τοσούτους. Malim δὶς τοσούτους. *bis quinque* sunt *decem*. Et hoc recepi de meo arbitrio. REISK. δὶς delevit etiam Bekker. Fefellit Reiskium quod legitur v. 9. Sed hoc ipsum recte intellectum docet Oratorem non scripsisse nisi τοσούτους. SCHAEFER.

P. 463. v. 3. ἀεὶ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 463. v. 5. ἐκ τριηραρχίας] Ind. Graecit. p. 192.: „*propterea quod* vel *postquam* trierarchatu functus fuerit." Posterius verum. SCHAEFER.

P. 463. v. 5. σκεψώμεθα δή, —] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 252. REISK.

P. 463. v. 6. τί τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει] Scilicet μέγα κέρδος. REISK.

P. 463. v. 6. τοῦτ'] F. τότ'. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 256. τοῦτ' recte habet. SCHAEFER.

P. 463. v. 7. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Pro δεῖ malim δεῖν. Plena sententia haec foret: φανήσεται γὰρ τὸ κέρδος οὐκ ἄξιον τῆς γενησομένης αἰσχύνης, οὐδὲ πολλοῦ δεῖν, [id est, οὐχ ὥστε πολλοῦ δεῖν,] ἀλλὰ τοῦ παντός. *constabit enim sic, lucrum inde proventurum cum turpitudine inde ad nos reditura non esse comparandum, non aliqua, quamvis parva, ratione, sed plane nulla.* Nos dicturi simus pro nostra, quae hodie dominatur in scholis, Latinitate: Emolumentum cum dedecore prorsus nullam proportionem habet; illud cum hoc plane comparari nequit; contentioni inter haec duo locus plane nullus est. REISK. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ vulgo editores connectunt, ut aliis in locis multis, v. c. de Cher-

son. p. 81. A. [ed. Francof.] Philipp. III. p. 89. A. IV. p. 99. E. De fals. leg. p. 298. C. In Aristog. p. 841. A., ubi semper vertendo peccat Wolfius. Nec melius Reiskius explicat ellipsi verborum *ἀλλὰ τοῦ παντός, non deest multum, sed totum.* Falso. Intervallum pronunciandi post οὐδὲ fieri oportere, docet alia formula negandi ubique obvia, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ, nec minus dictio gravior, οὐκ ἔστι ταῦτα, πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. In quibus πόθεν est, quod dicimus, *nihil minus.* Vid. Demosth. de Cor. p. 480. D. 481. B. 496. E. et conf. Hemsterh. ad Lucian. Timon. p. 115. Neque abludit locutio οὐδ' ἐγγύς, de qua vid. in Platon. Sympos. XX. 4. Totam sententiam nostram vertes: *Patebit, id emolumentum* (nam τί τοῦτ' ἔσται est pro τί τοῦτο πλέον ἔσται;) *neutiquam tale tantumque esse, ut dedecus inde ad nos redundaturum aequo animo perferre possimus.* FR. A. WOLF. Wolfii distinctio post οὐδὲ ponentis hypostigmen est eadem Augeri in editione Demosthenis. Longius etiam progressus Marklandus, quando οὐδὲ πολλοῦ δεῖ finit sententiam, post οὐδὲ plene interpungendum censuit. Mihi tales interpunctiones improbanti quomodo haec formula, crux interpretum, videatur intelligenda, dixi ad p. 100, 10. Neque adhuc poenitet interpretationis, quam noster locus, ubi formulam legimus praemissam, mirifice confirmat. Add. not. ad p. 116, 28. 350, 11. 370, 2. SCHAEFER.

P. 463. v. 8. ὁρᾶτε] ὅρα Paris. primus. REISK.

P. 463. v. 8. δ'] τὸ P. Manutius vitiose. REISK.

P. 463. v. 8. τῶν ξένων] h. e. τῶν μετοίκων. Docent hoc verba ὅπερ εἶπον ἀρτίως. Conf. Prolegom. [p. 67.]. FR. A. WOLF.

P. 463. v. 9. καὶ — εἶναι] Legendum per parenthesin: (καίτοι, μὰ τοὺς — πέντε εἶναι). MARKLAND. καὶ — εἶναι interiectam enunciationem esse, voce signandum, uti fecimus scriptura *). Et sic alibi quoque καὶ legitur ἐν παρενθέσει, pro καίτοι, *at, quanquam.* Qui καίτοι reposuit Marklandus, debuit idem facere infra p. 488, 7. et de Cherson. p. 79. E. [ed. Francof.] et in Aristocrat. p. 732. B., et multo saepius. FR. A. WOLF. Add. eiusdem annotat. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 463. v. 9. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 463. v. 10. τῶν γε πολιτῶν] Vocabulo civium nunc non continentur ii, quos trierarchiae functio solvebat ordinariis muneribus. Mihi certe id prope exploratum est, et Augerium alia nos docentem a vero aberrare puto. FR. A. WOLF.

P. 463. v. 10. οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ] Opinor, τάχ' εἰσὶ —. *forte sunt quinque vel sex.* Quod aliter efferri potuit: *non sunt plures quam* (vel *non sunt nisi*) *quinque vel sex.* Num vero ali-

*) Adhibuit uncos significantes parenthesin. SCHAEFER.

quis ita loquitur: *non sunt quinque vel s*ı exemplis. MARKLAND. Quod Marklando in verba, οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ, quum dubitaret liceret, forsan ego non assequor Critici acun bitem, vel sine exemplis. Ergo opus non τάχ' εἰσὶ, *fortasse sunt quinque vel sex.* Tı et alteri eiusdem, quam proxime laudavi, rep gata citans in Arte p. 465. FR. A. WOLF. 98

P. 463. v. 11. ποιήσωμεν] ποιήσομεν ec ... ..αγιοπ. REISK.

P. 463. v. 12. δήποτ'] δή ποτ' Dindorf. Sic p. 464, 10. idem δή που, non item p. 463, 20. neque aliis locis. SCHAEFER.

P. 463. v. 12. τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας] Ἐγκύκλιοι λειτουργίαι sunt statae et certae: εἰσφοραὶ καὶ τριηραρχίαι non item. χορηγοὶ sunt aediles, qui saltatoribus et cantoribus sumtum, γυμνασίαρχοι, qui oleum palaestrae, ἑστιάτορες, qui epulum tribui praebent. Aphthonii Enarrator ait: Χορηγία, ἡ ἐκ προαιρέσεως καὶ ἐν ἑορταῖς. Εἰσφορὰ, ἡ ἐξ ἐπιταγῆς ἑτέρου καὶ ἐν πολέμοις. H. WOLF. Male enarrator iste, χορηγία ἐκ προαιρέσεως, uti confestim deprehendebat Wolfius. Nam, ut ait, ni esset ἐξ ἐπιταγῆς, cur eius data fuisset immunitas? TAYLOR.

P. 463. v. 13. ὑμῖν] Abest a Paris. primo, August. primo. Eius loco dat editio Taylori ἡμῖν. REISK. Plerique omnes ὑμῖν, etiam editor novissimus. Sequentibus λειτουργήσωσιν ἡμῖν aptius est [ἡμῖν], quod dedi cum Wolf. et Tayl., etsi hi cum reliquis paullo post quoque πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς inculcant. Conf. ad p. 468, 21. FR. A. WOLF. Pronomen omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 463. v. 15. ἑστιάτορες] ϊστιάτορες August. primus sine spiritu et cum gemino puncto super prima litera pro more librariorum graecorum ι sic designandi. REISK.

P. 463. v. 16. ἄνθρωποι πλείους] Vulg. ἄνθρωποι, ἢ πλείους. Malim et comma et ἢ tolli, ut haec exsistat sententia: *Ut itaque in posterum semper homines triginta conferant numero plures, quam nunc conferunt.* Sic scripseram, antequam membranas Augustanas inspicerem, a quibus et distinctio (punctum puta, nam comma illis membranis ignotum est) et ἢ abest. Quare sustuli utrumque. *) REISK. Dicit ἢ πλείους, ut modo dixit ἢ μικρῷ πλείους. Id vero apertum est, nunc subaudiri *praeter eos, qui adhuc liturgias curaverunt;* quibus tamen verbis expressis in hac quidem sententia opus non erat. Pari modo p. 465, 27. est ἕνα χορηγὸν, ut interpreteris *unum choragum n o v u m.* Ratio fefellit Reiskium, quum ex Aug. 1. suo arriperet ἄνθρωποι πλείους, eiecto ἢ. Nec verior eiusdem coniectura, λειτουργήσωσιν ἢ

---

*) In variet. lection. haec scripsit: „Comma et mediam particulam omittit August. primus." SCHAEFER.

son. πρὸ λειτουργήσωσιν ἡμῖν. FR. A. WOLF. ἢ revocavit etiam E. per. Ego vero fateor inclinare me huc, ut Reiskio delenti consentiar. Additum vide ne infringat vim ratiocinationis. Accedit quod Orator τριάκοντα ut maximum numerum posuit v. 12. Add. not. sequ. SCHAEFER.

P. 463. v. 16. παρὰ πάντα τὸν χρόνον] Haec fuit quum de luxatura viderentur mihi suspecta et ordinanda tali modo: ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι ἢ πλείους λειτουργήσωσιν ἡμῖν, (n. in singulos annos,) τοὺς ἅπαντας παρὰ πάντα τὸν χρόνον (*in omne tempus*) ἀπίστως πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν; Quod erat sententiam pervertere. Auctor hoc dicit: *Qui nobis catalogo τῶν λειτουργούντων novi addi possunt lege Leptinis, ii primum tantum triginta admodum sunt; tum ne hos quidem triginta in singulos lucramur annos, sed universe in omne tempus. Tantulum est lucrum! Atque id ut faciamus, fidem nostram apud omnes gentes periclitabimur?* Igitur voce sunt acuenda παρὰ πάντα τὸν χρόνον, et oppositio quaerenda in τριάκοντα ἄνθρωποι et in τοὺς ἅπαντας. Sic lector sibi facile cavebit ab errore meo. FR. A. WOLF. Vere dicit opponi inter se τριάκοντ' ἄνθρωποι et τοὺς ἅπαντας. Sed haec ipsa oppositio vix patitur post ἄνθρωποι addi particulam ἤ. SCHAEFER.

P. 463. v. 17. ἡμῖν] Malim ἢ νῦν, scilicet λειτουργοῦσιν. REISK. Iure adversatur Fr. A. Wolfius ad v. 16. SCHAEFER.

P. 463. v. 17. ἀπίστως] [ἀπίστους.] F. ἀπίστως, sicut ὑπόπτως ἔχει πρός τινα. Et sic Obsop. H. WOLF. Ita etiam Ven. Ital. et Reg. ζ. item Vindob. Rectius quoque ἡμᾶς αὐτοὺς, ut Manut. Bodl. Reg. α. Vind, Cant. et versio Italica. TAYLOR. Vulg. ἀπίστους. ἀπίστως August. primus, Bavaricus. REISK. Vulgo ἀπίστους πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς male propagarunt usque ad Reiskium, et ἀπίστοὺς in Apsine quoque est p. 698. Verissimam mutationem praestant plures MSS. Nec isto sensu aliter ponitur διατιθέναι, quam adverbio iunctum, ut construi etiam solent διατίθεσθαι, διακεῖσθαι et ἔχειν. Adiectivo si uti voluisset Demosthenes, scripsisse debuit ἀπίστους καταστῶμεν *). Non adversantur his ea, quae docet Hemsterhusius ad Luciani Nigrin. p. 80. FR. A. WOLF. Compara, quo etiam Hemsterhusius usus est, εἰ διαθείη ὑμᾶς ἀπόρως Lysiae p. 452. R. Notabile talibus in locutionibus vim adverbii ad patientem referri. Xenophon Hellen. V. 5. 1. ὥσπερ τοὺς Ἀθηναίους διέθεσαν. quod Morus recte interpretatur. SCHAEFER.

P. 463. v. 17. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς August. primus, Bavaricus, Lessing. REISK. V. not. ad ἀπίστως v. 17. SCHAEFER.

P. 463. v. 22. ἡμᾶς] ὑμᾶς August. primus. REISK.

---

*) Immo καταστήσωμεν. SCHAEFER.

P. 463. v. 23. εἶεν] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 463. v. 23. ἐπέλιπον] ἐπέλειπον Bekker. e libro optimo. Vere: nam sequitur ἦν. SCHAEFER

P. 463. v. 24. πότερον] πρότερον Paris. primus. REISK.

P. 463. v. 24. εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας] Quid hoc rei sit, intelligetur ex iis, quae de trierarchia praediximus in Prolegomenis. FR. A. WOLF.

P. 463. v. 26. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 463. v. 26. νῦν μέν γε — κεκτημένος ἦν.] Impeditior periodus culpa auctoris ipsius, ni fallor. Respondent sibi primum νῦν μέν, h. *ex mente Leptinis*, et τότε δέ, *si mea ratio placuerit, ut choragiae fiant per collationem* seu *contributionem*: tum rursus τὸν χρόνον ὃν ἄν, h. τέως ἕως ἄν, *quamdiu*, et μετὰ ταῦτα, h. *peracta functione*. Sic non cogimur cum Marklando accipere τὸν χρόνον ὃν ἂν — δίδωσι, quasi dictum ὁ χρόνος, ὃν ἂν —, δίδωσι, ac verbo δίδωσι multo aptius subiectum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ quaerendum est, *lex Leptinis* *). Neque temere omnino ad istam figuram antiptoseos confugiendum est, licet non infrequentem in optimis auctoribus. Vide VV. DD. laudatos a Dorvillio ad Charit. p. 593. Porro τούτων ἕκαστος, *quisque eorum, quos, antea immunes, nunc lex ista cogit, ut muneribus fungantur in posterum.* Hactenus satis clarum est τούτων, quippe quod redeat ad proximum εὐεργέτας. At αὐτοῖς et αὐτῶν sane obscurius posita sunt *de his, quos quum semper adhuc functio munerum onerasset, eo onere nunc levatos vult Leptines.* Conf. p. 462, 8. et 465, 26. Itaque loci sententia haec exsistit: *Si vere deficiant cives obeundis muneribus publicis pares, praestare equidem crediderim, rem per contributionem fieri. Hoc modo parva impensa ad unumquemque perveniet, nec se quisquam nimis oneratum queri poterit; contra e Leptinis lege et ratione, quantumvis ea omnibus oneris levamentum promittat, ii tamen, quos vult levatos, nonnisi tamdiu vacatione fruentur, quamdiu hi, quos novos nunc addemus, in functione erunt, post id tempus ipsi sumtum facturi nihilo minorem quam antea.* Sic videor verum sensum loci constituisse, ex parte adiutus a Reiskio. Oratorem autem veritate hic niti nonnihil dubitem. Multum interest, in annos singulos, an tertio quintove quoque anno sumtus erogare cogamur. **) Verum id video, sententiam prorsus perimi et a Marklando, qui αὐτοῖς mutabat in ἔτους, ad hoc confirmandum abusus

---

*) Sic etiam Reiskius ad v. 27. Hoc vero satis durum videtur. Ad δίδωσι subaudiam ὁ ἀεὶ λειτουργῶν. SCHAEFER.

**) Sed tolerabilior μικρὰ συντέλεια, etsi quotannis toleranda, quam graves sumtus post ἀνάπαυσιν faciendi: ut Orator veritate niti videatur. SCHAEFER.

p. 459, 12., et multo magis lectione seu coniectura marg. Ben. ἕκαστος οὐ λειτουργῇ. FR. A. WOLF.

P. 463. v. 26. τὸν χρόνον, ὃν] τοῦ χρόνου, οὗ farrago Wolf. nescio unde. REISK.

P. 463. v. 27. λειτουργῇ] οὐ λειτουργῇ margo Lutetianae. Fortassis ea Lambini est coniectura. Necessariam puto hanc emendationem, cuiuscunque aut undecunque depromta est. οὐ λειτουργῇ, *non conferat.* ea nempe lege, ut τούτων et αὐτοῖς ad eosdem redeat. δίδωσι redit ad legem Leptinis. *solummodo id tempus cuique liberum relinquit lex Leptinis, quo vacat a collatione* vel *functione oneris.* 'Potest tamen vulgata, a qua negatio abest, defendi, si τούτων et αὐτοῖς non ad eosdem, sed ad diversos referas, et τούτων quidem ad eos, qui, cum antea immunes a contributione per aliquod privilegium essent, nunc a lege Leptinea coguntur contribuere, αὐτοῖς autem ad eos, qui nunquam immunitate gavisi sunt, sed semper necesse habuerunt contribuere.' Haec olim. Bene habet vulgata. ἀνάπαυσιν redit ad τῶν τριηραρχιῶν. Quo quisque anno λειτουργεῖ, eo liber est a trierarchia: sed anno τῆς λειτουργίας peracto, redit ad solennia munia τῆς τριηραρχίας. REISK. Illa Reiskii interpretatio vera, quae τούτων et αὐτοῖς non ad eosdem, sed ad diversos refert, et τούτων quidem ad eos, qui, cum antea immunes a contributione per aliquod privilegium essent, nunc a lege Leptinea coguntur contribuere, αὐτοῖς autem ad eos, qui nunquam immunitate gavisi sunt, sed semper necesse habuerunt contribuere. Nollem aliam postea propositam. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 256. s. Non aliam Reiskius postea proposuit, sed quod olim suspicatus erat, postea verum esse intellexit. τὴν ἀνάπαυσιν autem cave putes cum Reiskio redire ad τῶν τριηραρχιῶν. Omnino intelligenda cessatio a liturgiis, quam lex Leptinea pollicetur. V. Fr. A. Wolf. ad v. 26. SCHAEFER.

P. 463. v. 28. αὐτοῖς μόνον] Sine sensu αὐτοῖς. Lego: τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον, *vacationem solummodo annuam.* Nam supra dixerat p. 459, 12. ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, *singuli altero quoque anno* haec *munera obeunt.* Est vero antiptosis τὸν χρόνον ὃν pro ὁ χρόνος ὃν, et constructio est: ὁ χρόνος, ὃν τὸν χρόνον ἕκαστος τούτων λειτουργῇ ἂν *), δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον. Exemplum par habes 1. Cor. X. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν: et plura vide apud cl. Taylorum in Ind. Att. ad Lysiam v. *Antiptosis.* Nannius videtur legisse ἄλλοις pro αὐτοῖς. Sed et sic vox ἔτους vel ἐνιαυτοῦ adhuc deerit: τούτων ἕκαστος δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἄλλοις ἔτους μόνον. Caeterum τού-

---

*) Mira τοῦ ἑξῆς traiectio particulam seiungens a relativo, h. e. divellens quae divelli non patiuntur nisi intersertis voculis. SCHAEFER.

των est τῶν λειτουργούντων, idem quod τῶν χορηγῶν. Intellige νῦν μέν γε, *ut nunc se res habet:* et τότε δὲ, *in altero vero casu*, id est, si per collationem res gereretur. MARKLAND. V. Fr. A. Wolf. ad v. 26. SCHAEFER.

P. 464. v. 3. σφόδρα] σφόδρ' Bekker. SCHAEFER.

P. 464. v. 6. τοιαδί] τοιάδε August. primus. REISK.

P. 464. v. 7. ὑπάρξει] ὑπάρχει Paris. primus et quintus. Utramque lectionem dat Bavaricus. ὑπάρχειν August. primus. REISK. Bene ὑπάρχει Bekker. Conf. v. 15. et 22. SCHAEFER.

P. 464. v. 8. ταῦτα] ταῦθ' Bekker. ταῦτα ἅμα ἀμφότερα cum prioribus editor Halensis, plaudente, ut arbitror, Wunderlichio. SCHAEFER.

P. 464. v. 8. ἅμ'] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 464. v. 10. εἰ μὲν — βασκαίνειν] Citant Anecd. Bekk. p. 130, 21. SCHAEFER.

P. 464. v. 11. ἢ] Abest a Paris, primo, August. primo. REISK.

P. 464. v. 12. προσήκει — κολάζειν] Hic index Ald. pro varietate lectionis proposuit lapsum librarii omnia inter προσήκει et κολάζειν interiecta omittentis, oculo a priore προσήκει ad posterius aberrante. REISK.

P. 464. v. 12. κεκτῆσθαι] In nonnullis MSS. deest κεκτῆσθαι, atque inter eos in Obsop., qui recte abesse posse existimat. Cuius sententiam minime laudo. εἰ δὲ φήσουσι κεκτῆσθαι, vel ὑφηρημένον, vel τινὰ ἄλλον τρόπον, ὃν οὐ προσήκει. Sensus est liquidissimus. Simile occurrit p. 498, 19. εἴ τινα τῶν εὑρημένων — ἀνάξιον εἶναι φασὶν, ἢ μὴ πεποιηκότα, ἐφ' οἷς εὕρετο, ἔχειν. TAYLOR. κεκτῆσθαι abest a Paris. primo, August. primo. Qui codices omittunt, illi subaudiendum e superioribus relinquunt ἔχειν πολλά. Sed planior est vulgata. REISK. κεκτῆσθαι abest a Par. 1. Pann. Aug. 1. detrimento numeri. Sensus liquidus est; εἰ δὲ φήσουσι κεκτῆσθαι, ἢ ὑφηρημένον, ἢ τρόπον τινὰ ἄλλον, οὐχ ὃν προσήκει. FR. A. WOLF. Delevit Bekker. Malim servatum. SCHAEFER.

P. 464. v. 13. κολάζειν] *poenas repetere ab aliquo*, de accusatore, sicut latine adhibetur *condemnare*, de quo vide Ernest. Clav. Cic. h. v. et conf. infra quae monebo ad verbum κρίνειν p. 484, 6. FR. A. WOLF.

P. 464. v. 13. ποιοῦσιν] ποιῶσιν August. primus. REISK.

P. 464. v. 17. οὐ γὰρ — οὐδὲν] *nam hae impensae, quae scenicis rebus deputantur, ad publica vectigalia et opes non accedunt.* Nannius ita vertit, et recte. TAYLOR.

P. 464. v. 18. ταῦτα τἀναλώματ'] ταῦτ' ἀναλ. August. primus. REISK.

P. 464. v. 20. *νυνὶ — ὄντοιν*] Verba sic collocata sunt, ut et divitias et gloriam reip. tribuere videantur, etsi pecunia ei desit. Quod si Ulpiani sequare sententiam, verba *νυνὶ τῇ πόλει* omittenda erant. H. WOLF. Miror, vel Wolfium hic haesisse, vel Scholiasten conqueri de obscuritate. Vertes: *cum duo reip. proponantur bona*, scilicet utrum retineamus fidem, cuius opinione efflorescimus, an, ea valere iussa, opes publicas coacervemus, quibus indigemus magis. TAYLOR. *νυνὶ — ὄντοιν.* Invideo ceteris editoribus, quibus facilis hic locus visus est: me enim nullus in tota Oratione peius vexavit, ut, si forte ipse eum vicissim vexem, nihil mirum sit. Illud evidentissimum est, graeca a me apposita non hoc sibi velle, *reipublicae nunc duo bona adesse, opes et fidem.* Nam tali sensui, quem tamen Wolfius exprimit, adversatur totus loci contextus et p. 492, 3. Potius ita universe capere licuerit verba *δυοῖν ὄντοιν τῇ πόλει ἀγαθοῖν*: *quum duae res sint et habeantur bona reip. nostrae.* ut sit: *Praeterea quum omnino duo cedant in hanc remp. bona, opes et fides, posterius hoc, quod nunc habemus, praestabilius est.* Locum simillimae formae opportune memini ex Or. in Aristocr. p. 743. D. [ed. Francof.] *δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῦ μὲν ἡγουμένου καὶ μεγίστου πάντων, τοῦ εὐτυχεῖν, τοῦ δ' ἐλάττονος μὲν τούτου, τῶν δ' ἄλλων μεγίστου, τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι, οὐχ ἅμα ἡ κτῆσις ἀμφοῖν παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις.* Sed sic quoque offendit nos *νυνί*. Quod quo iure quave gratia trahemus ad *μεῖζόν ἐστι* in ultimo membro? Quanquam hoc modo iunxisse videtur Scholiastes, questus et ipse *ἀσάφειαν τῆς λέξεως*. Contra suo loco relictum *νυνὶ* intelligi *adhuc* usus vetat Atticus, qui *νυνὶ* in uno *praesente tempore* ponit, quum *νῦν* trium sit temporum. Vere hoc ex Heraclide docuerunt Etymol. M. p. 608. et Eustath. ad Odyss. Σ. p. 1840. Scribemusne igitur, particula expuncta, *τουτωνὶ τῇ πόλει*? an in ea latet *ἡμῖν*, ut saepe coniungitur *ἡ πόλις ἡμῖν* pro *ἡ πόλις ἡμῶν*, dativo genitivi locum tenente? Quidquid erit, videtur textus vitium traxisse, et id quidem antiquum. Ceterum ad rem addi hic poterat: *χρήματα μὲν γάρ ἐστι κτήσασθαι, δόξαν δὲ χρημάτων οὐ ῥᾴδιον πρίασθαι.* Assignatur haec sententia Demostheni in Stobaei Serm. IX. p. 104., sed nusquam ita in nostris Orationibus lecta.*) FR. A. WOLF. Non habebat vir egregius cur locum vexaret. Sensus horum verborum: *cum nunc* (in hoc rerum statu quo versamur) *civitas duo quae curet bona habeat* s. *civitatis salus duobus bonis nitatur.* Quod autem ille coniecit *χωρὶς δὲ τουτωνὶ τῇ πόλει*, non puto dici posse. Graeci enim, quod meminerim, non magis dicunt *χωρὶς τουτωνὶ* quam *πρὸς τουτοισί.* SCHAEFER.

P. 464. v. 20. *πλούτου*] Non repugnat hic locus illi superiori, neganti pecuniam in aerario esse: nam tametsi fiscus pau-

*) Conf. Ind. Graecitat. p. 159. S. SCHAEFER.

per est, possunt tamen privati homines opibus abundare. REISK. De divitiis privatorum Orator h. l. non loquitur. SCHAEFER.

P. 464. v. 20. τε] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 464. v. 21. τοῦ πρὸς ἅπαντας πιστεύεσθαι] V. Ind. Graecitat. p. 403. SCHAEFER.

P. 464. v. 21. μεῖζόν] κρεῖττόν Paris. septimus, August. primus. REISK.

P. 464. v. 21. πίστεως] φύσεως index Ald. REISK.

P. 464. v. 22. ὑπάρχον ἡμῖν] Halensis editor: *quod nunc habemus.* Malim: *si nobis suppeditat.* SCHAEFER.

P. 464. v. 22. ἡμῖν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 464. v. 23. ἔχειν] Idem est atque δεῖν ἔχειν, *oportere habere.* REISK. Sed ipsum δεῖν antecedit v. 22. SCHAEFER.

P. 464. v. 26. τό γε — διαμένειν] Ut dativorum caussa appareat, iungenda haec sunt cum verbis γενέσθαι ἡμῖν tacite repetitis, non cum εὔχομαι τοῖς θεοῖς. Numeri caussa εἶναι superadditum videtur. FR. A. WOLF. Non γενέσθαι ἡμῖν tacite repetendum, sed solum ἡμῖν, ut τὸ ἑξῆς sit: διαμένειν ἡμῖν τό γε δοκεῖν εἶναι πιστοῖς καὶ βεβαίοις. Advertenda autem h. l. vis mira attractionis, ut quae rationem syntacticam etiam ibi invertat, quousque pertinere posse non videatur. εἶναι non dicam numeri causa superadditum. SCHAEFER.

P. 464. v. 26. διαμένειν] διαμεῖναι Paris. primus, August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. Quod in Pannon. pro δοκεῖν διαμένειν Obsop. notat legi διαμεῖναι, posterius hoc habent etiam Par. 1. Aug. 1. Verum male omitteretur δοκεῖν, quod primarium est ad sententiam. FR. A. WOLF. διαμένειν unice verum: ne forte διαμεῖναι praeferas ob antegressum γενέσθαι. SCHAEFER.

P. 464. v. 27. φέρε δὴ καὶ τὰς εὐπορίας —] *Age vero, quae privatae opes illorum, immunitate partae, adversariis nostris tam molestae sunt, eas in commodum reipublicae cedere demonstrabo. Oritur inde,* inquit, *utilitas collata in m e d i u m,* (εἰς μέσον,) ut et latinus sermo imitatur. MSS. magno numero εἰς δέον, quod affinis est potestatis, at minime eius, quae h. l. postulatur. Discas id ex p. 469, 15. Igitur ut ferri fortasse ea lectio possit, non ita rem ipsam audio pro ea loquentem, ut Taylorus; maluique surdaster videri, quam bonam omnium editorum lectionem deserere. At εὐπορήσειν mirabar interdum a nemine adhuc mutatum esse in εὐπορῆσαι. *) Nunc et hoc video bene habere, et futuro Oratorem callide usum, quasi metus ille

---

*) Legendum εὐπορεῖν, in praesenti. Namque οἱ ἀναπαυόμενοι (h. e. ii qui immunitate fruebantur, qua privare eos cupiebat Leptines,) non *deinceps* tantum, *in posterum*, divitiores *futuri* erant, sed ita erant tum maxime. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 257.

adversariorum *in praesens quidem* vanus esset. Similiter leni verbo, ἀναπαυομένους, reddit id, quod prius ex aliena persona gravius dixerat, ἀτελείας ἐπειλημμένοι. FR. A. WOLF. Immo vertendum: *Age verò etiam emolumenta, quae hi dicent redundatura in aliquos vacationem* (per legem Leptinis) *adeptos, ostendam cessura* (non in ipsorum commodum, sed) *in publicam civitatis utilitatem:* ut nullam ῥᾳστώνην τοῖς πολλοῖς ὁ νόμος allaturus sit (p. 465, 26.). Sic iam Nannius intellexit, quem ceteri audire debuerunt. ἀναπαυομένους non est ὑποκοριστικῶς, sed κυρίως dictum, V. p. 463, 27. Nec callide Orator futuro εὐπορήσειν, sed ingenue vereque usus est. Hoc unum laudo in Wolfii disputatione, quod μέσον probavit: quanquam vellem δέον illud confidentius reprobasset, ut quod sensum loci prorsus pervertat. Advertendum autem artificium, quo Demosthenes legis Leptineae fautores ita aggreditur, ut illis vel invisam reddat. Quis enim non malit χορηγεῖν, quam τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν? SCHAEFER.

P. 464. v. 27. τὰς εὐπορίας κ. τ. λ.] Nannius vertit: *opulentias, quas exonerati aliorum successione paraturi sunt.* Male, ut videtur. TAYLOR.

P. 464. v. 27. ἀναπαυομένους] Subaudi ἀπὸ τῆς ἀτελείας. REISK.

P. 464. v. 28. εἰς μέσον — δείξω] *has ipsas demonstremus in commodum cedere reip.* Wolfius MSS. lectionem sequitur, εἰς δέον ὑμῖν γινομένας δείξω. Nam ita scribitur in Lindenbr. Obsop. Ven. Bodl. Vindob. Paris. α. η. Ital. et MSS. Felic. Et recte. Ita versio Italica: *Ma io intendo oltre a cio di volervi mostrare, che ancor le richezze, le quali costor dicono che havranno alcuni che saranno esenti,* sono in vestró servigio. Nam statim sequitur, salutem reip. poni maximam in triremibus et apparatu bellico, non in spectaculis oculorumque delectamentis: qui autem plura in istum usum conferat, necesse est eum reip. plurimum prodesse. Res ipsa loquitur. Nannius: *in medium prolatas.* TAYLOR. Pro μέσον habent δέον etiam August. primus, Bavaricus, Lessing. εἰς μέσον γιγνομένας est *in commune pari et quaeri conferrique.* Sententia est: emolumenta, quae hi osores immunitatis aiunt ex aliquorum ab oneribus contributionis relevatione ad rem eorum familiarem accessura, bono publico cedere, omnium salutem confirmare, omnium opes augere. REISK. δέον ascivit Bekker. SCHAEFER.

P. 464. v. 28. γινομένας] γιγνομένας Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 464. v. 28. δείξω] ἐπιδείξω Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 465. v. 1. δήπου τοὔϑ'] Vulg. δήπου. Post δήπου addunt τοὔϑ' Paris. primus, quintus, septimus, August. primus, Bava-

ricus, Ald. Correxi δήπου τοῦθ', ὅτι —. V. p. 466, 21. REISK. ἴστε γὰρ δήπου, sine τοῦτο, dant plerique omnes. Ex Par. 1. 5. 7. Aug. 1. et Bav. illud Reiskius iniecit. Non male; quod facile absorberi potuit a voce praecedente, et abunde adest exemplorum pronominis huius sic adiecti. FR. A. WOLF.

P. 465. v. 1. ὅτι — ἀτελής] Intellige οὐδεὶς τῶν τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια κεκτημένων, *nemo ex ditioribus*. Hoc vero, nemini immunitatem a trierarchia concedi, tam saepe videtur inculcatum, ut pateret, quamvis multi divites liberati a reliquis oneribus essent populi beneficio, eos satis superque premi sumtibus in bellum faciendis. FR. A. WOLF. Verum hoc: sed non propterea h. l. inculcatum est. Orator hoc vult: Omnes onere τῶν τριηραρχιῶν καὶ τῶν εἰσφορῶν τῶν εἰς τὸν πόλεμον ita premuntur, ut soli οἱ χορηγοῦντες, quamdiu χορηγοῦσι, liberi sint; levati munere τῆς χορηγίας continuo aut τριηραρχεῖν aut εἰσφέρειν cogantur. Omnia haec referuntur ad convellendam spem τῆς ἀναπαύσεως, qua lex Leptinea τοὺς πολλοὺς lactaverat. SCHAEFER.

P. 465. v. 2. κεκτημένος, οὗτος] Vulgo non interpungitur inter haec verba. Sed ante οὗτος vox oportet pauxillum quiescat. Itaque hypostigmen posui. Quod satis sit semel monuisse. SCHAEFER.

P. 465. v. 3. εἰς ταῦτα] H. e. *in ea omnia, quorum usus et necessitas est in bello*. FR. A. WOLF.

P. 465. v. 3. πᾶσα ἀνάγκη] οὐχ οἷόν τ' ἄλλως γενέσθαι. τὸ πᾶσα ἀνάγκη absolute καὶ διαβεβαιωτικῶς subiicitur. Alias dicendum fuisset: τὸν πολλὰ κεκτημένον πολλὰ συντελεῖν πᾶσα ἀνάγκη. H. WOLF. πᾶσα ἀνάγκη hic adverbialiter positum est, διαβεβαιωτικῶς. FR. A. WOLF.

P. 465. v. 5. παρὰ μὲν γὰρ — πάσῃ τῇ πόλει.] Citat Tiberius p. 61. SCHAEFER.

P. 465. v. 5. παρὰ μὲν γὰρ τὰς —] En iterum exemplum antitheti seu contrapositi, qua figura noster uti scit tam efficaciter. In τοῖς θεωμένοις ἡμῶν cogitabis, non omnes Athenis ivisse spectatum ludos scenicos et gymnicos. Ad sententiam autem compares Lycurgum in Leocrat. p. 233. FR. A. WOLF.

P. 465. v. 5. παρὰ] *by means of*. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 257. V. Ind. Graecit. p. 373. SCHAEFER.

P. 465. v. 5. μὲν γὰρ] Omittit Tiberius. μὲν quidem servare debuit. SCHAEFER.

P. 465. v. 5. ἐπὶ τῶν χορηγιῶν] τῶν χορηγῶν Tiberius. SCHAEFER.

P. 465. v. 5. χορηγιῶν] χορῶν margo Bavarici. REISK.

P. 465. v. 6. μικρὸν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 465. v. 6. ἡ χάρις] Vide quam graviter opponatur ἡ σωτηρία. SCHAEFER.

P. 465. v. 6. τοῖς θεωμένοις ἡμῶν] Nam non omnes spectatum ibunt. REISK. Opponitur πάσῃ τῇ πόλει. ἡμῶν male omittit Tiberius. SCHAEFER.

P. 465. v. 7. ἐστι] Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 465. v. 7. τῶν] Male omittit Tiberius. SCHAEFER.

P. 465. v. 8. πάσῃ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 465. v. 8. ὥσθ' — κεκτημένοις] Non pars argumentationis, sed corollarium obiter additum. Docet ipsa particula ὥστε. SCHAEFER.

P. 465. v. 10. ὅσον — κομίζεσθε] Nimirum ἐνθάδε, ἐν ταῖς χορηγίαις: ἐκεῖ, ἐν ταῖς τριηραρχίαις καὶ ταῖς εἰσφοραῖς. Quidquid pecuniae divites necesse non habent choris impendere, id ad remp. conferre poterunt in obeundis muneribus bellicis. FR. A. WOLF. Non *poterunt*, sed *debent*, *per legem coguntur*. SCHAEFER.

P. 465. v. 10. ἐνθάδ'] Scilicet ἐν ταῖς χορηγίαις. REISK.

P. 465. v. 10. ἀφίετε] ἀτελεῖς facientes. SCHAEFER.

P. 465. v. 10. ἐκεῖ] Scilicet ἐν ταῖς τριηραρχίαις. Quod aes necesse non habent divites choris impendere, idem aes conferent ad remp. in obeundis trierarchatibus. REISK.

P. 465. v. 11. καὶ μὴ λαβοῦσιν] Nam οἱ τριηραρχοῦντες ἔχουσι τῆς χορηγίας ἀτέλειαν. SCHAEFER.

P. 465. v. 11. τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια] τριηραρχίας ἄξια v. 22. Est census talis, quem qui habet cogitur τριηραρχεῖν. SCHAEFER.

P. 465. v. 13. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 465. v. 15. αὐτὸν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 465. v. 15. ἀναγνώσεται] Vulg. ἀναγνώσετε. Vitium typographicum. ἀναγνώσεται Bavaricus, P. Manutius, index Lambini. Neque dubito, in August. primo quoque sic fuisse, quamquam ex eo nihil hic annotavi. Correxi ἀναγνώσεται, scilicet ὁ γραμματεύς. REISK. Int. ὁ γραμματεύς, qui Oratoribus semper praesto erat in foro iudiciisque, ut illorum iussu publicas tabulas et instrumenta caussarum quaevis recitaret. Inde perpetua haec ellipsis. FR. A. WOLF. Ellipsin hic esse non magis dicam quam in simili usu aliorum verborum, e. c. κηρύττειν et σαλπίζειν, quae de certis hominibus in certis rebus tam proprie dicuntur, ut cognitâ re homo non possit non unâ cogitari. Igitur ἀναγνώσεται non minus est integri sensus quam ἀναγνώσομαι et ἀναγνώσῃ: nisi forte etiam hic censeas subaudienda ἐγὼ et σύ. SCHAEFER.

P. 465. v. 15. λάβε] Post λάβε addit Lessingianus μοι. REISK. λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 465. v. 16. λέγε τοῦτο κ. τ. λ.] Locum hunc sic exhibet August. primus: λέγε τοῦτο αὐτό. ΝΟΜΟΣ. ἀτελῆ μηδέν' εἶναι. REISK.

P. 465. v. 16. *τοῦτο*] Dedi de meo *τοῦτο*, scilicet *τὸ μέρος τοῦ νόμου*, hanc particulam legis, quam orator scribae digito demonstrabat praelegendam. REISK. *λέγε τοῦτο αὐτοῖς*. Vulgant ubique *τοῦτον αὐτοῖς*, quod meritissimo Reiskium offendit, quem in refingendo hic secutus sum. Iam *τοῦτο* est *pars legis ea*, *cuius usus nunc quum maxime esse debuit*, quam partem cogitari licet scribae ab Oratore digito indicatam. Certe nihil necesse erat recitari totam legem de trierarchiis, praesertim si longior esset et multorum capitum, ut paene suspicor. Correctionem firmat Aug. 1., cuius lectio nescio an tota praeferri debuerit: *λέγε τοῦτο αὐτό*. Νόμος. *Ἀτελῆ μηδένα εἶναι κ. τ. λ.* Omnino conf. Or. nostri de fals. leg. p. 300. A. [ed. Francof.] ibique Tayl. et in Aristocrat. p. 739. F. Id tamen dubitari potest, an legis verba ita sint ab ipso auctore adscripta. Abruptiora ea sunt et plane tali specie, quam annotata lectorum habere solent; et quod *δὲ* omittitur in Aug. 1., id a correctore esse dixeris, sicut alia sunt eiusdem codicis. Omnino factum videtur mihi saepius, ut in locis, ubi deessent scita, leges aliaeve literae publicae, sicunde nota essent, aut ex ipsa Oratione suppleri possent, a doctis lectoribus insererentur. Pro tali habuerim etiam fragmentum oraculi ap. Aeschinem in Ctesiph. p. 445. Quo in loco, ut hoc addam, gravius adhuc mendum haeret in verbis: *ἐπὶ Θεοφράστου ἄρχοντος, Πυλαγόρας ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον, τὸν Ἀναγυῤῥάσιον — καὶ Θρασυκλέα, τὸν Λέσβιον*. Postremum nomen pro gentili esse, vix bene probetur ne ex iis quidem, quae a Platone Ion. extr., Demosthene Philipp. I. p. 51. et aliis narrantur. Nec magis placet emendatio Reiskii, *τὸν Λεσβίου*. Exspectatur non patris nomen, sed demi, iudice etiam Marklando. Scribendum igitur *τὸν Λέκκιον*. Hesychius: *Λέκκον, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς*. Conf. Sponii Indicem demorum p. 432. Coniectura est ex eodem genere, unde illa est Valesii et Corsini in Or. de Cor. p. 484. C. in posterum recipienda, *Εὔβουλος*, *Μνησιθέου*, *Κυθήριος*, pro *Κύπριος*. FR. A. WOLF. Ab ipso Oratore haec legis verba adscripta, non a docto lectore inserta esse, arguit, opinor, hoc ipsum, quod abrupta sunt: nam particulam *δὲ* cave deleas. SCHAEFER.

P. 465. v. 16. *αὐτοῖς*] *αὐτό* Bekker., quod etiam Halensi editori placuit. Mihi hoc gravius videtur, quam quod locus facile admittat: nec satis placet *τοῦτο αὐτό*, ut cui magis probetur, inverso ordine, *αὐτὸ τοῦτο*. Adde quod talibus in formulis solennis est usus dativi *αὐτοῖς*. V. p. 473, 17. 503, 23. 680, 7. 713, 17. Diversa est ratio p. 629, 17. (ubi typothetae negligentia *αὐτοῖς* omisit ante *αὐτὸν*) et p. 721, 3. His enim locis ipse sensus alterum pronomen addi poscit. SCHAEFER.

P. 465. v. 16. *λέγε*] A Bavarico *λέγε* secundum abest. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 465. v. 20. *Ὁρᾶτε*] *Ὁρᾶθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 465. v. 20. τριηραρχίας] λειτουργίας Paris. primus et sextus. REISK.

P. 465. v. 21. διείρηκεν ὁ νόμος] *lex diserte, clare dicit,* λέγει διαῤῥήδην. Particula haec quum usitatissima sit, verbum eiusdem familiae, διείρηκα, rarius occurrit, vulgo ne in Lexica quidem relatum. Prae ceteris delectatur eo Iudaeus Philo, ut de mund. opif. T. 1. p. 28. Quod det. pot. insid. p. 194. et 201. De sept. et fest. dieb. T. 2. p. 28. ed. Mang. et alibi. FR. A. WOLF. Demosthenica exempla habet Ind. Graecit. p. 156. s. V. H. Stephani Thesaur. c. 3622. s. 3635. B. SCHAEFER.

P. 465. v. 22. ἔχειν] Post ἔχειν suspicor desiderari δοκεῖν. *quam ut videantur, censeantur possidere tantum, ut trierarchatus gerere debeant.* REISK. Addi vult Reiskius δοκεῖν. *quam ut c e n s e a n t u r possidere tantum, ut trierarchiam gerere debeant* Satis erit talia lascivire criticae exempla, quas iste emendationes vocat, simpliciter apponere, ne se forte ulla bona re a me frustratos doleant, qui priorum editorum opibus carent. Si quas autem coniecturas sic transmittam, eas tales esse deputo, quae ne cuiusquam postea animum tentent, plane nihil periculi esse videatur. FR. A. WOLF. Reiskium advertere debuit, quod statim sequitur, non dictum dubitanter, sed διειρημένον: οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν. SCHAEFER.

P. 465. v. 22. ἐν ταῖς — τὸν πόλεμον] V. Ind. Graecit. p. 484. SCHAEFER.

P. 465. v. 23. οἱ δ' ἐφικνούμενοι — καὶ εἰσφέρειν] *si qui autem* ἀναπαυόμενοι *tantum lucri faciant, ut sint gerendae trierarchiae, debebunt et* τριηραρχεῖν *et* εἰσφέρειν. SCHAEFER.

P. 465. v. 26. τίνα οὖν ῥαστώνην τοῖς πολλοῖς —]. Videtur haec esse sententia. Non vides, quomodo tua lex, Leptine, τοὺς πολλούς, multitudinem popelli, sublevet augendo numero ludos facientium accessione perquam exigua: nam ab ista tua severitate non plures quotannis quam quini, summum deni contributione ad ludos facienda relevantur, quibus nunc illud onus incumbit illorum loco, quibus resp. immunitatem concessit. REISK. Leptines rogationem suam apud populum hac specie commendaverat, quod nimia adhuc in concedendo immunitate facilitas damnum dedisset plurimis, ad liturgias curandas adactis vice immunium, et plerumque ditiorum; nec mirum est, si ostenderat, multum levamenti sua lege allatum iri τοῖς πολλοῖς, h. e. *multitudini.* Nam sic optimi auctores latinitatis reddunt τοὺς πολλούς, quibus vocibus Oratores populum designant sine ullo contemtu, exceptis tamen civibus vel maioris in civitate auctoritatis, vel beatioribus. Non minor autem h. l. nos moratur difficultas, quam illa erat p. 463, 26. ss. in verbis, quorum sententiam in re summa noster hic locus sequitur. Omnino quidem id apertum est, hanc Demosthenis esse mentem: *Tribubus s i n g u l i s,* (decem tum

Athenis erant) *vel etiam binis tantummodo unus per legem Leptineam choragus accedere potest, isque unus adiectus rursus unum ex iis, qui liturgias adhuc obierunt, onere et impensis liberabit. Iam si civitas haud amplius quinque, summum decem novos choragos lucrabitur, quid, quaeso, in ista lege tantum levamenti paratum est universo populo?* Hactenus quidem, inquam, de sententia satis constat. Sed aliis rebus adhuc opus est ad sensum loci interiorem recludendum. Nam primum obscurius est, χορηγὸς nunc quoque latius sumatur, an angustius; tum nostro loco idem subsit calculus, qui erat p. 463, 8. ss., an alius novus: quin id ipsum ambigi potest, cives soli nunc intelligendi sint, an simul μέτοικοι. Ne multa; ex omnibus, quae mihi locum saepius pensitanti consentanea visa sunt, haec arbitror tenenda esse, ut veri similiora. Primum vix dubium est, Oratorem nunc de quinque aut decem novis choragis dicentem in superiore calculo suo perstare. Nam quoniam illic de XVI novis per Leptinem accessuris dixit, in his autem V aut VI cives numeravit; tum, quum XXX ad summum concedit accedere posse, proportio suadet, ut cives fere X et μετοίκους XX in illo numero haberi statuamus. Hanc autem rationem Orator quum modo ipse posuerit, eam et nunc sequi etiam debuisse videri potest. Deinde ipsa mentione tribuum probabile fit, hoc quoque loco de solis civibus sermonem esse. Quid enim tribus ad μετοίκους? Iam simul hinc per se consequitur, χορηγὸν denuo latiore sensu eodem, quo superius, accipi debere. Qui melius rem extricare potuerit, eum equidem libenter audiam. Nunc uni Augerio video partem difficultatis suboluisse, qui in animadversione annotat, *ex Oratoris ratione supra prolata rempublicam, immunitatibus sublatis, lucrari XV aut ad summum XXX capita idonea muneribus choragiae, gymnasiarchiae et epulationis; ex quo utroque numero V aut X uni choragiae assignari debere; quumque X tribus fuerint, ita vel singulis vel etiam binis tribubus unum novum, qui id munus obeat, accedere.* Haec autem ratio quamvis habeat saue, quo primum cogitata placeat; quam multa in ea quasi precario sumantur, persequi non lubet. Alioquin quaererem, unde vir Gallus sciverit, in choragia non plures occupatos fuisse, quam in epulatione; quaererem alia plura. — Locum iam olim obscuriorem fecisse, ostendit Scholiastes, qui tamen nihil bonae frugis affert ampullis suis. Quibus e scholiis unum ne quem errore implicet, ubi mensis Anthesterio Dionysiis maioribus assignatur, hac super re confer egregiam disputationem Ruhnkenii ad calcem Hesychii T, II. Mox Thucydidis locus ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν quaerendus est in lib. III. cap. 17. Variae olim fuerunt partium Thucydidei operis divisiones, ideoque nihil mutare volui. Videtur tamen in Schol. vitium subesse, quum plures quam octo libros a Grammaticis factos esse constet, non pauciores. FR. A. WOLF. Loco obscu-

P. 466. v. 10. ἐν μὲν τῷ κ. τ. λ.] [καὶ ἐν μὲν τῷ κ. τ. λ.] Sequior est lectio Bodl. ἐν μὲν τῷ μηδένα πάντας περιλαμβάνει τοὺς ἄλλους, sine καὶ in principio. Iuxta quam lectionem videtur Wolfius interpretari. Tu vide structuram: διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ — μὴ διειρῆσθαι δὲ — καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα — περιλαμβάνειν — ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ διορίζειν — ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα —. Eousque haeret sententia, neque citius, ut volunt isti, inflectitur. TAYLOR. Sustuli copulam καὶ ex auctoritate Bodleiani codicis, correxique περιλαμβάνει in indicativo, eodem auctore. Quo facto necesse quoque fuit, ut mea sponte διορίζειν mutarem cum participio διορίζων. REISK. Haec omnia quam male novaverit, dictum est ad v. 4. SCHAEFER.

P. 466. v. 12. ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα —] De improviso inducitur princeps, cuius iniuria, quam lex Leptinis habet, gravissimum telum est, quo artificiose noster in prima statim acie utitur. Leuco in ditione Bospori Cimmerii patri Satyro successerat Olymp. 96, 4., regnavit autem usque ad Olymp. 106, 4., quo anno filius Spartacus imperium accepit. Leuconem hunc, omnium tyrannorum Bosporanorum nobilissimum et felicitas sua et prudentia fecit, laudatusque etiam impense est a Chrysippo Stoico. Vide Diodorum XIV. 93., unde de ratione temporum constat, Strabonem VII. p. 461. et 478. Polyaenum VI. 9. aliosque, quorum loca conduxerunt Perizonius ad Aelian. V. H. VI. 13. et Wesselingius ad Diodori l. c. Duo addi merentur, unus Dionis Chrysost. Or. II. de Regno p. 101. ed. Reisk., alter Nonni seu Maximi in Comment. ad Gregor. Naz. Or. in Iulian. princ., quem apponam. Εἰδέναι χρὴ, ὅτι πολλάκις καὶ εὐεργετῶν εὐεργεσίαι ἐν ταῖς στήλαις ἀνεγράφοντο, ὥσπερ ἡ τοῦ Λεύκωνος, τοῦ ἄρχοντος Βοσπόρου, ἀνεγράφη ἐν Ἀθήναις. FR. A. WOLF. Liturgiis quidem Leuco, quia Athenis non habitabat, immunis erat: portorium tamen ab illo lege Leptinis exigi potuit. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 257.

P. 466. v. 12. τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου] Oratorio artificio dicit ἄρχοντα, non τύραννον. V. Wolfii Prolegg. p. 61. SCHAEFER.

P. 466. v. 13. τὴν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 466. v. 13. ἔστι γὰρ γένει μὲν] „Bekkerus: ἔστι] ἔστι μὲν S.“ Movit hoc Dindorfium, ut daret ἔστι μὲν γὰρ γένει. Mihi μὲν rectius post γένει sequi videtur, tueturque h. l. positum auctoritas Prisciani T. II. p. 182. ed. Krehl. (§. 21. post Scapulam Oxoniensem). SCHAEFER.

P. 466. v. 13. γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων] Verba sic ordinata dat August. primus: γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου. REISK. Alio ordine haec exhibet Aug. 1. ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος. Rem non monerem, nisi saepe Lipsiensis editor in transponendis vocabulis hunc codicem secutus esset. Etenim mihi ex omnibus eius generis exemplis aliisque minime dubium est, quin

saepius is codex scioli alicuius manum emendatricem senserit. Hoc loco vulgatum verborum ordinem tuetur Priscianus XVIII. p. 1169. Putsch. FR. A. WOLF. Altero illo ordine habet etiam Parisinus Bekkeri, eodemque Priscianus in edit. tam Lips. quam Oxon. SCHAEFER.

P. 466. v. 15. *τῇ δὲ—πολίτης*] Ut Graeci dicunt *ποιεῖν πολίτην τινά*, sic in eodem genere sunt *ποίησις*, *ποιητός*, *δημοποίητος*, de peregrinis, qui adsciscuntur in numerum civium. FR. A. WOLF.

P. 466. v. 16. *οὐδέτερον*] *οὐδετέρου* Paris. secundus. REISK.

P. 466. v. 18. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* August. primus. REISK. *ἡμῖν* Bekker. SCHAEFER.

P. 466. v. 18. *χρήσιμον*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 466. v. 18. *ἑαυτὸν*] *αὐτὸν* Paris. primus et septimus, August. primus. REISK.

P. 466. v. 20. *καὶ ταῦθ' ὧν*] Potest exponi *καὶ ταῦτα ἐκ* [vel *ἀπὸ*] *τούτων*, *ὧν*. Sed quia hoc paulo durius est, malim *καὶ ταῦτ' ἀφ' ὧν*, id est *ἀπὸ τούτων*, *ὧν*. *idque eo genere rerum, quo nostra civitas inprimis indiget.* REISK. Bene Wolfius: *et eius generis beneficia, quae reip. maxime sunt necessaria.* *καὶ* h. l. est *et quidem*, ac *ταῦτα* pro *κατὰ ταῦτα*, itaque non, ut alias dicitur, *καὶ ταῦτα*, *praesertim*. Reiskius mavult *καὶ ταῦτ' ἀφ' ὧν*, quod ipse explicat *ἀπὸ τούτων*, *ὧν*. Vix alius intellexisset. FR. A. WOLF. Male subaudit *κατὰ* ad *ταῦτα*. SCHAEFER.

P. 466. v. 21. *ἴστε γὰρ δήπου* —] Locus hic de re frumentaria Atheniensium classicus, ut quo graviorem omnino non habeamus, inprimis dignus est, qui deinceps accuratius illustretur. Iam Athenas, quamvis frugum inventione olim tam nobiles, satis constat posteriore tempore florentis reipublicae nullo prope alio frumento usas esse, quam advecticio; idque iam belli Persici temporibus factum ex Herodoto scimus. Deinde aucta frequentia incolarum, quum solum Atticae minus per se ferax, quippe *λεπτόγεων* et *κριθοφόρον*, tantae multitudini alendae non sufficeret, illud longe etiam magis factum scriptores nostro suppares, quos postea auctores dabo, docent. Petebatur autem frumentum maxime e Ponto, unde *quotannis* Athenas invecta ad 400000 medimnûm ex h. l. discimus, tum ex aliis terris, inprimis Sicilia, Cypro, Euboea, Aegypto, ea copia, ut haud maiorem ad eosdem usus, quibus frumentum veteribus inserviit, hodie maximae et celeberrimae urbes consumant. Summa enim efficitur fere 800000 medimnûm, quum Orator dicat, frumenti ex reliquis locis omnibus convecti copiam cum ea, quam unus Pontus mitteret, aequiparabilem esse. Hoc est *ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰσπλέων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον*. Particula *πρὸς* in his servit comparationi aut aequiparationi. Sic Demosthenes

de Class. p. 186. C. [ed. Francof.] *) ἐν ταύτῃ τῇ πόλει χρήματα ἔνεστι πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας πόλεις. Verbum autem εἰσπλεῖν de mercibus, quae navibus aliquo invehuntur, notum est, ut generale in eadem re, εἰσέρχεσθαι. Vix dignae ergo relatu erant scripturae, εἷς πλείων et εἰς πλέον. Sed male etiam Wolfius, etsi veram lectionem in textu exhibens, vertit: *non tamen aequabit eas copias* etc. FR. A. WOLF. Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. I. p. 86. SCHAEFER.

P. 466. v. 21. ἁπάντων] πάντων Bekker. Conf. p. 254, 21. SCHAEFER.

P. 466. v. 22. ἐπεισάκτῳ] V. p. 254, 21. ἐπακτοὺς πυροὺς dixit Alciphron I. 24., ubi Berglerus nostro loco usus est. ἀγορὰν ἐπείσακτον Plutarchus V. Coriol. c. 12. SCHAEFER.

P. 466. v. 22. πρὸς τοίνυν ἅπαντα κ. τ. λ.] ἔστι πρὸς ἅπαντα ἀντὶ τοῦ συγκρίνεσθαι δύναται πρὸς ἅπαντα. Neque necesse est mutare in ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἷς πλείων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα, parum commoda constructione. H. WOLF.

P. 266. v. 25. εἰσπλέων] Recte. εἰσπλεῖν dicuntur merces, quae navibus importantur. Lysias Orat. in Diogit. vocat hoc φοιτᾶν de frumento pariter; et ita Xenophon Hist. Graec. lib. 1. p. 432. Non opus igitur lectione ista εἰς πλέον, neque Lambini εἷς πλείων. Et dubito, an πλείων πρὸς ἅπαντα Graecum sit **). MARKLAND. Pro εἰσπλέων Bodl. et Cant. εἰς πλέον. Lambinus legit εἷς πλείων. Recte Interpres Italicus: *E 'l grano che vien de Ponto è quanto tutto quel che vien da gli altri mercati:* TAYLOR.

P. 466. v. 25. εἰκότως. οὐ γὰρ μόνον —] εἰκότως· οὐ γὰρ μόνον. *Neque id mirum est: nam non solum* etc. Eleganter ita Graeci εἰκότως, illatis γάρ, καὶ γάρ, ἐπεί, aliisve particulis. Exempla praeter alios multos dabit Demosthenes de Cor. p. 476. C. et 480. C. [ed. Francof.], quibus in locis ante οὔτε γὰρ et ἀκούουσι perperam diu εἰκότως exsulavit, et Aristophanes Avium 273. Eccles. 7. Lycurgus in Leocr. p. 199. Longinus c. 3. extr. At sunt quoque exempla vocis εἰκότως in fine quidem membri positae, sed cum verbo praegresso iungendae. Ut Aeschin. in Ctesiph. p. 454. A., ubi deinceps cum Marklando scribendum erit τοῦ νεανίσκου τὸ πρῶτον παροξυνθέντος εἰκότως. FR. A. WOLF.

P. 466. v. 25. τὸν τόπον — ἔχειν πλεῖστον] Ex pluribus veterum apparet, maximum in ista regione iam tum frumenti proventum fuisse. Nam ita hodieque reperimus. Vid. Peyssonelii *Traité sur le commerce de la mer noire*, librum etiam germanice

---

*) p. 185, 3., ad q. l. vide quae adscripsi. Minus recte Matthiae Grammat. Gr. §. 455. 1. a. p. 631. SCHAEFER.

**) Iure dubitat. Graeci dicunt πλ. παρ' ἅπαντα, non πλ. πρὸς ἅπαντα. SCHAEFER.

versum. Omnino in historia mercaturae antiquae memorabilis est Pontus, h. e. tota ora maritima Ponti Euxini, maxime occasum versus Graecorum et Milesiorum coloniis frequentata, multisque emporiis celebris, inprimis Chersonesus, quae vocabatur Taurica, nobis *die Krim*. Et ea loca prae ceteris frequentabant mercatores Athenienses, permulta inde exportantes, in his τάριχος, quod ipsum erat varii generis, tum ceras, mella, lanas, coria, pelles caprinas et alias, ligna navibus fabricandis, mancipia etc., quas res permutabant illi vinis in Co, Thaso, Mendae et alibi coemtis, aut rebus et utensilibus ex fabricis et officinis Athenarum. Huius enim urbis merces, utpote praecipua elegantia conspicuae, non minus olim in deliciis erant, quam hodie Parisienses aut Londinenses. Atheniensibus quantum ea mercatura adtulerit commodorum, facile intelligitur. Vel una frumentaria plurimis civibus debuit lucrosa esse, ut ex ea sola sibi victum et opes quaerere potuerint. Iam universe vide Herodot. VII. 147. Lysiae Orat. XXXII. p. 902. Andocid. Orat. II. p. 86. Xenoph. Hellen. V. 4. extr. Anab. VI. 4. VII. 5. Isocrat. Trapez. p. 529. seqq. Demosth. de Cor. p. 487. A. [ed. Francof.] adv. Lacrit. p. 954. A. et 956. E. adv. Phorm. p. 941. et 945. adv. Polycl. p. 1086. Polyb. IV. 38. Strab. VII. p. 478., ubi et Leuconis mentio fit. Ad haec conf. Guil. Clarkii *Connexion of the Roman, Saxon and English coins* p. 55. et Pauwii *Recherches philosophiques sur les Grecs* p. 331. seq. Ceterum notatu non indignum puto, quod potiores res, quas Chersonesus hodie quoque vicinit praebet, maximam partem eaedem sunt, quas olim nationes inde exportarunt. FR. A. WOLF.

P. 466. v. 26. καὶ] Abest a Paris. primo. REISK. Delevit Dindorf. Recte, ut puto: sequitur enim causa gravior. Quod ubi fit, dici solet οὐ μόνον, ἀλλά, omisso καί, quod cave subaudiendum putes. Ob similem rationem non inserendum καὶ p. 467, 17. SCHAEFER.

P. 466. v. 27. τὸν σῖτον] Absunt ab August. primo, Bavarico. REISK. Uncis inclusit Bekker. Prorsus omisit Dindorf.: quomodo scribendum fuit ἄγουσιν. SCHAEFER.

P. 466. v. 27. ἀτέλειαν — γεμίζεσθαι —] Haec duo quam vim habere debuerint, docere nihil attinet. Sic nimirum frumentaria negotia illius regionis in manum solorum Atheniensium devenire necesse fuit. FR. A. WOLF.

P. 466. v. 28. γεμίζεσθαι] κομίζεσθαι Paris. quintus, qui dare voluisse videtur γομίζεσθαι. REISK. V. Ind. Graecit. p. 116. SCHAEFER.

P. 466. v. 28. ἡμᾶς] ὑμᾶς Bavaricus, Paris. primus, P. Manut. REISK.

P. 466. v. 29. ἔχων γὰρ — δέδωκεν ὑμῖν.] Desidero hic ali-

quid. Planius utique dicturus erat sic: ἔχων γὰρ ἐκεῖνος *) καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἀτέλειαν τὴν παρ' ὑμῖν, καὶ αὐτὸς τὴν παρ' ἑαυτῷ ἀτέλειαν ἅπασι δέδωκεν ὑμῖν. *nam cum a vobis immunitatem vestram adeptus esset sibique liberisque, et ipse rursus vobis omnibus suam largitus est immunitatem.* REISK. Antitheton tribus verbis declarat, quam bene et quaestuose resp. Atheniensium cum Leucone immunitatem permutaverit. Hinc *unus rex cum filiis*, illinc *Athenienses universi*. Verum fide rhetorica, ut solet, agere Demosthenes videtur. Certe minime vanum nomen fuisse immunitatem Leuconi donatam, observat S. Croix in libro *de l' état et du sort des anciennes Colonies* p. 101., comparatis Demosth. Or. huius p. 475, 5. s. et Xenoph. R. Athen. I. 17., quibus locis docemur, remp. Atheniensium a mercatoribus, qui Hellespontum intrarent, decimam, qui Piraeeum, centesimam portorii nomine exegisse. Quid in nostris verbis desideret Reiskius, et quo modo ei Orator planius loqui debuisse videatur, operae pretium non est referre. FR. A. WOLF.

P. 467. v. 2. αὐτοῦ] αὑτοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 467. v. 3. μυριάδες] V. Bosii Ellips. p. 270. s. SCHAEFER.

P. 467. v. 5. τοῦτο] οὖν P. Manut. Conf. ad p. 468, 26. REISK. τοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 467. v. 5. ἐκ τῆς—τις ἴδοι] Unus hic, quod sciam, locus est in Oratoribus, ubi τοῖς σιτοφύλαξι munus tribuitur frumentum in portus Atticos invectum eiusque modum consignandi. ἀπογραφὴ capiendum de tali *scriptura* aut *tabulis*. **) Itaque iam tum in his rebus bonum ordinem videmus adhibitum. σιτοφύλακας plures memorant, quos laudat Meursius in Piraceo c. 5. Sed potior locus est in Lysiae Or. XXII. p. 722. FR. A. WOLF.

P. 467. v. 5. παρὰ] περὶ Ald. REISK.

P. 467. v. 6. οὐκοῦν — τρισχιλίους.] Leuco quum tricesimam, quam ab aliis e Ponto frumentum exportantibus exigit, nobis data immunitate portorii remiserit, quotannis in 300000 medimnûm nobis remittit admodum 10000 med., in 100000 autem 3333 ⅓ med. Posterioris numeri loco Demosthenes posuit 3000, adiecto ὡσπερανεί. Quod eo fecit, opinor, ut res statim omnibus planior fieret; eamque ipsam puto caussam esse, quare, quum prius universam summam 400000 medimnûm posuerit, ea nunc partita, primum de 300000, mox de 100000 residuis medimnis dicat, quando brevius dicere poterat: *Leuco in illa 400000 medimnûm remittit nobis* 13333. Sed quae ratio auctori prae altera placuit, ea et animo et memoria facilius posse teneri videtur, accommodataque esse etiam auditori arithmeticis minus

*) Excidisse ἑαυτῷ docent Latina. SCHAEFER.

**) Conf. Perizonius ad Aelian. V. H. IV. 25. FR. A. WOLF. *in Ind.*

perito. FR. A. WOLF. Demosthenes, opinor, hanc rationem praetulit, non tam ut rem statim omnibus planiorem faceret, (auditores enim habebat ad talia intelligenda arithmeticis satis peritos,) quam ut emolumentum reip. bipartiens in argumento causae suae tam gravi oratorio artificio diutius moraretur. SCHAEFER.

P. 467. v. 8. τρισχιλίους] ter mille et quod excurrit: ergo universe decies et ter mille medimnos cum excessu. REISK.

P. 467. v. 8. τοσούτου] [τοσοῦτον.] τοσοῦτο margo Morel. τοσούτου Aug. τοσοῦτον τοίνυν δεῖ τ ο ῦ ταύτην ἀποστερῆσαι τὴν δωρεὰν τὴν πόλιν Lambin. TAYLOR. Iterum Lambinus: δεῖ τοῦ ἀποστερῆσαι. Propius erat τοσούτου δεῖ ἀποστερῆσαι. Et iam video ita legi in optimo codice Augustano. Lysias Orat. in Nicomachum: ἐγὼ δὲ οὕτω πολλοῦ ἐδέησα τῶν τετρακοσίων γενέσθαι, ὥστε etc. Utrovis modo recte dicitur, τοσοῦτον δέω τοῦ ποιεῖν vel τοσούτου δέω ποιεῖν. MARKLAND. Vulg. τοσοῦτον. τοσούτου August. primus, Bavaricus, probantibus Wolfio et Marklando. Correxi τοσούτου. REISK. Omnes editt. τοσοῦτον praeterquam postrema, quae τοσούτου exhibet ex Aug. 1. et Bav. Atque haec structura utique probatior est Atticis, quum dicunt *tantum abest ut* etc. Ex innumeris huius generis exemplis quaedam offert Taylorus ad Lysiae Or. XXIV. p. 740. FR. A. WOLF.

P. 467. v. 8. ταύτην] τοῦ ταύτην Lambini index. REISK.

P. 467. v. 10. προσκατασκευάσας] Vulg. προκατασκευάσας. προσκατασκευάσας editio Taylori et liber Lessingianus. Secutus hic Taylorum correxi προσκατασκευάσας. REISK. Dorvillius ad Chariton. p. 287. ed. Lips.: „Ap. Demosth. in Leptinen p. 546. A. recte προσκατασκευάσας in Wolfiana.“ SCHAEFER.

P. 467. v. 10. Θευδοσίαν] Θευδασίαν editi nonnulli ante Wolfium, qui primus, ut credo, Εὐδασίαν. Lege cum Manut. Bodl. marg. Morel. Scholiaste, Harpocratione et Stephano Byzantino Θευδοσίαν, ut edi curavi, vel Θεοδοσίαν cum Latinis scriptoribus, Plinio scilicet et Marcellino, atque etiam cum Strabone, qui non semel loci fertilitatem praedicat, verum l. 7. p. m. 311. egregie hunc locum illustrat: κἂν τοῖς πρόσθεν χρόνοις ἐντεῦθεν ἦν τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ ἐκ τῆς λίμνης αἱ ταριχεῖαι. Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίων [f. διακοσίας] καὶ δέκα. Testatur Wolfius, Phil. Melanchthonem Θευδοσίαν interpretari *Teutonicam domum.* Quod sane parum intelligo. Auctor anonymus Peripli Ponti Euxini: καὶ αὕτη [Θευδοσία] παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς πόλις τῶν Μιλησίων ἄποικος, καὶ μνήμη αὐτῆς ἐστιν ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν. νῦν δὲ λέγεται ἡ Θευδοσία τῇ Ἀλανικῇ ἤτοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ Ἀρδαύδα, τουτέστιν ἑπτάθεος. TAYLOR. Vulg. Θευδασίαν. Θευδοσίαν Bavaricus, August. primus. Et sic dedi secutus Taylorum. Quod Phil. Melanchthon fertur hoc de nomine in sermone familiari aut in scholis ad coronam tironum eiecisse, lusus ille est

ingenii. Θευδ potest cum *teud*, h. e. theotisco, et ος cum *haus* conferri, sed per iocum. Neque dignum id erat, quod in dedecus summi viri ad posteros traderetur. *) Sententia est: cum Leuco praeter Bosporum, antiquum emporium, quod et iam dudum in faucibus Ponti fuisset, novum aliquod apud Theodosiam condidisset. REISK. Ergo ante quam Theudosia, locus Austro propior, cum portu opportuniore et haud dubie navium capaciore mercatui aptaretur, navicularіis Atheniensibus unum emporium huius tractus fuit Bosporus. Quod nomen posterius et hic et p. 468, 10. non regionis acceperim, sed oppidi ad Bosporum Cimmerium siti, seriore aevo primae civitatis Sarmatarum. Non diversum id oppidum nisi nomine a Panticapaeo, nobili loco, habet tum Plinius H. N. IV, 12, 24. tum alii veterum, e recentioribus inprimis Peyssonel. in *Observv. sur les peuples barbares, qui ont habité les bords du Danube et du Pont-Euxin* p. 98. Neque in Oratore nostro quidquam est repugnans huic rationi, ne dicam, favere ei quodammodo locum adv. Lacrit. p. 953. [ed. Francof.], ubi Theudosia et Panticapaeum emporia pluries eodem coniunguntur modo, quo h. l. Theudosia et Bosporus. At prioris horum locorum scriptura mire hic variat, ut nonnulli etiam dederint *Θευδασίαν* et *Εὐδασίαν*, alterum ex altero corruptum, et hoc quidem, *Εὐδασίαν*, ab operis in una Frfurt. Vera unice sunt *Θευδοσία* et *Θεοδοσία*, diversitas autem haec solius dialecti, nec ea minus in similibus nominibus obvia, in latinis quoque, ut in *Theudosius*, *Theudorus*, *Theudricus* etc. Vide Koen. ad Gregor. de Dialect. gr. p. 76. et 222. et Burmann. Sec. ad Anthol. Lat. T. I. p. 249. Nostram vero scripturam hic quidem praestat consensus codicum, plane ut in Polyaen. V. 23. et Appian. Mithrid. c. 108. seqq., ubi tamen nunc cogimur legere *Θεοδοσία*. Loci ipsius, quem Leuco demum, patrem obsidioni eius immortuum aemulatus, expugnasse regnoque Bosporano adiecisse videtur, loci igitur, tanquam vetustae coloniae Milesiae, magna inprimis fertilitate nobilis, mentionem praeter illos faciunt Strabo VII. p. 478. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 20. Anonym. in eiusd. argum. Peripl. p. 5. ed. Hudson. Stephan. Byz. v. *Θεοδοσία*, Plin. H. N. IV, 12, 26. Ammian. XXII, 8. Harpocrat. h. v. Iornand. Rer. Get. c. 5., ut alios mittam, quos Cellarius dedit Notit. Orb. antiq. T. I. p. 511. Theudosiae huic in eodem tractu successisse Caffam, emporium hodieque celebre mercatura, maxime frumentaria, tralaticium est. Nam quod Vossius ad Anonym. l. c. obvertit, *τὴν Καφᾶ* et *Θευδοσίαν* posteriore aevo inter se distingui, id mihi minus videtur exploratum esse. Sua autem aetate Anonymus iste docet urbem dialecto Barbarorum vocari Ardaudam, quod nomen ab ipso explicatur *ἑπτάθεος*. Iam ut longae annota-

*) Quid nunc diceret vir optimus, si tales magisque etiam mirificos ingenii lusus ut res maxime serias ingeri nobis videret? SCHAEFER.

tionis taedium excutias, adi, quaeso, laudatum librum Pauwii p. 334. FR. A. WOLF. Add. Osannus Inscr. III. p. 123. s. SCHAEFER.

P. 467. v. 11. οὐ χεῖρον—ὁτιοῦν] Verba sic ordinata dant August. primus, Bavaricus, index Aldi, Lessingianus: οὐδοτιοῦν χεῖρον εἶναι τοῦ Βοσπόρου. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 467. v. 12. κἀνταῦθα δέδωκε] κἀνταῦθ' ἔδωκε August. primus. REISK. Item Bekker. SCHAEFER.

P. 467. v. 12. καὶ τὰ μὲν — οἱ πρόγονοι.] V. Osannus l. c. p. 120. SCHAEFER.

P. 467. v. 12. τὰ μὲν ἄλλα—. ἀλλὰ προπέρυσι —] V. p. 472, 22. s. SCHAEFER.

P. 467. v. 13. εὐεργέτηκεν] Bekkerus: „εὐεργέτηκεν F." V. not. ad p. 478, 13. et Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 155. SCHAEFER.

P. 467. v. 13. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. sextus, August. primus. REISK.

P. 467. v. 13. οὗτος ἀνήρ] οὗτος ὁ ἀνὴρ editio Taylori et Aristides p. 262., ubi locum hunc e memoria multo aliter recitat, sic: τὰ μὲν οὖν ἄλλα, ὅσα χρήσιμον ἑαυτὸν παρέσχεν οὗτος ὁ ἀνὴρ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πρόγονοι, παραλείψω. REISK. Bekkerus: „ὁ recepi ex r." οὗτος ἁνὴρ Dindorf. V. not. ad p. 469, 22. SCHAEFER.

P. 467. v. 15. προπέρυσι — γενομένης] Aliunde, quam ex hoc loco, rem non novimus. Erraret autem, ut puto, si quis gravem famem, communem multis terris, exsculperet e verbis παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. Certe alibi tum his, tum simili voce, ἡ οἰκουμένη *), superbi Athenienses utuntur ita, ut maius quiddam sonent verba, quam valeant. Res debet incidisse in Olymp. 105, 4. FR. A. WOLF.

P. 467. v. 15. παρὰ] περὶ Ald. REISK.

P. 467. v. 17. ἀλλὰ τοσοῦτον] Repone ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον, ut p. 459, 28. 472, 13. 478, 12. 482, 25. et ubique. MARKLAND. F. ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον. Et sic coniectavit quoque Marklandus. *copiam frumenti misit vobis non modo sufficientem, sed tantum quoque, ut ex eo, quod post expletas vestras necessitates redundaret, vendito redigerentur XV talenta.* REISK. Cave καὶ inseras. Conf. not. ad p. 466, 26. et not. sq. SCHAEFER.

P. 467. v. 17. ἀλλὰ τοσοῦτον, ὥστε—] Nannius: *tantam copiam submisit, ut id ad XV talenta exuberarit.* Sed quid ratio pecuniae ad frumenti numerum? Quid si ἀλλὰ τοσοῦτον? hoc est, οὕτως εὔωνον: ut significet duplex beneficium, et copiam frumenti, et vili pretio missam. Nam illud προσπεριγενέσθαι de pecunia reliqua, non de accepta ex venditione superflui frumenti, intelligendum arguunt verba ἃ διῴκησε Καλλισθένης, scilicet ὁ

---

*) Conf. Bosii Ellips. p. 431. SCHAEFER.

σιτώνης, qui XV talenta retulit, minoris emto frumento, quam putarant Athenienses. H. WOLF. τοσοῦτον, ὥστε — προσπεριγενέσθαι. Strabonis l. c. verba haec, Λεύκωνά φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα, haec, inquam, nonne ad hoc ipsum tempus, quod noster nunc tangit, spectare dicamus? Certe id veri fit simillimum, a Geographo in ista narratione certum quoddam tempus designari. Summa quidem medimnorum 2100000 enormis est, praesertim si quis uno anno putet missam, quod tamen non est necesse. At Demosthenis verba, quae posui, vix satis clara hodie esse possunt, nuspiam nobis edoctis, cui tandem pecuniae praefectus Callisthenes fuerit; quem ipsum dicamus notum demagogum esse, an quem alium, incertum est. Vel sic tamen vocabulum τοσοῦτον accurate legentem suboffendat oportet. In quo mirificum est, Marklandum et Reiskium, quum corrigerent ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον, (nec id ipsum recte, nam vim orationis auget post οὐ μόνον omissum καί, ut latine *et* vel *etiam* omitti solet post verba *non modo*:) nihil aliud gravius in h. l. annotandum reperisse, perinde quasi neuter eorum unquam Wolfii notam vidisset, quae tam lenem habet unius vocis correctionem reique congruam; quam nuperae explicationi an divinationi nemo praeferre dubitet. Sic enim ille: *Quid — Athenienses.* In quibus dictis ultimum de Callisthene non satis mihi probabile est. Nec enim, si viro frumenti coëmendi negotium datum esset, crediderim Oratorem potissimum talenta ista residua ut eius curae commissa memorare potuisse. Impensius contra prior coniectura placet, ut haec sententia exsistat: *Leuco frumentum misit nobis* n o n m o d o *sufficiens*, s e d *tam modico pretio, ut ex summa, quam resp. emendo frumento destinarat, etiam superfuerint XV talenta, quae servata aerario sunt.* Ita servamus simul loquendi usum in verbo περιγίγνεσθαι, quod dicitur de *pecunia, quae superest ita, ut lucrifiat.* Denique nemo nisi puer dubitabit, ista potestate dici vocem τοσοῦτος. Solennia sunt in utraque lingua, τοιοῦτος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος, οὕτω, *talis*, *tantus*, de modo non tantum magno, sed et exiguo. FR. A. WOLF. τοσοῦτον, vel tacentibus libris, adscivit Bekker. Idem unice probat Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. I. p. 97. Ut speciosa sit coniectura Hieronymi, tamen mihi quidem rem parum liquere fateor. Ipse enim positus pronominis ὑμῖν inter οὐ μόνον et ἱκανὸν interserti videtur arguere, quod frumenti superabundasset, cum difficultas annonae premeret πάντας ἀνθρώπους, exteris sic venditum esse, ut aerarium XV talenta lucraretur. Vide igitur ne vulgata ita vera sit, ut, si omnes libri haberent τοσοῦτον, corrigendum foret τοσοῦτον. SCHAEFER.

P. 467. v. 18. τί οὖν οἴεσθε κ. τ. λ.] *Hora che pensate, che costui, fato cotale verso di voi,* dira, *quando intendera* etc. TAYLOR. Post γεγενημένον aut subaudiendum est aut potius

addendum *ποιήσειν. Quid eum existimatis facturum* —? REISK. Ellipsis aut aposiopesis gravitatis plena. Tacite ad τοῦτον supplendum ἐρεῖν vel potius ποιήσειν. Posterius hoc Interpres secutus est vertendo: *Quid igitur creditis eum — facturum esse?* FR. A. WOLF. Nihil tacite supplendum. Est constructio verbi οἴεσθαι cum duplici accusativo. *Quid igitur de hoc auguramini* —? SCHAEFER.

P. 467. v. 21. ἀφῃρημένους] ἀφαιρουμένους August. primus. REISK.

P. 467. v. 21. καὶ μηδ' ἂν — ἐξεῖναι δοῦναι] Idem est ac si dixisset: καὶ ψηφισαμένους μὴ ἐξεῖναι δοῦναι, μηδ' ἂν μεταδόξῃ ποτέ. REISK.

P. 467. v. 23. ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος —] *Ista lex, quae si perlata fuerit, immunitatem regi eripiet, eadem vestros quoque cives immunitate portorii privabit.* Docet haec interpretatio, quantum a vernaculo sermone nostro abeat Graecorum structura, quum dicunt ὁ αὐτός, iunctis particulis τὲ et καί. Conf. ad p. 502, 24. inferius. FR. A. WOLF. Hanc structuram non dixerim propriam Graecorum, cum eodem modo tam latine quam vernacule verba struere liceat. SCHAEFER.

P. 467. v. 25. κύριος ἂν γένηται] Minus proprie dictum esse ait Fr. A. Wolfius in Ind.: legem enim iam perlatam fuisse. Verte: *si nunc suffragiis vestris ratam feceritis.* SCHAEFER.

P. 467. v. 28. ἑαυτοῦ] ἑαυτῷ Paris. primus. αυτῷ (sine spiritu) August. primus, non, quod Fabricius illinc retulit, ἑαυτῷ. Bavaricus ἑαυτῷ dedit cum οῦ super ῷ. REISK.

P. 467. v. 28. οὐκοῦν — φαίνεται] Citant Anecd. Bekk. p. 127, 28. SCHAEFER.

P. 467. v. 28. οἷς ἂν — φαίνεται] Forte βλάψων ὑμᾶς φανεῖται, ut non multo post p. 468, 15. αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται. H. WOLF. Vel ἂν βλάψαι, (ut semper scribit Demosthenes, saltem in hac Oratione,) vel ἂν φαίνηται. Wolfius βλάψων φανεῖται. Recte in priori voce: non itidem, opinor, in secunda. MARKLAND. Vulg. βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται. Dedi βλάψων ex mente Wolfii. REISK. οἷς ἂν ὁ νόμος βλάψων ἡμᾶς φαίνεται. Reiskio ne hic quidem morem gerere debebam coniecturam Wolfii, βλάψων, pro lectione omnium librorum, βλάψειν, exhibenti. Sed maiorem etiam socium erroris habeo, Marklandum, qui dum illud βλάψων omnino non improbat, atque adeo vel βλάψαι ἡμᾶς φαίνεται, vel βλάψειν ἡμᾶς φαίνηται, scribendum coniicit, satis et ipse prodit, sibi in vulgata scriptura aliquid displicuisse. Eam vero nunc affirmo et recte habere, et in ea convellenda frustra laboratum esse. Ne posteriorem coniecturam Angli arguam, quae omnium minime placet, futurum infinitivi τῷ ἂν ἀοριστολογικῷ iunctum profecto non ita rari exempli est, ut in aoristum mutare

necesse fuerit. Participium autem cum *φαίνεσθαι* constructum ex solenni usu sermonis aliam habet potestatem, quam quae huic loco congruit, in quo loco simplex notio verbi *videri* requiritur. Longe alia ratio est eorum verborum, unde Wolfius emendationi suae colorem quaerebat: *αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται κ. τ. λ.* p. 468, 15. Nam *φαίνεται ὁ νόμος ἡμᾶς βλάψειν* est, *lex videtur nobis nocitura esse:* contra, *φαίνεται ὁ νόμος ἡμᾶς βλάπτων, palam est et omnibus compertum, legem nocere nobis.* Hoc discrimen si notetur, patebit simul, ne recte quidem dici *φαίνεται ὁ νόμος βλάψων.* Quidquid enim huius rei futuro tempore continget, id in praesens quidem *palam aut compertum esse* non potest. FR. A. WOLF. *Φαίνεσθαι* cum participio i. q. *ὀφθῆναι.* Add. not. ad p. 470, 15. Conf. p. 499, 2. s. *) IDEM *in Ind.* *οἷς βλάψειν ἂν ὑμᾶς ὁ νόμος φαίνεται* Anecd. Bekk. l. c. *οἷς ἂν ὁ νόμος βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται* Bekker. Mihi satis placet: *οἷς ὁ νόμος βλάψων ὑμᾶς φαίνεται* Primum enim Orator non dubitat de futura legis noxa, sed pro certo habet damni plurimum allaturam esse. Deinde non intelligo, cur male dicatur *φαίνεται ὁ νόμος βλάψων,* h. e. *palam est legem nocituram esse.* Denique Bekkerus: „*ἂν* om. k." SCHAEFER.

P. 468. v. 2. *τὰ*] Abest a Paulina. REISK.

P. 468. v. 2. *αὐτὰ*] Abest a Paris. primo et quinto, August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 3. *τὰ*] Abest ab August. primo, tametsi Fabricius aiat adesse. REISK.

P. 468. v. 5. *ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.*] *ψήφισμα* in singulari August. primus. Et sic quoque p. 470, 23. REISK.

P. 468. v. 6. *τῆς παρ' ὑμῶν ἀτελείας*] *τῆς ἀτελείας παρ' ὑμῶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 7. *ψηφισμάτων*] Post h. v. addunt Paris. quintus et septimus *ἤδη.* REISK.

P. 468. v. 8. *ἐστήσασθ'*] *ἐστήσασθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 10. *τε*] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 10. *ἐν Βοσπόρῳ*] V. not. ad p. 467, 10. SCHAEFER.

P. 468. v. 10. *ἐν Πειραιεῖ*] V. Nonnum citatum Tayloro Apparat. Crit. T. II. p. 695. s.: quo auctore usus est etiam Fr. A. Wolfius ad p. 466, 12. SCHAEFER.

P. 468. v. 11. *ἐφ' Ἱερῷ*] Nomine hoc dictus eximie locus

---

*) V. Append. ad Aristoph. Plut. p. 497. et Krüger. ad Dionysii Halicarn. Historiograph. p. 133. SCHAEFER.

situs inter Bosporum Thracium et Trapezuntem, *in Ponti ore et angustiis*, ut ait Cicero in Verrin. IV. 57. Fanum in loco erat cum statua Iovis, quem deum ibi Οὔριον vocabant, quod sacrum nonnulli ad Argonautarum tempora retulerunt. Sed vide Herodot. IV. 87. Polyb. IV. 39. Pompon. Melam I. 19. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 12. et 25. Marcian. Heracl. p. 68. ed. Hudson. et Schol. Apollon. Rhod. ad II. 532. cum aliis, quorum locos suppeditant Valesius ad Harpocrat. p. 35. et Wesseling. ad S. Petiti LL. AA. p. 503. Statuae Iovis in eo loco positae habemus adhuc inscriptionem detectam a Whelero et Sponio inprimisque illustratam a Chishullo Antiqq. Asiat. p. 61. FR. A. WOLF.

P. 468. v. 11. πρὸς ὅσης — προάγει] *in quam immensum dedecus lex ista vos coniiciat* seu *propellat*. De verbo προάγειν vide Dorvill. ad Chariton. p. 313. et 494. FR. A. WOLF. F. πρὸς ὅσην κακίας ὑπερβολὴν —. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 257. Vulgata bene habet. Est i. q. ὅσῃ κακίᾳ πάντας ὑπερβαλεῖσθε, ἐὰν μὴ ἀκυρώσητε τὸν νόμον. SCHAEFER.

P. 468. v. 13. μὴ γὰρ οἴεσθ' κ. τ. λ.] Lege cum Lindenbr. Obsop. Bodl. Cant. Ital. Codd. Paris. et editt. Felic. et Manut. μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἱστάναι ταύτας, ἢ κ. τ. λ. Atque ita Interpretes. TAYLOR. ἄλλο τι desunt Ald., sed addidit corrector Lessing. et Weimar. Desunt item editioni Taylori. REISK. Revocavi cum Reiskio ἄλλο τι, quae verba elapsa sunt ex Ald. Herv. Wolf. et Tayl. αἷς refer, quod ipse ordo verborum cogit, ad συνθήκας, uti solenniter graece dicitur ἐμμένειν σπονδαῖς, ὅρκῳ, εἰρήνῃ, ubi latine *manere in induciis, in pactione* etc. Sed mox, constructione quodammodo mutata, in ἑστώσας ἀκύρους spectantur στῆλαι, quibus συνθῆκαι insculptae erant. Deinde in Par. 1. et Aug. 1. ἔσεσθε ante πεποιηκότες deest, culpa, credo, correctoris, melius huc quoque φανοῦνται *) trahi putantis. Nempe duo isti unius familiae codices in tali genere correctionum saepissime conspirant. Conf. quae notavi ad p. 466, 13. FR. A. WOLF.

P. 468. v. 15. ἁπάντων] πάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 15. ἢ δεδώκατε] Absunt ab editione P. Manutii. REISK.

P. 468. v. 16. φανεῖται] Sic margo Bavarici quoque cum γρ.: nam in texto est φαίνεται. REISK.

P. 468. v. 17. ἔσεσθε] Abest a Paris. primo, August. primo: qui codices φανήσεσθε e superiori φανεῖται v. 16. subaudiendum relinquunt. REISK. Omisit Bekker. Recte: neque assentior Halensi editori ad v. 13. verbum tuenti. SCHAEFER.

---

*) Immo φανεῖσθε. SCHAEFER.

P. 468. v. 18. ἐστιν] Abest a Paris. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. ἐστήξουσι] ἐστήξουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. φέρε — ἐροῦμεν;] Citant Tiberius p. 29. et Rufus p. 87. s. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. φέρε] Omittit Tiberius. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. ἐὰν] ἂν Tiberius et Rufus. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. δὲ δὴ] Notabilis harum particularum sedes post ἐὰν, non post φέρε. Conf. Commentar. in Aristophan. T. V. p. 30. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. πέμψας] Scilicet ἄγγελον sive ἀγγέλους πέμψας, qua vi hoc unum πέμπειν poni in vulgum hodie notum est. FR. A. WOLF.

P. 468. v. 21. ὡς] πρὸς Rufus. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς August. primus. REISK. ὑμᾶς Fr. A. Wolf. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 468. v. 21. ὁ Λεύκων] Articulum omittunt Ald. et P. Manut. REISK. Λεύκων. Nomini Λεύκων articulum plurimae editt. hic addunt, qui ab omnibus in eodem nomine abest p. 469, 12. Contra servavi vulgatum ὑμᾶς, quod Reiskius ex Aug. 1. in ἡμᾶς mutans una opera ἀφῃρήμεθα corrigi malit propter sequens ἐροῦμεν. Potuisset suae rationi patronum sistere Anonymum *) in Rhet. graec. select. Galei p. 200., ubi plane legitur ἀφῃρήμεθα. At ego tum vicissim darem, qui secundae personae verbi patrocinatur, et generosi nominis hominem, Tiberium, ex eadem Collect. p. 176. Sed extra iocum: quum saepe istorum pronominum, ὑμεῖς et ἡμεῖς, commutatio a scribis facta sit, eaque vel diligentioribus eorum facillima esse debuerit, in multis locis Oratorum dubium manet, utrum alteri sit praeferendum. Et quas regulas nobis ponere possumus ad eorum usum in dissidio codicum discernendum, earum nulla satis huc convenit. **) Hic tamen de vulgatae scripturae veritate non dubitem. FR. A. WOLF. Λεύκων sine articulo, ut Halensis editor, Tiberius et Rufus. SCHAEFER.

P. 468. v. 23. αὐτὸν] αὑτὸν Dindorf. SCHAEFER.

P. 468. v. 23. ἀφῄρησθε] Malim ἀφῃρήμεθα ob sequens ἐροῦμεν. REISK. Sic Rufus. V. not. ad ὁ Λεύκων v. 21. SCHAEFER.

P. 468. v. 23. ἐροῦμεν] ἐροῦμεν ἡμεῖς Tiberius. SCHAEFER.

P. 468. v. 23. τί γράψει — γράφων;] Nannius: *quid tandem scribet civitatis nomine publicus tabellio?* TAYLOR. *quid*

---

*) Is est Rufus. V. Boissonadi praefat. p. VI. SCHAEFER.

**) Conf. not. ad p. 472, 15. SCHAEFER.

tandem scribet is, cui hoc mandabitur, ut vestro nomine, vestra auctoritate regi rescribat? Itaque τὸ ψήφισμα est *responsum Leuconi publice reddendum.* Nuperus editor, semper ille nobis ad partes vocandus, corrigit τί γράψει τότε, *tunc temporis, quum illud fiet;* idemque in textu dedit ὑπὲρ ἡμῶν, utrumque contra fidem librorum. Quanquam posterius minus improbo, etiam propter ista, οὐ δικαιότερ' ἡμῶν ἐρεῖ; FR. A. WOLF.

P. 468. v. 23. ποτὲ] *quid tandem.* Malim tamen τότε, *tunc temporis,* si id fiat. REISK.

P. 468. v. 23. ὁ] ὅ γε Paris. primus, quintus, septimus. REISK.

P. 468. v. 25. τὸ ψήφισμα] Hic loci est responsum Leuconi dandum. REISK.

P. 468. v. 25. ὑπὲρ ἡμῶν] *loco et nomine nostro.* REISK.

P. 468. v. 25. ἡμῶν] Vulg. ὑμῶν. ἡμῶν Paris. primus. REISK. ὑμῶν Fr. A. Wolf., errans ille, cum scriberet ad v. 23. Reiskium dedisse ἡμῶν contra fidem librorum. SCHAEFER.

P. 468. v. 25. ὅτι — ἀνάξιοι.] Haec vim habent ironiae et pronunciando sunt adiuvanda. Rectius tamen forsan citra interrogationem legenda videantur tanquam responsio suggesta ab adversariis. Cf. omnino p. 473, 28. s. Ex interpunctione vulgari Orator ipse dicit: *An illud forte scribemus, multos esse praemio indignos?* FR. A. WOLF. Male Wolfium post ἀνάξιοι posuisse signum interrogationis formula νὴ Δία arguit. SCHAEFER.

P. 468. v. 25. τινες τῶν εὑρημένων] τῶν εὑρημένων τινὲς Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 26. οὖν] τουτὸ P. Manutius. Conf. ad p. 467, 5. REISK.

P. 468. v. 26. Καὶ γὰρ Ἀθηναίων τινὲς —] Verbi caussa, *homines erga regem tam ingrati, quam sunt fautores legis Leptineae.* Id auctor ut non dicat, satis tamen innuit: unde locus admirabilis est urbanitate, quam ipse quodammodo sensit Ulpianus. FR. A. WOLF.

P. 468. v. 27. εἰσὶ] Abest a Paris. primo et septimo. Verba haec sic ordinata dat August. primus: Ἀθηναίων τινὲς ἴσως εἰσὶ φαῦλοι. et Bavaricus sic: εἰσὶν ἴσως φαῦλοι. REISK. Ἀθηναίων τινές εἰσιν ἴσως φαῦλοι Bekker. SCHAEFER.

P. 468. v. 29. ἔμοιγ' οὖν] ἐμοὶ γοῦν Bekker. Quod quantum nostrae praestet scripturae, si qui forte ignoret, discat plurimum inter se differre ἔμοιγ' οὖν et ἐμοὶ γοῦν. Illud est *mihi igitur,* sic pronuntiandum, ut vocis tonus acuat pronomen: hoc *mihi quidem.* V. Devarius de Gr. L. Partic. p. 96. ed. Reusm. SCHAEFER.

P. 468. v. 29. παρὰ] περὶ Ald. REISK.

P. 469. v. 2. μὴ] Abest ab August. primo. Forte voluit ille dare τῶν ἀχρήστων. REISK.

P. 469. v. 3. ὁμολογουμένως] Vulg. ὁμολογουμένους. ὁμολογουμένως Paris. primus, August. primus, Bavaricus, (sed hic cum vulgata superscripta,) index P. Manutii, editio Taylori. Vulgatam mutavi adverbio ὁμολογουμένως. REISK.

P. 469. v. 5. οὐδ' ὅπως — εὑρεῖν] non video, quomodo quis defugiat, si Leuco iure ἀντιδόσεως uti velit, quo minus facultates cum Leucone permutet. REISK. Perverse haec a nupero editore exponuntur. ἀντιδοῦναί *) τινι nihil aliud est, quam *offerre alteri permutationem facultatum.* Igitur verte: *Quodsi quis Leuconem voluerit ad permutationem bonorum et facultatum adigere, quo id pacto caveri possit, ego non video.* Ratio statim subiicitur: χρήματα γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ. Mox κατὰ τὸν νόμον τοῦτον, non τῆς ἀντιδόσεως, sed Leptinis. Omnis haec ratio [τῆς] ἀντιδόσεως et verba ἢ στερήσεται τούτων ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται aliquid lucis accipient e Prolegomm. FR. A. WOLF. Reiskius debebat sic scribere: non video, quomodo Leuco, si quis Atheniensium iure τῆς ἀντιδόσεως adversus illum, ut civem δημοποίητον, uti velit, conditionem defugiat. Itaque fiet, ut Leuco aut στερηθῇ τῶν αὐτοῦ χρημάτων aut λειτουργεῖν ἀναγκασθῇ. Absurdissima res in homine tam egregie merito et merente de civitate, eodemque rege αὐτονόμῳ, sed quae e Leptinis lege necessario consequitur: ut etiam sic appareat illam legem abrogandam esse. SCHAEFER.

P. 469. v. 8. στερήσεται] στερηθήσεται Bavaricus. REISK.

P. 469. v. 8. ἀναγκασθήσεται] Bekkerus: „ἀναγκασθήσεται τούτων S." Id Dindorfium videtur movisse, ut haec sic scripta ederet: ἢ στερήσεται ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται τούτων. Quod vereor ut cuiquam probaturus sit. SCHAEFER.

P. 469. v. 8. ἔστι δ' οὐ τὸ τῆς δαπάνης] Vulg. ἔστι δὲ τοῦτο οὐ τῆς δαπάνης. ἔστι δ' οὐ τὸ τῆς δαπάνης August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. Taylor. Et sic correxi. Non impendio maxime angitur: non dolet atque irascitur maxime ob sumtus, qui ei tum erunt faciendi. REISK.

P. 469. v. 10. ὑμᾶς αὐτὸν] αὐτὸν ὑμᾶς Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 469. v. 11. οὐ τοίνυν κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 208. REISK.

P. 469. v. 11. τοίνυν] Transitum facit valens *porro.* SCHAEFER.

---

*) Immo ἀντιδιδόναι. Idem error Prolegomm. p. 123. not. 118. Quod autem p. 496, 21. legitur ἀντιδοῦναι, respondet praegresso ἐνεγκεῖν: qui duo infinitivi pendent a verbo finito item aoristi temporis ἐτόλμησεν. SCHAEFER.

P. 469. v. 12. ἕνεκα] εἵνεκα Bekker. ἕνεκα Dindorf. SCHAEFER.

P. 469. v. 13. ἀλλὰ καὶ — τότε τὴν ἀτέλειαν] Subabsurda videtur haec positio vocis τότε. Transponi debet in priorem partem sententiae: *τότε* εὖ πράττων, εἰς δέον δὲ *νῦν* γέγονεν — λαβεῖν τὴν ἀτέλειαν. Confirmat Ulpianus: ὁ *πάλαι* εὐημερῶν, οὗτος *νῦν* ἐπίκουρον τοῦ ζῆν ἔχει τὴν ἀτέλειαν. MARKLAND. Argutatur hic, ut alias quoque haud raro, Marklandus praeter rem. Sententia est: *cui nunc peropportunum accidat se olim impetrasse immunitatem.* Quo quid esse potest planius? REISK. Transitio ad novam partem Orationis facillima est: *Iam porro vobis etiam hoc videndum, ne iniuria afficiatis quenquam alium, si quis in vos beneficia contulit, quum meliore fortuna uteretur; sed cui nunc iniquis rebus conflictanti ad victum necessaria facta immunitas opportune subvenit, quam ei priore tempore concessistis.* His in verbis ut νῦν valet κακῶς πράττοντι, sic τότε necessario ad prius tempus spectat, h. e. ad εὖ πράττων. Unde libet mirari, ubi mens fuerit critico Anglico, quum τότε vero loco suo motum ante εὖ πράττων transponendum censeret. Quod sicut nemini praeter auctorem suum placuerit, ita illud errandi caussam habere potest, quod Epicerdes, de quo Orator dicere ingreditur, non secus ac superstes vivensque commemoratur. Etenim tempora si repules ex iis rebus, quae in seqq. narrantur, vix ac ne vix quidem credibile est vitam hominis ad tempus huius caussae nostrae produci potuisse. Iam vero quum occurrat paullo disertior locus p. 471, 5. s., ubi *filiis illius, non ipsi,* sublatae immunitates dicuntur damnum afferre, atque huc simul Ulpiani qualiscunque auctoritas accedat, haud dubium videri debet, quin Epicerdes prius diem obierit, quam haec Oratio haberetur. At Demosthenes, velut de vivo loquens, h. l. dicit εἰς δέον νῦν γέγονεν *αὐτῷ*, et in reliquis quoque simili modo lectorem frustratur. Nempe in tota Oratione confundit ipsos, qui praemiis impertiti sunt, cum horum filiis et posteris. Eam vero rationem sequi potuit non inepte, quod, qui meritorum suorum gratia carent, etiam post mortem iniuriae quodam genere affici videntur; sequi autem debuit, quum provideret, quanto ea ratio potentior ad auditorum animos commovendos futura esset. FR. A. WOLF. Quod vir egregius ait, *haud dubium videri debere, quin Epicerdes prius diem obierit, quam haec Oratio haberetur,* vide ne confidentius quam verius dictum sit. Quid enim impedit, quo minus sumamus Epicerden illo tempore circiter octogenarium Cyrenae vixisse? Nec locus, qui sequitur p. 471, 5. s., tam disertus est, ut Wolfio assentiri nos cogat. Nam si verum est quod Scholiastes narrat, τοὺς παῖδας μεταστῆναι τοῦ Ἐπικέρδους ἀπὸ Κυρήνης Ἀθήναζε, satis apparet per Leptinis legem reapse noceri, non ipsi Epicerdi, utpote solâ τῇ τιμῇ τὴν ἀτέλειαν ἔχοντι (p. 470, 13.), sed filiis eius, ut qui Athenis incolentes verum immunitatis fructum ferant. Hac ratione

si locum intelligas, nihil in eo reperies quod offendat: sin Wolfianâ interpreteris, omnia ad meum quidem sensum fiunt salebrosa. SCHAEFER.

P. 469. v. 16. ὑμῶν] Vulg. ἡμῶν. ὑμῶν August. primus, Bavaricus, P. Manutius. REISK.

P. 469. v. 17. Ἐπικέρδης ὁ Κερκυραῖος] [Ἐπικέρδης ὁ Κυρηναῖος.] Epicerdes iste videtur fuisse ex Cyrene. Κερκυραῖος habent Ald. Ven. et edit. Morel. Κυρηναῖος cum Scholiaste defendunt Obsop. Bodl. Codd. Regg. α. ζ. Lindenbr. et editt. caeterae. *Epicerde Corfiotto* versio Italica cum Aldo. TAYLOR. Κυρηναῖος Lessing. August. primus, Bavaricus, P. Manut. Aristides T. p. 208. Vulgatam praefero. Frequentior enim usus Atheniensibus erat cum Corcyraeis, quam cum Cyrenaeis, utpote qui Spartanae essent originis. REISK. Ἐπικέρδης ὁ Κυρηναῖος. Hominis nec Thucydides, nec alius ullus eorum, qui ista tempora scripserunt, mentionem habet. Itaque quaeri potest, an melius scribatur ὁ Κερκυραῖος cum Ven. Ald. Herv. et Ben., ex qua retinuit Reiskius. Quod factum ut probet, in Notis scribit, *frequentiorem usum Atheniensibus fuisse cum Corcyraeis, quam cum Cyrenaeis, utpote qui Spartanae fuissent originis.* At tali ratiuncula quis cautus et prudens moveatur in rebus factis? Vulgatum a me resumtum defendunt codd. optimi, Par. 1. 7. Pann. Lind. Bodl. Aug. 1. Bav. marg. Less. et editt. pleraeque cum Aristide Art. p. 452. et Scholiaste, cui hanc unam lectionem ob oculos fuisse apparet. FR. A. WOLF. Κυρηναῖος etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 469. v. 22. οὗτος γὰρ ἀνὴρ] Ante ἀνὴρ supra p. 467, 18. Wolfius et Taylorus sua sponte addiderant articulum, nunc id facere neglexerunt. Neutro loco apponi debebat, licet in priori Aristides dederit οὗτος ὁ ἀνὴρ in Art. p. 468. Pro vero habeo Brunckii monitum ad Aristoph. Eccles. 367., attice dici et οὗτος ὁ ἀνὴρ, et οὗτος ἀνήρ. Conf. posthac p. 471, 3. et p. 477, 15. Mox τὸ ψήφισμα τοῦτο Orator extulit, vel manu tenens decretum, vel digito demonstrans. FR. A. WOLF. ἀνὴρ Bekker. ἁνὴρ Dindorf. Graecismus poscit οὗτος ὁ ἀνήρ, Atticismus mavult οὗτος ἀνήρ (s. ἁνήρ). Conf. Reisigius Coniectan. in Aristophan. p. 182. SCHAEFER.

P. 469. v. 23. τοῖς ἁλοῦσι τότ'] τοῖς ηὐτυχηκόσι [vel potius ἠτυχηκόσι] (sine τότε) Aristides T. p. 208. REISK.

P. 469. v. 24. ἐν] καὶ ἐν editio Taylori. REISK.

P. 469. v. 24. ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ—] Hisce particulam καὶ praeponit Wolfius et, qui cum raro deserit, Taylorus. Putarunt nimirum viri, ad participia ἁλοῦσι et καθεστηκόσιν iuncturam requiri, plane ut librarius in Aug. 1. peccavit p. 477, 18. addens καὶ post βασιλεῖ. Ceterorum librorum in utroque loco lectio verior, et in nostro quidem vertendum: *dedit captis in Sicilia civibus nostris, quo tempore illa calamitate premerentur* etc. ἐν

τοιαύτῃ, *in tanta* et *quam scitis*, uti p. 460, 8. et p. 506, 16. Similiter τότε accipiendum, *illo tempore*, h. *insigni, noto omnibus*: ne quis ποτὲ emendet. Sane satis memorabilis Athenis fuit calamitas Siculo bello inflicta, Olymp. 91, 4. Vide instar omnium Thucydidem VII. inde a princ. aut ex recentioribus Meinertis Histor. doctrinar. apud Graecos et Romanos T. II. p. 273. FR. A. WOLF. Copulam non esse praeponendam monuit etiam vir doctus in Schedis Philologicis Vratislaviensibus (*Philologische Blätter*) Fascic. I. p. 16. Delendae autem subdistinctiones post πολιτῶν et καθεστηκόσιν: quae enim ad unam eandemque notionem pertinent non oportet seiungi interpungendo. Conf. not. ad p. 295, 29. SCHAEFER.

P. 469. v. 24. τοιαύτῃ συμφορᾷ] tanta calamitate, quantam scilicet et vos nostis et nemo est qui ignoret. REISK.

P. 469. v. 27. ἐν τῷ πολέμῳ κ. τ. λ.] [ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸ τῶν τριάκοντα.] Felicianus τῷ πρὸς τοὺς τριάκοντα. Sed tum τὸ μικρὸν abundat. In varia lectione adnotatum est: τῷ πρὸς τριάκοντα μικρὸν σπανίζοντα. Si πρὸ τῶν τριάκοντα, videtur intelligendum id bellum, quo exitiosam cladem ad Aegospotamos acceperunt. Hoc enim secuta est oligarchia XXX virorum. τὸ μικρὸν σπανίζοντα non placet, nisi velis interpretari *nonnihil egere*. Nannius: *in bello adversus triginta tyrannos*. H. WOLF. Nodum hic in scirpo quaerit vir doctissimus. Nam si pungas, uti ego edidi et ut ille etiam vertit *), nihil subest difficultatis. Cum Feliciano consentiunt MSS. Regg. et Ald. πρὸ τῶν τριάκοντα recte exhibent optimi Codd. Vindob. Aug. et Lindenbr. Ex utriusque lectionibus videtur exprimi editio Manutiana: πρὸς τοὺς τῶν τριάκοντα. Interpres Italus: *nella guerra, che fu poco inanti de i Trenta*. TAYLOR. πρὸς τοὺς τριάκοντα margo Lutet. forsitan ex indice Aldi, ubi est πρὸς τριάκοντα (sine articulo). Videtur posterius τῷ delendum esse. *in bello paullo ante XXX tyrannos*. ὁ πόλεμος, *bellum* κατ' ἐξοχὴν, per eminentiam, videri queat tum dictum esse bellum Peloponnesiacum. REISK. ἐν τῷ πολέμῳ, τῷ πρὸ τῶν Τριάκοντα μικρόν. Ind. Ald. pro varia lectione dat πολέμῳ πρὸς τριάκοντα. Felic. in textu πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς τριάκοντα, et sic Parr. codd. Contra Man. vitiose πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς τῶν τριάκοντα. Auget hanc varietatem aberrationum margo Ben. habens πολέμῳ πρὸς τοὺς τριάκοντα. Quod nos cum Ald. Herv. Wolf. Tayl. Reisk. edidimus, firmatur a Lind. Vind. Aug. 1., nec dubia esse huius scripturae auctoritas debet, et pessime quorundam exemplo μικρὸν cum σπανίζοντα iunxeris. Neque melius commentum Reiskii, cui alterum τῷ delendum videtur. Ὁ πόλεμος ὁ πρὸ τῶν Τριάκοντα μικρόν, scil. χρόνον, haud dubie

*) *in bello paulo ante triginta tyrannos gesto*. SCHAEFER.

Aeschinis in Ctesiph. p. 438. A. ἐπράττετο γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἄλλους πρέσβεις, ἀλλὰ πρὸς Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην· πρῶτον μὲν, ὅπως μὴ περιμενεῖτε (vulg. περιμείνητε) τοὺς πρέσβεις — δεύτερον δὲ, ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον κ. τ. λ. Similiter in Demosth. Olynth. II. p. 21. D. [ed. Francof.] scribendum, δεῖ τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξομεν τῶν ὑπαρχόντων, ubi omnes edunt δόξωμεν. Recte contra vulgatur infra p. 484, 2. πρόνοιάν τινα ἔχοντας — ὅπως δόξετε, ὅπως — ἀφαιρήσεται, καὶ ὅπως — ἕξουσι τὰ δοθέντα. Idem vitium sustuli ex Aristidis Declamat. §. 25. FR. A. WOLF.

P. 470. v. 10. μηδὲν] Forte μηδεὶς. Nam de personis loquitur, et ultima syllaba in μηδὲν ortum habere potuit a subsequente. MARKLAND. Vulgata bene habet. *ne qua pars vestri, quod in se quidem esset, defectu quodam premeretur.* REISK. *ne qua pars reip. vestrae* seu *rerum vestrarum defectu quodam laboraret, quantum quidem in se esset, prospexit.* Clarus est sensus vocis μηδὲν, et iure Reiskio displicuit Marklandi coniectura, μηδεὶς. Neque eam, puto, protulisset vir magnus, si animum attendisset ad verba τῶν ὑμετέρων. FR. A. WOLF.

P. 470. v. 10. ἐνδεῶς] ἀδεῶς editio Aldina cum MSto Veneto. TAYLOR. Aldinae vulgatam adscripsit corrector Lessingianus. REISK. V. H. Wolfius ad v. 2. SCHAEFER.

P. 470. v. 11. αὐτὸν] Post h. v. Halensis editor posuit signum interrogationis, more olim pervulgato, sed parum probabili. SCHAEFER.

P. 470. v. 11. μέντοι] μὲν τοίνυν August. primus. REISK.

P. 470. v. 11. παρὰ] [περὶ.] Lege παρὰ cum Ald. Lindenbr. Bodl. Ven. Vindob. et Codd. Regg. α. ε. ζ. η. Ita p. 471, 3. οἱ παρὰ τὰς χρείας. Et similiter p. 473, 25. Supra p. 469, 20. παρὰ τοιοῦτον καιρόν. TAYLOR. Vulg. περὶ. παρὰ August. primus, Bavaricus. Taylorus in Aldina legi παρὰ affirmat. Potest fieri, ut penes eum fuerit editio Aldina a mea discrepans, seu prior, seu posterior: nam de eo non liquet. Duas diversas eodem anno Demosthenis editiones Aldum curasse certum est. Correxi παρά. REISK. Inde ab Aldo plurimi editores dederunt περὶ. Perperam. Usum particulae παρά, quam codices exhibent paene omnes, declarabo ad p. 499, 15. FR. A. WOLF.

P. 470. v. 12. τοὺς μεγίστους καιροὺς] μέγιστοι καιροὶ sunt *tempora reip. periculosa*, quae a Latinis quoque nonnunquam dicuntur *tempora maxima, summa.* De his latinis optime egit Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p. 28. FR. A. WOLF. Add. Heinrich. ad Ciceronis Orat. pro Tullio p. 69. et Ind. p. 113. a., ubi noster locus comparatur. SCHAEFER.

P. 470. v. 15. οὐδὲ — οὔσῃ χρώμενος φαίνεται] *nota et comperta res est ipsum Epicerdem immunitatis tum, quum eam*

haberet, fructum non tulisse. Verba χρώμενος et οὔσῃ ad *praeteritum tempus actionis infectae* pertinent, ita ut h. l. propria vis sua utrique participio constet. Suboluissé paullum huius rei videtur Graeculo, cetera verae rationis temporum ignaro, qui adscripsit, χρώμενος esse pro χρησάμενος. Iam quum verba lucida sint, tamen sententiae vis non ita est evidens. Etenim cur homo munificentia populi uti noluerit, plures caussas comminisci possumus. Mihi quidem si divinare licet, hoc unum videtur in caussa fuisse, quod nec ipse Athenis habitaret, neque illuc merces adveheret. In eadem opinione versatur unus Intpp. graecorum, quorum cinnum ad h. l. legimus. FR. A. WOLF. Tam probabilis haec est opinio, ut probabiliorem vix comminiscaris. Ceterum si verum est quod sumsi ad p. 469, 13., Epicerdem adhuc vixisse, apparet tam haec participia quam quae antecedunt, κεκτημένον et ἔχοντα, temporis praesentis esse. SCHAEFER.

P. 470. v. 16. τὸ] τῷ Paris. primus. REISK.

P. 470. v. 16. ὑμῖν] Post ὑμῖν videtur excidisse ὑμᾶς. *sed ipsimet vobis detrahetis fidem erga vos aliorum, fiduciam publicam in fide et constantia vestra nitentem.* REISK. τὸ πιστεύειν ὑμῖν scilic. ἀφαιρήσεσθε, *tolletis, destruetis fidem vestram.* Reiskius contra adscripsit: „Post ὑμῖν — *nitentem.*" Saltem haec modestior est coniectura, quam Augerii *) sic proxima mutantis: τὰ τοίνυν ψηφίσματα ὑμῖν αὐτὰ ἀναγνώσεται τὰ τότε ψηφισθέντα τῷ ἀνδρί. ubi quid torserit virum doctissimum, paullo post intelligetur. FR. A. WOLF. Ut modesta sit Reiskii coniectura, nullo tamen pacto potest tolerari. Hoc enim si Orator voluisset, sic scribere debebat: οὐ μέντοι τοῦτον τὸν — ἔχοντα, τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρήσεσθε — ἀλλ' ὑμᾶς αὐτοὺς τὸ πιστεύειν ὑμῖν. Sensus: Epicerdes, lege non abrogatâ, damni quidem nihil patietur, sed fidem vobis habere desinet. SCHAEFER.

P. 470. v. 18. καὶ θεωρεῖτε — ὅσα ψηφίσματ' —] Meruerit de h. l., qui nobis caussam aperiet ardoris huius, tam subito erumpentis in verbis, ὅσα ψηφίσματα — ὅσους ἀνθρώπους — ἐν ὁποίοις καιροῖς χρησίμους —. Nam si totius loci nexum sententiarum excutias, vereor, ne iam Orator paullo ineptius atque praepropere sic exardescere videatur, qui hucusque solorum duorum, Leuconis et Epicerdis, mentionem fecerit. Eosne igitur homines eaque psephismata innuit, de quibus ante eum Phormio egerat? An omnino alios innuit, quos cogitandos auditori relinquit, tales, qui, si ab Epicerde immunitas abiudicaretur, eodem iudicio statim ipsi quoque suis praemiis excidere videri possent? An denique unum psephismatum de Epicerde, quae nunc a scriba praeleguntur, aliorum plurium, qui una cum illo populum deme-

*) ipsiusque Reiskii. V. not. ad v. 23. SCHAEFER.

ruissent, mentionem habuit? Mihi, ut in dubia re, coniectura primo loco posita satisfacit, etiam propter p. 472, 12. Quamquam obscura significatio ea, quam altera ista ratio habet, locum haud sane dedeceat. FR. A. WOLF. Verba καὶ θεωρεῖτε — ἀδικοῦντα sunt exemplum interlocutionum, de quibus v. not. ad p. 407, 13. Ad Phormionis autem τὴν πρωτολογίαν respici quis dubitet? Ut Orator non videatur inepte praeproperêque exardescere, siquidem hic ardor dicendus est. SCHAEFER.

P. 470. v. 20. καὶ] καὶ prius abest ab August. primo. REISK.

P. 470. v. 23. ΨΗΦΙΣΜΑ.] [Ψηφίσματα.] Ψήφισμα habet Cod. Lind. et e Regiis tres. Recte. Supra v. 16. τὸ τοίνυν ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται. Exaravit scriba Ψηφίσματα propter sequentem vocem Τὰς, quae adhaesit priori. Mox tamen v. 26. ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων. TAYLOR. Vulg. Ψηφίσματα, Ψήφισμα Paris. primus, quintus, septimus, August. primus, Bavaricus. Correxi Ψήφισμα. Est enim unum tantummodo decretum de danda Epicerdi immunitate. De altero beneficio, quo Epicerdes populum promeruit largiendo talento, nil decretum fuit. Nullus ei alius honos habitus est praeterquam immunitatis. Ille vero honos ei iam ob illas centum minas fuerat datus. Aut si Ψηφίσματα servamus, cui quantum sit in sequentibus ἐκ τῶν ψηφισμάτων praesidium, me non fugit, legendum sit paulo ante τὰ τοίνυν ψηφίσματα ὑμῖν αὐτὰ ἀναγνώσεται τὰ τότε ψηφισθέντα τῷ ἀνδρί *). Optet quod quisque volet. Pluralem si praeferimus, altero decreto data fuit Epicerdi immunitas, altero gratiae ei de talento donato actae. REISK. ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ. . . ΨΗΦΙΣΜΑ dederunt codd. Par. 1. 5. 7. Lind. Aug. 1. et Bav., ubi librarii eodem modo decepti sunt, quo editores, Taylorus et Reiskius, quorum posterior audacius etiam textui singularem intulit. Quem errorem auctor ipse verbis, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ita arguit et convincit, nihil ut contra dici possit. Nec in illis prioribus τὸ ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται τὸ τότε ψηφισθὲν τῷ ἀνδρί, mutationi quidquam praesidii est, quamvis ita sibi persuasisse videantur, qui primi mutarunt. Quae verba etsi unum tantum psephisma designant illud, quod p. 469, 22. Orator monstravit, h. e. primarium, quo Epicerdi post primum ab eo in pop. Athen. beneficium collatum immunitas decreta fuerat; at ea tamen nihil impediunt, quo minus nunc alia psephismata plura afferri potuerint. Atque huc ducunt plane verba τὰς εὐεργεσίας. Quippe illud primarium decretum ad unum prius beneficium spectasse videri debet. Adeo nihil probabilius est, quam Epicerdi posterioris meriti caussa novo decreto gratias actas immunitatemque denuo ratam habitam, forsan novum praemium aliquod ad-

---

*) Eadem Augeri coniectura. V. not. ad v. 16. — Inter ψήφισμα et ψηφίσματα libri passim fluctuantur. V. not. ad p. 468, 5. SCHAEFER.

ditum fuisse. FR. A. WOLF. Hanc disputationem quis non probet? Nec tamen propterea dicam Wolfium singularem, etiam a Bekkero servatum, recte mutasse plurali: cum enim Orator tantummodo unum psephisma recitari iusserit, non potuit sequi titulus: *ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.* Quid igitur faciemus, ut locus cum se ipso satis concordet? Suspicor nonnulla excidisse fere sic supplenda: λέγε *ΨΗΦΙΣΜΑ.* λέγε καὶ τουτὶ τὸ ψήφισμα. *ΨΗΦΙΣΜΑ.* Τὰς μὲν εὐεργεσίας κ. τ. λ. Causa defectus tam manifesta est, ut indicari non poscat. SCHAEFER.

P. 470. v. 25. εὕρετο] εὕρατο Paris. septimus. REISK.

P. 470. v. 27. τάλαντον] τάλαντα Paris. septimus. REISK.

P. 470. v. 28. ἡγοῦμαι] οἶμαι Paris. quintus. REISK.

P. 471. v. 1. πάντες μὲν γάρ εἰσιν κ. τ. λ.] Expressius haec aliquanto, quam Wolfius, vertebat Interpres Alcmarianus: *Digni enim sunt meriti vicissitudinem sentire, quicunque primi benefacere instituerunt, maxime in rebus arctis et afflictis.* et, paucis interiectis: *Non enim inde, quod alii nunc sunt Athenienses, qui immunitatem auferunt, alii, quibus ille benignitatem suam impendit, dedecus huius improbitatis exstinguitur; eo enim ipso gravissimum redditur.* TAYLOR.

P. 471. v. 2. ἀνταπολαμβάνειν] Rarius vocabulum ἀνταπολαμβάνειν ex h. l. notavit Suidas. FR. A. WOLF. Notarunt etiam Anecd. Bekker. p. 78, 3. et 407, 14. SCHAEFER.

P. 471. v. 2. οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν εὖ] Scribendum videtur οἱ προϋπάρχοντες τοῦ ποιεῖν εὖ. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 257. Non improbabilis coniectura: quanquam vulgatam sine vitii suspicione citavit H. Stephanus Thes. c. 2302. B. SCHAEFER.

P. 471. v. 2. τῷ ποιεῖν εὖ] Vulg. τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ. ὑμᾶς abest a Paris. primo et quinto, August. primo. Delevi pronomen. Sententia enim est ad universos pertinens homines, non ad solos Athenienses. *Quicunque bene de aliquo merentur, hoc suo beneficio id merentur, ut ornati illo beneficio rursus iis gratiam reddant.* REISK. τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ. Pronomen ὑμᾶς Reiskius cum Par. 1. 5. et Aug. 1. omittit sententiam melius ad omnes homines quam ad solos Athenienses pertinere putans. Speciem id habet, non veritatem; quod mecum sentiet, quisquis attenderit sequentia, ὧν εἷς οὗτος ἀνὴρ ὢν φαίνεται. In quibus ad sensus integritatem verbum unum alterumve deesset, si sententia prior omisso pronomine universe caperetur. FR. A. WOLF. Nollem Halensis editor pronomen revocasset: nec Bekkerus revocavit. Ad omnes homines sententiam pertinere etiam Nannius putavit. V. not. ad v. 1. Conf. p. 468, 29. ss. SCHAEFER.

P. 471. v. 3. ἀνὴρ] ἀνὴρ Bekker. ἁνὴρ Dindorf. SCHAEFER.

P. 471. v. 5. ὢν] ὧν Paris. primus. REISK.

P. 471. v. 5. τοὺς τοῦ τοιούτου κ. τ. λ.] τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν —. Rationem construendi loci interpungendo adiuvi *), quo citius pateret, τοὺς — παῖδας ad ἀφῃρημένοι referri, non ad αἰσχυνόμεθα. A loco suo paullum remotam particulam εἰ nemo mirabitur, qui cogitet vim verborum τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, qua principem sibi in oratione locum poscebant. Simile illud p. 493, 5. καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν κ. τ. λ. Et Latinorum eundem morem esse ponendarum coniunctionum, quis ignorat? FR. A. WOLF. Eadem constructione p. 463, 22. τοὺς πρότερον ποιήσαντας ἐὰν ἠδικημένους ἴδῃ. p. 467, 25. κύριος ἂν γένηται. pro quo κύριος εἰ γενήσεται p. 700, 7. p. 473, 12. εἶτα ταῦτα νῦν εἰ χρὴ κύρια εἶναι σκοποῦμεν; ubi cave pro nomen ταῦτα syntactice iungas verbo σκοποῦμεν. p. 475, 13. μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ' ἄν, ἐκείνως εἰ λογίσαισθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς. ut interpungendum. p. 481, 5. μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν —. SCHAEFER.

P. 471. v. 6. τοῦ] Abest a Paris. primo. REISK. Male: certus enim homo intelligitur. τοιούτου foret *eines solchen Mannes*, indefinite. V. Meletem. Crit. p. 32. SCHAEFER.

P. 471. v. 6. μηδεμίαν — μνείαν] [μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μνείαν.] Auctius edit. Paris. τούτων μηδενὸς μνείαν, et rectius, ut fere. Sic p. 478, 20. μηδεμίαν ποιησαμένους τούτων μηδενὸς μνείαν. MARKLAND. Cum editione Paris. consentiunt Codd. Vindob. Ven. Aug. et Ital. TAYLOR. μηδενὸς abest ab Ald. Paul. Wolf. Tayl. V. p. 478, 20. REISK. μηδενὸς omissum in Ald. Herv. Felic. Wolf. Tayl. ex Benenati edit. revocarunt Marklandus et Reiskius. Verissime, idque ex plurium librorum fide. Adest vocabulum in iisdem verbis p. 478, 20. et alibi. FR. A. WOLF.

P. 471. v. 11. ἀπολύει] ἀπολύσει August. primus. REISK.

P. 471. v. 11. δὴ] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 471. v. 11. τὸ δεινόν ἐστιν] Verius puto τῶν δεινῶν ἐστιν, ut p. 476, 23. τῶν αἰσχίστων ἐστί. Plenius p. 498, 1. ἕν τι τῶν αἰσχρῶν ἐστι. MARKLAND. Vulgata bene habet. *hoc vel ipsum est inprimis grave et atrox.* Si quid aliud in hac re est grave et atrox, hoc est omnium pessimum, quod nos, qui auferamus honores datos, differamus ab iis, qui dederunt. REISK. *In hoc ipso atrocitas rei inest. Hoc vel ipsum est inprimis grave et atrox.* Bene ita Reiskius vertit, reiecto commento Marklandi, qui temere maluerat καὶ τῶν δεινῶν ἐστιν. FR. A. WOLF.

P. 471. v. 12. οἱ μὲν εἰδότες κ. τ. λ.] Legi vel intelligi potest εὖ ante παθόντες. Ulpianus legebat ἰδόντες (uti etiam exhibet Codex ε. in margine edit. Paris.) et παρόντες. Putares tamen,

---

*) Scilicet in Hieronymi editione sic interpunctum est: τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, εἰ μηδεμίαν —. SCHAEFER.

Demosthenem scripsisse: *εἰ γὰρ οἱ μὲν εἰδότες καὶ* [*ἔργῳ*] *μαθόντες*, *facto experti*, quia statim respondet *οἱ λόγῳ ἀκούοντες*, quemadmodum postulat oppositio (ut p. 470, 11. et p. 483, 20.) et mos scribendi, et quia *λόγῳ* hic superfluum est, nisi praecesserit *ἔργῳ*. Contra p. 495, 20. pro *τί παθὼν* male legitur *τί μαθών*. Quae sequuntur, *ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν*, difficilia sunt neque ex Demosthenis perspicuitate. Legi potest *ἀξίους τούτους* etc., *dignos hos* (Epicerdem scilicet et filios eius) *beneficio censebant*, ut p. 491, 11. *εἰ μηδεὶς — γέγονεν ἄξιος εὖ παθεῖν*. Sed forte gravius mendum subest ex defectu. MARKLAND. *παρόντες* etiam legit Aug. Ital. Bodl. Cant. et forte MSS. Manut. *) Deinde *τοῦτον* (i. e. Epicerdem) *ἐνόμιζον εὖ πάσχειν* Bodl. et Cant.: et pariter modo *ὡς ἀνάξιον ἀφαιρησόμεθα* iidem cum Italico. TAYLOR. *εἰ οἱ μὲν εἰδότες καὶ παθόντες ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν.* Iam Marklandus ita facit argutando, mutando, vix ut virum agnoscas. Corrigit *εἰδότες καὶ ἔργῳ μαθόντες*, postulari id ratus ab opposito, *οἱ λόγῳ ταῦτ' ἀκούοντες*, tum *ἄξια τούτων* mutat in *ἀξίους τούτους*, *Epicerdem cum filiis*. Quibus omnibus nihil poterat fingi inutilius, et locus adeo sanus est, ut quovis pignore contenderim, ne syllabam quidem auctoris aut elapsam nobis aut depravatam esse. Videamus de singulis. Principio necesse non est, ut propter *λόγῳ* infercias *ἔργῳ*. Haec vocabula duo quamvis saepe sibi diserte respondeant, tamen non raro admodum ipsius sententiae vis facit, ut alterutrum omittatur. Et sic h. l. plane inest illud *ἔργῳ* in *εἰδότες* et *παθόντες*. Nam *εἰδὼς* proprie est, *qui adfuit rei aut interfuit*. Vid. ad p. 473, 22. Ac *πάσχειν* tum demum dicimur, *quum quid experimur ipsi*. Ita etiam *πρόφασιν*, cui verbo non minus saepe opponi solet *τὸ ἀληθές* (vid. Markland. ad Maxim. Tyr. p. 702.), nude legitur in Philippi Epist. ap. nostrum Or. de Cor. p. 485. B. [ed. Francof.] *εἶτ' οἴεσθέ με λανθάνειν, ὅτι ἐξαπεστάλη ταῦτα τὰ πλοῖα, πρόφασιν μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου εἰς Λῆμνον, βοηθήσοντα δὲ Σηλυμβριανοῖς κ. τ. λ.* Conf. Wesseling. similia monentem ad Diodor. Sic. XI. 39. Ipsum vero *παθόντες* vel propter sequens *πάσχειν* loco moveri non debebat, et *οἱ παθόντες* plane sunt, quos gallice dicas *les objets de sa bienfaisance*. Ulpiani verba, *τῶν ὁρώντων καὶ παρόντων*, ad meram explicationem referenda sunt **). Sed inde tractum puto, quod a nonnullis libris in textum intruditur, *οἱ μὲν ἰδόντες καὶ παρόντες*.

---

*) Scilicet P. Manutius h. l. in editione sua notavit asterisco, cui nihil in indice respondet: quod saepissime ille commisit, ut sic lectores hiantes deluderet. Sed persaepe colligi ex aliorum indicibus aut aliunde potest, quid ille voluerit varietatis in suo indice proponere. REISK.

**) Fallitur. Scholiasten enim revera suo in libro legisse *οἱ — ἰδόντες καὶ παρόντες* nemo dubitet. Confer diversitatem scripturae e Codd. enotatam. SCHAEFER.

Deinde pro τούτων post ἄξια in Bodl. Cant. et marg. Vin. est τοῦτον, et pro ἀναξίων in iisdem et Ital. ἀνάξιον, facili utrumque lapsu. Vulgatis hic quoque nihil verius. *Maiores nostri ab Epicerde* εὖ πάσχειν ἄξια τούτων ἐνόμιζον, h. e. *credebant affectos se esse beneficio hac mercede digno.* In his clarum est ταῦτα dici *donum, de quo nunc agitur, immunitatem.* Usus is pronominis occurrit etiam p. 474, 1. Et infrà p. 494, 12. quod legimus, ἄξια τῆς ἀτελείας, id nihil aliud significat, quam nostrum ἄξια τούτων. Accusativus autem ἄξια iunctus cum εὖ πάσχειν non magis mirus esse potest, quam in forma μεγάλα εὖ πάσχειν ac similibus aliis *). Postremo ἀναξίων eodem neutro genere positum, quo ἄξια, eodem etiam refertur; casus vero secundus absolute capiendus, ut sit ὡς ἀναξίων ὄντων, *quasi illa beneficia tali mercede digna non sint.* Huius genitivi structurae et potestatis exempla praebet Dorvillius ad Chariton. p. 354. **) Criticus Lipsiensis reliquis quidem in textu pepercit, unum reposuit ἀνάξιον, nimirum ne otiosus nihil novi intulisse videretur. FR. A. WOLF. Dignus fuit Reiskius, quem Halensis editor tractaret aliquanto lenius. ἀνάξιον quidem, quod ille dedit, probari non potest: ceterum loci sensum scientissime interpretatus est. Modo veri semel reperti fuisset tenacior! Tantum igitur abest ut otiosus hic fuisse videatur, ut iusto negotiosior dici debeat. Ceterum de locutione ἄξια τούτων εὖ πάσχειν v. etiam Taylorus ad p. 494, 12. SCHAEFER.

P. 471. v. 12. εἰδότες] Vulg. εἰδόντες. ἰδόντες Paris, quintus, Ulpianus. εἰδότες August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut., unde Lambini repetiit index. Correxi εἰδότες (sine ν). *qui norunt*, Epicerden puta. REISK.

P. 471. v. 12. παθόντες] παρόντες August. primus, corrector Weimaranus, Ulpianus. Utramque lectionem dat Bavaricus. παθόντες servo. Subauditur εὖ. REISK. Non subauditur, παθόντες sunt in universum *experti.* Sane locus docet expertos esse rem iucundam: sed non ideo cogitandum de adverbii ellipsi. SCHAEFER.

P. 471. v. 12. τούτων] Redit ad immunitatem, et si qui fuerunt alii honores Epicerdi a populo Atheniense collati: et in πάσχειν subauditur ἑαυτούς ***). Sententia est: *Quod si illi, qui nossent Epicerden et fructum beneficiorum percepissent, quibus ab Epicerde essent ornati, existimarunt, honores, quos ipsi com-*

---

*) Infra p. 493, 7. ἐκεῖνοι μεγάλα εὖ παθόντες. Conf. Euripid. Hec. 257. δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ. SCHAEFER.

**) Batavi exempla diversi sunt generis. Aliquanto similius nostro Sophocleum Oed. Col. 83. ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας. SCHAEFER.

***) Quis talia pronomina subaudiat, quando verbi infiniti idem est quod finiti subiectum? SCHAEFER.

pensationis ergo Epicerdi deferrent, merita eius haud excedere. Sed suspicor adhuc aliam in libris versatam esse lectionem, scilicet *τοῦτον*, quam reperi in libro Weimarano, neque illam contemnendam. *Quod si illi, qui τοῦτον* (hunc Epicerden) *) *nossent et eius liberalitate essent ornati, existimarunt, eum non nisi meritis quaesita suis ferre praemia a se, qui eum rursus ornarent honoribus.* REISK.

P. 471. v. 13. ἀκούοντες] ἀκούσαντες Paris. primus. REISK.

P. 471. v. 13. ἀνάξιον] Vulg. ἀναξίων. ἀνάξιον Weimaranus, quomodo correxi. REISK. Verum ἀναξίων praeter Halensem editorem revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 471. v. 15. αὐτὸς —] [ὁ αὐτὸς —.] Deest in plurimis exemplaribus, ut e. c. in Vindob., vox prima: in optimo Lindenbrogiano occupavit locum τοῦ οὗτος. Certe οὗτος tuto abesse potest. TAYLOR. ὁ αὐτὸς Paris. quintus, editio Taylori. αὐτὸς bene habet idemque est atque ὁ αὐτός. Sic Attici saepissime. REISK. ὁ αὐτὸς τοίνυν ἐστί μοι λόγος οὗτος —. *Idem plane mihi dicendum est* etc. Articulus ante αὐτὸς in libris quibusdam extritus est, sed eum graeca consuetudo exigit. Ait quidem Reiskius libros illos temere imitatus, αὐτὸς ab Atticis poni pro ὁ αὐτός, id vero vellem exemplis demonstrasset. Tu credes potius Valckenario ad Euripid. Phoen. 927. FR. A. WOLF. αὐτὸς Bekker. αὑτὸς Dindorf. SCHAEFER.

P. 471. v. 16. περὶ τῶν — καταλυσάντων] De praemiis eorum, qui CCCC virorum potestatem fregerant, dubito an ulla alibi memoria exstet. Οἱ Τετρακόσιοι sunt ii, qui, auctoribus maxime Pisandro et Antiphonte, sublata democratia, imperium acceperunt Olymp. 92, 1. anno exeunte. Quae oligarchia praeludebat graviori ac longiori dominatui XXX tyrannorum. Illis enim imperium quatuor mensium fuit, abolitum iam Olymp. 92, 2. Arch. Theopompo. Vid. Thucydid. VIII. 64. seqq. Diodor. XIII. 36. seqq. Aristot. ap. Harpocrat. v. Τετρακ. et cf. Taylori Vit. Lysiae p. 114. Post id factum septem annis evenit, quae mox memoratur, *fuga popularium*, ὅτ' ἔφευγεν ὁ δῆμος, metu tyrannorum. Eo tempore qui civitati opem tulerant, praemiis postea honestati sunt, etiam μέτοικοι, teste Lysia Or. XXXI. p. 887. FR. A. WOLF.

P. 471. v. 18. δεινότατ' ἂν ἡγοῦμαι παθεῖν] Verba sic ordinata dat August. primus et Bavaricus: ἡγοῦμαι δεινότατ' ἂν παθεῖν. REISK.

P. 471. v. 22. εὐχέσθω] Post h. v. videtur deesse βέβαια μένειν. REISK. Post εὐχέσθω Reiskio videbatur excidisse βέβαια

---

*) Aliud agens hic posuit τοῦτον, quod inferius ponendum fuit. SCHAEFER.

μένειν. Non vidit igitur, ταῦτα nihil esse aliud, quam illud, τὴν πόλιν πολὺ ἀπέχειν τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου. Nam id cum fugere non poterat, graece dici εὔχεσθαί τι θεῷ τινί. Ceterum h. l. egregia conversio sententiae notetur. Post τὴν πόλιν exspectamus, dum inferatur ἐκεῖνος ἁμαρτάνει vel simile quid. Id vero mutatur boni ominis caussa. FR. A. WOLF.

P. 471. v. 23. νόμου] Sic correxit Weimaranus vitiosum νόμον Ald. REISK.

P. 471. v. 24. δεήσει] δεήσῃ August. primus. REISK.

P. 471. v. 25. τὰς ἀσφαλῶς οἰκεῖν οἰομένας πόλεις] Verbum neutrum h. l. est οἰκεῖν, ut saepe apud Atticos. Isocrates in eiusdem tenoris sententia Areop. p. 205. ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας κ. τ. λ. FR. A. WOLF.

P. 471. v. 26. ἐπ' ἀμφότερ'] in utramque partem, alias in meliorem, alias in peiorem. SCHAEFER.

P. 471. v. 27. τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας] In hoc et in opposito, τοὺς δὲ ἐν πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ, denuo πόλεις cogitabis, quod ante legebatur. Quippe masculina participia tantum variandae orationi serviunt. FR. A. WOLF.

P. 471. v. 28. πάντα ἐξητασμέν'] *summa omnium rerum diligentia et cura:* contra πάντα ταῦτα ἀμελούμενα. Ita *industria* et *incuria* inter se opposita sunt in simili loco Sallust. in princ. Epist. de Rep. ord. FR. A. WOLF.

P. 472. v. 1. ἀπάσῃ] πάσῃ Fr. A. Wolf. secutus cognominem. SCHAEFER.

P. 472. v. 2. ὑπέῤῥει] Hic loci est active accipiendum. Saepe *) ῥέω, ut latinum *fluere* et *ruere*, idem est atque *effundere*, *pervertere*. Sententia est: nisi rerum harum omnium contemtus atque neglectus florentissimas respublicas clam et sine sensu carpendis et labefactandis earum fundamentis subruerent. REISK. Tropi similes eius, qui verbo ὑπέῤῥει inest, in quaque paene lingua frequentantur. Simili item usus noster Olynth. II. p. 22. E. [ed. Francof.] de *fortuna dilabente* habet καταῤῥεῖν, ubi Scholion: διαφθείρεσθαι, ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς τοίχου τινὸς παλαιοῦ, ὅταν ὑπὸ τῆς παλαιότητος καὶ τοῦ χρόνου αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διαβιβρώσκηται καὶ ἀναλίσκηται. Notabilem autem nostrum locum facit activa vis verbi ὑποῤῥεῖν, propter quam etiam a Lexicographis inde a Budaeo **) laudatus est, quum exemplum eius videretur unicum esse. Recte. Sed quod superest, ut cum usum caussis suis explicemus, possit fortasse ab aliquo huc illud trahi, quod

*) Non saepe, sed satis raro. SCHAEFER.

**) sed, quod mireris, habente suspectum mendae. V. H. Stephani Thesaur. c. 8175. A. SCHAEFER.

simplex verbum ῥέω non prorsus insolenter occurrit sensu transitivo *effundendi*, de quo vid. Musgrav. ad Euripid. Hecub. 528. Brunck. ad Apollon. Rhod. III. 225. et Ruhnken. Epist. crit. II. p. 264. Possit adeo latinum *ruo* comparari, quod ut ortum est ex gr. ῥύω, h. e. ῥέω, ita interdum originis suae antiquam potestatem activam servat, in compositis maxime, ut in *diruo, obruo, proruo, corruo, subruo*, quorum postremum plane reddit nostrum ὑποῤῥεῖν. His tamen rationibus omissis potius haec simpliciora sequenda censeo. Bene et ad analogiam sermonis apte res dici potest ὑποῤῥεῖν τι, (h. e. ῥεῖν ὑπό τι,) quae aliam rem *subterlabitur* et ita facit, ut ea subsidat deque statu suo deiiciatur. De aqua proprie id usurpare licet: at quidni facili translatione idem liceat in aliis rebus omnibus, quibus quid labefactatur, subvertitur aut corruit? Iam non in verbo ipso vis activa quaeri debet, sed in verbi et praepositionis coniunctione, quo modo transitiva fiunt cognata, παραῤῥεῖν, διαῤῥεῖν et alia. Ita iam sententiam vertes: *Hae autem res, quas dixi, neglectae et contemtae l a b e f a c t a n t a t q u e s u b r u u n t p a u l l a t i m eas civitates, quae optimo sibi videbantur loco stare omnique genere felicitatis frui.* Aliter verbum accepit Valckenarius ad Theocrit. VII. 121. prim. edit. Rectius, an secus, facile nunc erit iudicare. FR. A. WOLF. Multum erravit Batavus Demosthenicum comparans cum Theocriteo τό τοι καλὸν ἄνθος ὑποῤῥεῖ. Sed magis etiam erravit nostras Schneiderus ὑπέῤῥει mutandum esse suspicans in ὑπεκρεῖ Lex. Gr. s. v. Ὑποῤῥέω. Conf. p. 412, 12. s. Mox corrig. τῶν γὰρ —. Taedet pigetque talium vitiorum, quae non socordia corrigentis typothetica specimina neglexit, sed infeliciter praetervecta est caligo oculorum. SCHAEFER.

P. 472. v. 3. τῷ — μηδενὸς καταφρονεῖν] Hoc est, *nihil omnium negligendo, nihil existimando esse tam minutum, ut cura et animadversione sua indignum sit.* FR. A. WOLF. μηδενὸς neutrius esse generis docent superiora, πάντα ἐξηταςμένα p. 471, 28. et πάντα ταῦτ' ἀμελούμενα p. 472, 2. SCHAEFER.

P. 472. v. 6. τὴν πόλιν ὑμῖν] Forte cum Ald. Ven. Codd. Regg. ζ. η. Vindob. τὴν πόλιν ὑμῶν, vel cum α. et β. τὴν πόλιν ἡμῶν. TAYLOR. ἡμῶν August. primus, Bavaricus. REISK. Tertius casus recte habet, frequenter sic a Graecis pro secundo poni solitus, qui praesertim hoc loco ad verbum ἀγαπλήσει trahi possit. FR. A. WOLF. ὑμῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 472. v. 6. πονηρᾶς δόξης] πονηρᾶς τε δόξης August. primus. REISK.

P. 472. v. 7. ἐάν τέ τι συμβῇ ποτε] Vocabulis καλῶς πράττουσαν τὴν πόλιν respondent haec, ἐάν τι συμβῇ ποτε, *si quid acciderit*, notus euphemismus. Conf. ad p. 490, 16. FR. A. WOLF. Bekkerus: „ποτὲ] ποτὲ ἀλλοιότερον γρ. S." Conf. mea in H. Stephani Thes. c. 1868. A. SCHAEFER.

P. 472. v. 7. ἐθελησόντων] ἐθελησάντων August. primus. REISK.

P. 472. v. 8. αὐτὴν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 472. v. 8. οὐ τοίνυν μόνον κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 236. REISK.

P. 472. v. 12. οἵων] οἷον August. primus. REISK.

P. 472. v. 13. ἄλλους] Abest ab Aristide l. c. REISK.

P. 472. v. 15. συμμάχους — πολέμου] Quum antecesserit ὑμᾶς statimque sequantur ὑμετέρᾳ et ὑμᾶς, mirum est in nullo libro occurrere συμμάχους ὑμῖν. Similiter p. 473, 3. displicere potest πύλας ἡμῖν, quum et ibi ter repetatur secunda persona. Nihil tamen in neutro loco muto. Vid. quae dixi ad p. 468, 21. Ὁ πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμος bellum est, quod decem annis post Peloponnesiacum exarsit, ut statim notabimus. FR. A. WOLF. Tam hic quam altero illo loco malim ὑμῖν. Talia quomodo disceptari oporteat, (librorum enim in his nulla est auctoritas,) dixi ad p. 11, 2. Conf. not. ad v. 22. SCHAEFER.

P. 472. v. 16. συμφέρει] Bekkerus: „Malim συμφέροι." Ego etiam malim. SCHAEFER.

P. 472. v. 18. μοι] Sic correxit Weimaranus in Ald. pro vitioso μου. REISK.

P. 472. v. 20. φυγόντας] φεύγοντας Bavaricus, in cuius margine vulgata cum γρ. legitur, Paris. secundus. REISK.

P. 472. v. 20. ἀναγκάζομαι δὲ λέγειν κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 256. REISK.

P. 472. v. 20. ἀναγκάζομαι — ἀκήκοα] Excusat se, quod commemoret quae ipse audierit e senioribus auditorum. SCHAEFER.

P. 472. v. 20. δὲ] Ita editiones vetustae. Francofurtensis δή. Abest a Vindob. TAYLOR.

P. 472. v. 21. αὐτὸς] Abest ab August. primo. REISK.

P. 472. v. 22. ἡμῖν] Bekkerus: „ὑμῖν F." Secunda persona placet: videturque ea usus Orator, quo gravius coronam moneret, quid nunc factu opus esset. SCHAEFER.

P. 472. v. 23. ἡ μεγάλη μάχη —] Facta est ea pugna Diophanto Archonte, anno 2. Olymp. 96. Eam satis fuse narrat Xenophon Lib. IV. Hellenicorum. PALMER. ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους — ἡ ἐν Κορίνθῳ h. e. *ad Corinthum*, *in agro Corinthio*, nominatim ἐν τῇ Νεμίᾳ, *in agro Nemeensi*, ut Xenophon scribit Hellen. IV. 2. 8., qui cum Diodoro XIV. 83. collatus nostro loco lucem dat et ab eo vicissim accipit. Proelium, cuius Demosthenes meminit, factum videtur Olymp. 96, 2., primo anno eius belli, quod a Boeotis, Atheniensibus, Argivis, Corinthiis aliisque foederatis adversus Lacedaemonios gestum auctores

passim *Corinthium* vocant. Terminavit id bellum pax Antalcidae, ut narratur mox p. 473, 7. s. et apud Aristidem T. I. p. 460. Conf. Wesseling. ad Diodor. l. c. De toto bello plura sciremus, si superessent hodie historici, quos Schol. laudat, Ephorus et Androtio. Optime tamen hic locus noster docet, duas tum Corinthi factiones fuisse, unam Spartanam, alteram Atticam. Ad illam spectant verba τῶν ἐν τῇ πόλει et τῶν πολλῶν, ad quae conf. Xenoph. c. 4. §. 1., ubi pacis suasores ait fuisse Corinthiorum τοὺς πλείστους καὶ βελτίστους. Altera factio et milites Athenienses designantur verbis τοὺς στρατιώτας. FR. A. WOLF.

P. 472. v. 26. τοὺς στρατιώτας] suos scilicet, Corinthios vestrosque. REISK.

P. 472. v. 26. πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι] *legatos de pace aut induciis mittere Spartam*, ad Ephoros, quorum fuit talis consultatio. Harpocratio: ἐπικηρυκεία· τὸ περὶ διαλλαγῶν καὶ φιλίας κήρυκας πέμπειν. Verbum inde ductum, quod legationibus de pace fere caduceator, κήρυξ, addi solebat. Vid. Aeschin. in Ctesiph. p. 437. F. seqq. FR. A. WOLF.

P. 472. v. 28. τῆς] Abest a P. Manut. REISK.

P. 473. v. 3. ἡμῖν] V. not. ad p. 472, 15. SCHAEFER.

P. 473. v. 3. βίᾳ τῶν πολλῶν] *invita et reluctante multitudine*. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 472, 23. SCHAEFER.

P. 473. v. 5. στρατευομένων] Vulg. στρατευσαμένων. στρατευομένων Paris. secundus, August. primus. Correxi στρατευομένων. REISK. στρατευσαμένων Fr. A. Wolf. et Bekker. V. not. ad v. 7. SCHAEFER.

P. 473. v. 6. εἰσέφρουν] Haec est lectio Codd. MStorum atque itidem editionum plurimarum ante Francofurtensem. Eam vero scripturam in ista editione non consilio, ut arbitror, sed imprudentia immutatam arbitror in εἰσέφερον. εἰσέφρουν est verbum Demosthenicum, ut notavit Harpocratio: quem vide in *Εἰσφρήσειν*, Valesium ad locum et Budaeum Commentar. p. 350. Aristophanes Vesp. 886.

Εἴ τις θύραισιν ἡλιαστὴς, εἰσίτω,
Ὡς, ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν.

Suidas: *Εἰσφρήσειν*, εἰσάξειν, εἰσδέξασθαι. πολὺ τοὔνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσιν. Nec apud oratores solum, verum etiam apud priscam Comoediam, ut observavit Harpocratio. TAYLOR. Similem glossam v. apud Ulpianum ad Orat. Chersones. *Εἰσφρῆσαι*] πολὺ τοὔνομα παρὰ τῆς ῥήτορσιν, ἀντὶ τοῦ εἰσάξειν καὶ εἰσδέξασθαι. V. istam orationem n. 18. ed. Lutet. IDEM *in Schedis*. εἰσεφρούρουν August. primus, ad quod adscripsit Fabricius seu Wolfius: „F. εἰσέφρουν." Idem tamen Wolfius, qui sic censebat doctus meliora a Paris., nihilominus tamen suum εἰσέφερον (nam ipsi auctori imputo) in Herwag. immisit postremam, unde in Franco-

furt., qua Taylorus usus est, manavit: nisi forte e prima Herwag. hausit, illa, quae Erasmi Roterodami praefationem prae se fert: REISK. Herv. et Wolfii omnes obsidet εἰσέφερον. Scilicet, si forte exercitum humeris gestarunt. Vulgatum Taylorus exstituit e collatione meliorum librorum. εἰσφρεῖν, ἐκφρεῖν, διαφρεῖν, ἐπεισφρεῖν Atticorum sunt, et idem sonat εἰσφρεῖν, quod alibi et p. 475, 1. est εἰσάγειν, intromittere, quo sensu nemo graece unquam dixit εἰσφέρειν. Vid. Harpocrat. Suidam et Etymol. M., cuius Grammatici verba attulit Brunckius ad Aristoph. Aves 193. Conf. praeterea Comici Vesp. 125. 156. 162., ubi item Brunckius recte ἐκφέρειν mutat in ἐκφρεῖν, et Euripid. Troad. 647. Alcest. 1059. et Demosth. de Cherson. p. 77. E. [ed. Francof.]. FR. A. WOLF. Hunc locum respiciens Zonaras T. I. c. 647.: Εἰσέφρουν. εἰσεδέχοντο. οἱ δὲ τὰς πύλας ἀνοίξαντες εἰσέφρουν τὸ στράτευμα. V. not. ad p. 93, 17. SCHAEFER.

P. 473. v. 7. καὶ ὑμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. καὶ ὑμᾶς August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. Correxi καὶ ὑμᾶς. REISK.

P. 473. v. 7. ἐπειδὴ δ' ἡ πρὸς] Vulg. ἐπειδὴ δὲ πρὸς. ἐπειδὴ δ' ἡ πρὸς August. primus. Et sic correxi. REISK. Ex Aug. 1. Reiskius scripsit ἐπειδὴ δ' ἡ πρὸς — non maiore, puto, iure, quam quo antea ex eodem codice et Par. 2. arripuit τότε στρατευομένων. FR. A. WOLF. ἐπειδὴ δὲ πρὸς etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 473. v. 8. εἰρήνη — ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου] Non male vertit Wolfius ἐπὶ Ἀνταλκίδου *duce Antalcida.* Vult Demosthenes: Antalcida *auctore* et huic rei *praefecto;* qui *praecipuum locum* in ista pace componenda habuit. Qua de re vide Xenophontem Ἑλλην. lib. IV. p. 538. ed. Leuncl. et lib. V. p. 550., ubi conditiones habes pacis istius infamis, quae vocabatur ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου εἰρήνη. Caeterum minus nota est vulgo haec significatio praepositionis ἐπὶ, quae *auctoritatem* denotat illius, de quo sermo fit. Sic ἐπὶ σοῦ, *te auctore,* ut recte et erudite vertitur apud Lucianum Saturnal. p. 632. ed. Graev. Et ita forte intelligendum difficile istud Marci II. 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ, *auctore Abiatharo.* ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, *auctoribus* (non *coram*) *duobus vel tribus testibus,* 1. Tim. V. 19.: quod alibi (2. Cor. XIII. 1. ex Deuteron. XIX. 15.) dicitur ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν, *auctoritate oris duorum* etc., id est, auctoritate duorum vel trium testium *narrantium* vel *deferentium.* Sed de isto Marci loco etc. alias σὺν θεῷ plenius et accuratius. MARKLAND. Ita ubique vocatur pax, cuius pangendae navarcho Antalcidae a Lacedaemoniis auctoritas data est. Scilicet hunc sensum in hac locutione habet particula ἐπὶ, ut *auctoritatem* notet. Observatio haec est Marklandi, quam praefero rationi Casauboni ad Polyb. I. 6. Sic saepe ἐπὶ μάρτυρός τινος dicunt N. T. auctores, ut I. Timoth. V. 19. II. Corinth. XIII. 1. veteresque reliqui. Qui ubi dicunt, factam rem esse ἐπί τινος, nobis verten-

dum *auf jemandes Veranlassung, auf Betrieb, auf das Ansehen, auf die Gewähr.* Monui hoc ideo, quia exempla sunt, ubi VV. DD. huius potestatis immemores textum scriptorum corrigere tentarunt. FR. A. WOLF.

P. 473. v. 13. ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς] Sic Cicero in Officiis: *In nonnullis rebus turpem ipsam dubitationem et deliberationem.* H. WOLF.

P. 473. v. 13. ὁ λόγος — τοῖς σκοπουμένους] *Statim hoc ipsum vobis turpe erit, si rumor vulgaverit, Athenienses consultare* etc. ὁ λόγος est *hoc* seu *ea res, de qua loquimur.* Vid. Brunck. ad Sophocl. Aiac. 1268. πρῶτον apponitur, ut alibi εὐθύς, et pro ὑμῖν est τοῖς σκοπουμένοις. FR. A. WOLF. Horum mihi nihil placet. Primum enim λόγος nego usquam esse i. q. πρᾶγμα: miror que etiam Hermannum ad Sophoclis l. c. probasse rationem Brunckianam. Illic quidem quid nos cogit hanc vocem aliâ quam suâ significatione intelligere, cum continuo sequatur εἴ τις ἀκούσειεν? *) Deinde πρῶτον non est i. q. εὐθύς, sed valet idem quod ubique, *primum*, etsi ἔπειτα non sequitur: quod propterea accidit, quia recitatio psephismatis interpellavit tenorem orationis. Conf. p. 477, 12. et Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 149. Denique τοῖς σκοπουμένοις non est pro ὑμῖν, sed hunc sensum habet: *si qui rem perpendant, iudicio arbitrorum idoneorum.* Sophocles Antig. 904. καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ. ad q. l. v. Scholiasten. SCHAEFER.

P. 473. v. 13. πρῶτον] Cum ἔπειτα non insequatur, videtur aliquid deesse: aut πρῶτον non *primum* hic loci significat, sed *statim, confestim.* REISK.

P. 473. v. 16. δέ μοι] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 473. v. 20. τοῖς φεύγουσι] Congruentius forte τοῖς φυγοῦσι propter ἐψηφίσασθε, et quia de re praeterita loquitur. MARKLAND. Propter Marklandum, qui aoristo ἐψηφίσασθε inductus τοῖς φυγοῦσι corrigebat, etsi ad φεύγουσιν et φεύγοντας p. 475, 8. et 11. nihil monuit **), notare debemus, vocem φεύγων, ubi simpliciter *exulem* indicat, non minus quam ubi *reum*, per omnia tempora dici, quippe omnino pro substantivo acceptum. Exempla eius usus occurrunt tanta copia, ut de eo dubitare non liceat. Sed est, ubi id ipsum dubitationem habeat, utra vis locis aptior sit, participii, an substantivi. Ita p. 472, 20. supra facile ferimus τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας. Contra apud Lycurgum in Leocr. p. 149. scribendum: οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φυγόντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν. Sed haec confusa sunt saepissime. FR. A. WOLF.

---

*) Haec dudum commentatus vidi idem perspecte monuisse novissimum editorem Lycurgi p. 179. SCHAEFER.

**) Immo monuit. SCHAEFER.

P. 474. v. 12. *ταῦτα δὲ — διώρισται*] *νόμοι* et *leges* et *consuetudines* sunt, *δόξαι opiniones* et *iudicia* hominum. Quae utraeque res quomodo respiciantur in affinitatibus iungendis, per se patet. Caussa nulla est, cur locum cum Marklando pro mutilo habeamus. Non male respondent quae sequuntur, *γένει καὶ δόξῃ*, siquidem *γένος* ad *νόμους* pertinet. Sunt enim leges de nuptiis legitimis. FR. A. WOLF.

P. 474. v. 13. *κοινῇ — σώζῃ*] Scilicet *σκοπεῖ*. *civitas contra, a quocunque beneficiis affecta aut servata est, eius publice rationem habet;* scilicet *in hominibus sibi adiungendis, in praemiis et honoribus tribuendis*. Verum haec posteriora quum facile subaudiantur, non diserte poni opus erat. Proxima, *τοῦτό δ' οὐ γένει καὶ δόξῃ κρινόμενον ἴδοι τις ἄν, ἀλλ' ἔργῳ*, sic accipe: *tale autem iudicium fieri videas non ex generis aut opinionum ratione, sed ex factis*. Videlicet in homine, qui nos demeruit, non quaerimus publice, ante quam remuneremur, *cuias* sit, quam *frugi*, quam *nummatus*, *albus an ater;* unice spectamus *facta*, spectamus magnitudinem eorum, quae in nos ab eo profecta sunt. Satis dixi, ne quis Reiskio concedat, verba manca esse tollendumque *κρινόμενον*, quod vitio abest Par. 1. et Aug. 1. FR. A. WOLF.

P. 474. v. 15. *αὐτὸν*] *αὑτὸν* Dindorf. Non imiter. SCHAEFER.

P. 474. v. 15. *σώζῃ*] Post *σώζῃ* subauditur *εἰ ἄξιόν ἐστι τοῦτον ἀντιτιμᾶν καὶ ἀντευποιεῖν*. Et vereor profecto, ne tale quid desideretur. Privati considerant, num quis dignus sit gener, ut hoc utar, aut suus aut alius cuiusquam aut eiusmodi quid fieri: civitas autem, dignus num quis sit, spectans hoc spectat, num quis, a quo sit ornata et e periculo servata, dignus sit, quem honoribus et praemiis remuneretur. Vel subauditur potius *τοῦτον ἄξιον ἑαυτῆς κρίνει*, hunc se dignum censet, h. e. dignum, qui suus euergeta, sospitator appelletur. REISK.

P. 474. v. 15. *γένει καὶ δόξῃ*] Pro his paullo ante v. 13. posuerat *νόμοις καὶ δόξαις*, quae non mutuo respondent. Wolfius vertit ita, quasi legisset supra: *ταῦτα δὲ [καὶ γένει] καὶ νόμοις τισὶ καὶ δόξαις διώρισται*. Quo admisso, hic debuit esse: *γένει [καὶ νόμῳ] καὶ δόξῃ*. Mutila igitur haec videntur. Vide Scholiasten Graecum. MARKLAND. Wolfium ita legisse constat, cum in Annotationibus ita locum citet et Nannium adducat verba ista *καὶ γένει* in interpretatione sua omittentem. TAYLOR. Mutilum esse locum iure negat Halensis editor ad v. 12. Suspicor autem Leptinem eiusque subscriptores legi suae speciem etiam inde quaesivisse, quod in *τοῖς εὑρημένοις τὴν ἀτέλειαν* homines numerari *ἀγενεῖς καὶ ἀδόξους* dictitarent. Quod si recte suspicor, ne verum quidem est verba *γένει καὶ δόξῃ* respondere superioribus *νόμοις τισὶ καὶ δόξαις*. SCHAEFER.

P. 474. v. 16. [*κρινόμενον*]] Abest a Paris. primo, August. primo. Inclusi uncis. Satius fuisset plane tolli. Dictio *ἰδεῖν τι*

ἔργῳ, οὐ νόμοις καὶ δόξῃ, significat *spectare quid*, h. e. diiudicare, aestimare, *ex ista re et facto, non e legibus neque ex opinione hominum.* REISK. Uncos servavit Bekker. Vocem delevit Dindorf. SCHAEFER.

P. 474. v. 17. ἐάσομεν] ἐάσωμεν August. primus. ζητήσομεν Paris. quintus. REISK.

P. 474. v. 18. δὲ πάθωμεν] Vulg. δ' εὖ πάθωμεν. δὲ πάθωμεν (sine εὖ) Paris. primus, August. primus. Et sic correxi: nam εὖ facile e superiori εὖ ποιεῖν iteretur. REISK. ἐπειδὰν δ' εὖ πάθωμεν. Reiskius ex Par. 1. et Aug. 1. ἐπειδὰν δὲ πάθωμεν. Sane omitti potuit vocula, quae iam ante bis posita esset; at potuit eadem adiici, idque propter ipsam vim sententiae. Iam adiectam esse ab auctore testes sunt libri omnes praeter istos, qui saepe in vitiis conspirant. De reliquo, futurum βουλευσόμεθα structura sua bene sequitur priora, ἐάσομεν et σκεψόμεθα. Certe lusit coniectura Marklandus, qui mallet: οὔκ· ἂν ὀρθῶς βουλευσώμεθα, *nequaquam; si rectum consilium capiamus.* Est tamen οὐκ ἂν ὀρθῶς in Bav. codice. FR. A. WOLF. Vere Reiskius ἐπειδὰν δὲ πάθωμεν. εὖ revocans Wolfius non vidit corrumpere se orationis concinnitatem. Ut enim sequitur simplex τοῦ ποιήσαντος, ita antecedere debet simplex πάθωμεν. SCHAEFER.

P. 474. v. 19. οὐκ ἄρ' ὀρθῶς βουλευσόμεθα.] Mallem: οὔκ· ἂν ὀρθῶς βουλευσώμεθα. *nequaquam; si rectum consilium capiamus.* Wolfius videtur legisse οὐκ ἆρ' ὀρθῶς βουλευσόμεθα; interrogative et ironice: cui nullatenus adsentior. MARKLAND. οὐκ ἂν ὀρθῶς Bavaricus. REISK.

P. 474. v. 19. ἀλλὰ νὴ Δί' οὗτοι μόνοι —] *Leuco, Epicerdes et reliqui.* Saltem primo adspectu hos omnes animo repetimus. Nescio tamen, an primaria notio sit οἱ ξένοι, ut et posthac περὶ τούτων sit περὶ ξένων. Conf. p. 477, 7. Atque hoc video Augerio probari. Pro lectione τὸν λόγον, quae editt. plerasque omnes occupat, vere e libris Taylorus substituit τοσοῦτον λόγον. Hoc secutus sum cum Reiskio. FR. A. WOLF. οὗτοι et τούτων vix quisquam dubitet indicare eos, quos Orator supra commemoravit. V. Reiskius ad v. 20. SCHAEFER.

P. 474. v. 20. πείσονται] ποιήσονται August. primus, cui Fabricius seu Wolfius suum *perperam* adscripsit. REISK.

P. 474. v. 20. τοσοῦτον λόγον] [τὸν λόγον.] Plenius MSS. τοσοῦτον τὸν λόγον, vel λόγον τοσοῦτον, Vindob. Ven. Ital. Regg. α. β. ποιήσομαι λόγον τοσοῦτον Lindenbr. μόνων item (pro μόνον edit. 1604.) restitui ex superioribus editionibus et MSS. TAYLOR. Vulg. τὸν λόγον. τοσοῦτον λόγον August. primus et Bavaricus, sed hic e correctione, nam a prima manu fuisse videtur τόσον. Parisini duo, primus et secundus, quid dederint, idemne cum Augustano et Bavarico, scilicet τοσοῦτον λόγον, an τοσοῦτον τὸν λόγον, dubium possit esse. Sed videntur illud potius quam hoc

dedisse, quod illud cum more graeci sermonis melius conveniat. Correxi τοσοῦτον λόγον. Pronomen οὗτοι redit ad supra dictos, Leuconem, Epicerden, Corinthios exsules, vel ad hos, quos modo dixi postremos, tantum. REISK. λόγον τοσοῦτον Bekker. SCHAEFER.

P. 474. v. 20. λόγον;] Sic etiam in Halensi editione interpunctum. Verius pro hypophora hanc enuntiationem habens Bekkerus non signo interrogationis, sed puncto distinxit. Docet formula νὴ Δία propria hypophorarum. SCHAEFER.

P. 474. v. 21. ἐξετάζειν] *commemorare, enumerare, recensere.* ὧν ἐπέρχεταί μοι πρώτους ἐξετάσαι τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας p. 472, 18. SCHAEFER.

P. 474. v. 26. Θασίους τοὺς μετ' Ἐκφάντου] Lucramur ex h. l. nomen Thasii, qui ducem se factioni praebuerat, quae Thrasybulo, τῷ δημοτικῷ, Thasum insulam et urbes Thraciae adiunxit. Rem ipsam narrant Xenophon Hellen. in prioribus libri primi, ubi inprimis vid. c. I. §. 23. et c. IV. §. 4., et Diodorus Sic. XIII. 72. Pertinet res ad Olymp. 92, 4., hoc est, ad annum belli Peloponn. 23., ut auctor noster cum Xenophonte collatus docere potest. Diodorus paullo serius ponit, ut docte ad eum auctorem monuit Wesselingius. FR. A. WOLF.

P. 474. v. 27. ἀφέλησθε] ἀφαιρῆσθε Paris. primus. ἂν [pro ἐὰν] ἀφαιρῆσθε August. primus. REISK. ἀφαιρῆσθε Bekker. SCHAEFER.

P. 474. v. 27. οἳ παραδόντες ὑμῖν Θάσον κ. τ. λ.] Exstat haec historia apud Diodorum Sic. lib. 13., qui huic loco locum dat et ab eo vicissim accipit. PALMER.

P. 475. v. 1. ἑαυτῶν] αὐτῶν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 475. v. 3. Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην] Hinc quoque notitiam quandam lucramur in historia, quam brevius tangit Xenophon Hellen. IV. 8. 27. Haud diversam enim rem ab historico narrari fidem faciunt, quae apud eum leguntur de decimis Ponticarum navium venditis. Nam id ipsum vectigal quum iam prius Athenienses exegissent, eo spoliati videntur clade ad Aegospotamos. Vid. Xenoph. Hellen. I. 1. 14. Polyb. IV. 44. Heraclides an alibi occurrat, equidem nescio. Sed Archebius in studiosis Atheniensium numeratur a nostro in Aristocrat. p. 756. B. [ed. Francof.]. Ambo h. l. principes dicuntur Byzantiorum civium, qui partibus Atheniensium faventes urbem suam, Lacedaemoniis tum subiectam, in illorum societatem et ditionem redegerunt. Factum id est circ. Olymp. 97, 1. FR. A. WOLF. Archebius pater fortasse illius, quem commemorat Orat. in Aristocrat. p. 756. B. Nam quo minus eundem putes tempora vetant. IDEM *in Ind.*

P. 475. v. 4. παραδόντες] παρασχόντες Bavaricus. REISK

P. 475. v. 5. ἀποδόσθαι] Verbum ἀποδόσθαι proprium est in re vectigalium, sicut lat. *vendere; verpachten:* ex eodemque genere est ὠνεῖσθαι τὰ τέλη, *publica redimere*, unde τελώνης, δεκατώνης, quem alias dicunt δεκατευτήν. Conf. Harpocrat. in h. v. Notanda est haec notio emtionis et venditionis vectigalium, ut quae vim suam in ipsum ius antiquum habuit. FR. A. WOLF.

P. 475. v. 5. εὐπορήσαντας] εὐπορίσαντας Ald. P. Manut. REISK.

P. 475. v. 6. Λακεδαιμονίους — τὴν εἰρήνην] Hic tandem silentium rumpere debuissent Intpp. Sed et bonus Ulpianus silet. Ille vero locus diu male habuit, propterea quod vix accipi posse videbatur de pace Antalcidea, quam constat omnes Atticos ubique tam vehementer detestari. Adeant, quibus hoc novum est, locos citatos a Moro ad Xenoph. Hellen. IV. 8. 12. Verum tamen quae alia pax in h. l. memorari potuerit, non invenias, praesertim si Xenoph. Hellen. V. 1. 32. compares. Statuendum ergo, tres insulas, Lemnum, Imbrum et Scyrum, ex conditionibus istius pacis Atheniensibus relictas, Demostheni satis visum esse, ut dicere non dubitaret, eam pacem populo suo utilem et ex animi sententia factam. Magis hoc mihi persuasit locus Andocidis de Pace p. 95., quae tota Oratio insigne specimen est rhetoricae fidei. Omnino quum res publice gestae a nostro narrantur, plerumque oratorem narrantem audimus, non historicum. FR. A. WOLF. Non dicam Oratorem hic scripsisse quod historicae fidei adversaretur. Sane utilis et ex animi sententia facta Atheniensibus pax Antalcidea dici potuit: pervicerunt enim ut obtinerent quae ab initio negata erant, (v. Xenophont. Hellen. IV. 8. 15. coll. V. 1. 31.) dedecusque pacis ad solos Lacedaemonios redundavit. Ut autem plura non obtinerent, fecit quod καθ' αὑτοὺς οὐκ ἦσαν ἀξιόμαχοι. V. Diodorus Sic. XIV. 110. Meminisse igitur debuerat Wolfius, Demosthenem, cum scriberet τοιαύτην, οἵαν ὑμῖν ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, respexisse, non quid totius Graeciae fieri interfuisset, sed quid civitatis Atheniensium. SCHAEFER.

P. 475. v. 10. εὐεργεσίαν] Margo edit. Benenati ἐπιγαμίαν. Omnino recte, unde unde adripuerit, nam in Codd. non videtur tamen lectionem reperisse. Ita in Decreto Byzantinorum Perinthiorumque apud Demosthenem de Corona: δεδόχθω τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, κτᾶσιν γᾶς etc. p. 256, 6. TAYLOR. ἐπιγαμίαν margo Lutet. sine auctore. Lambini videtur ea esse coniectura, sed vana. Neque ego in meorum librorum ullo reperi, neque Taylorus in suorum. Quapropter ea lectio mihi valde est suspecta. ἐπιγαμία non solebat singularibus hominibus, sed tantummodo totis populis tribui. Singulares si qui cives fierent Athenienses, cum civitatis iure ius quoque cives Atticas in matrimonium ducendi im-

petrabant, ut nil opus esset illis hoc ius disertis verbis impertire. Toti autem popùli si iure civitatis Atticae donarentur, de iure ultro citroque communicandorum matrimoniorum disertis verbis commemorabatur in decreto; et id merito quidem. Servamus itaque, invito quamvis Tayloro, εὐεργεσίαν, vulgatam lectionem, quae significat, Archebio et Heraclidae, Byzantinis,*) una cum aliis honoribus hunc quoque decretum esse, ut εὐεργέται, benefactores populi Atheniensis, appellarentur, qui honor olim non mediocris erat neque mediocri contentione et ambitione quaerebatur. REISK. Nullius auctoritatis lectio est in marg. Ben. ἐπιγαμίαν, quae tantopere arridet Tayloro et Augerio. Recte contra est monitum, ἐπιγαμίαν, h. e. *ius mutui connubii*, non privatis, sed civitatibus et populis dari moris fuisse. Occurrit res v. c. in Xenoph. Hellen. V. 2. 12. Psephism. Byz. et Perinth. in Orat. de Cor. p. 487. E. [ed. Francof.] et in disertissimo decretorum omnium ibid. p. 504. E. εὐεργεσία vero, h. e. *nomen et iura εὐεργέτου*, ornamentum est perhonorificum, quod civitates graecae privatis impertiri solebant, et fere etiam apud posteros mansit, ut Inscriptt. docent. Conf. Xenoph. Hellen. I. 1. 17. Demosth. in Aristocrat. p. 748. D. et Inscript. ap. Reines. Cl. VII. N. 23. Is autem honos, praesertim a pop. Athen. profectus, non raro a principibus aliarum civitatum viris impense expetebatur. Xenoph. de Vectig. Athen. III. 11. Utebantur in hac re verbis ἀναγράφειν, ἀνακηρύττειν εὐεργέτην τινὰ τῆς πόλεως. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. D. M. p. 367. Ceterum quum passim reges in historiis occurrant nomine *Euergetarum*, non dubito, quin ab eodem more ea appellatio ducta sit. FR. A. WOLF. Conf. Spanhem. de U. et P. N. Diss. VII. IDEM *in Ind.* Thucydides I. 129. in Xerxis ad Pausaniam litteris: κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. ubi Scholiastes: διὰ παντὸς εὐεργέτης κληθήσῃ ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. SCHAEFER.

P. 475. v. 11. φεύγοντας] Iterum forte φυγόντας, ut εὑρομένους. et v. 8. φυγοῦσιν accuratius videretur. MARKLAND. V. not. ad p. 473, 20. SCHAEFER.

P. 475. v. 11. εὑρομένους] εὑραμένους ἢ εὑρημένους margo Lutetianae. REISK.

P. 475. v. 12. ἐάσομεν] ἐάσωμεν Bekker. Conf. p. 474, 17. SCHAEFER.

P. 475. v. 12. τὰ δοθέντα] Horum loco est in August. primo ταῦτα, nil aliud. Veni igitur in suspicionem aliquando, in libris quibusdam antiquis fuisse: — ἀφαιρεθῆναι τὰ δοθέντα, καὶ ταῦτα μηδὲν —. Quod in medio relinquo. REISK.

P. 475. v. 13. μάθοιτε — λογίσαισθε —] Punge potius me-

*) Non his solis, sed etiam Ecphanto ceterisque Thasiis. SCHAEFER.

eum: *μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ' ἂν, ἐκείνως εἰ λογίσαισθε* etc. Verte autem: *Idque potissimum perspicietis, si* hoc *nimirum pacto rationem apud vos instituetis.* Atque ita corrigendum arbitror v. ult. *φέρε δὴ κἀκείνως ἐξετάσωμεν*, non *κἀκεῖνο*. Instituit enim Orator in utroque loco comparationem inter res Thasiorum et Pydnensium. Huius populi mentionem iniicit non ad rerum gestarum memoriam, sed ad argumenti colorem. *Thasios,* inquit ille, *in loco Pydnensium* etc. *ponite.* Multum utique interest, hoc an illo modo legamus. TAYLOR. *ἐκείνως εἰ λογίσαισθε*, h. *si rem reputaritis hoc modo*, aut, ut vulgus loqui solet, *modo sequenti.* Vulgatam rationem omnium, qua *ἐκείνως* ad prius membrum reiicitur, mutavi monitu Taylori. Ita Isocrates Paneg. c. 48. *ἐκείνως εἰπών.* Aristides supra §. 53. *σκοπεῖτε κἀκείνως*, eodemque modo alii saepissime. Sic et *οὕτως, τόδε, τοῦτο, ἐκεῖνο, ἐκεῖθεν* solenniter ad ea, quae in oratione proxima sunt, pertinent. Sic paullo mox *φέρε δὴ, κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν.* Ubi item Taylorus corrigit *κἀκείνως*, sed frustra ibi quidem haud dubie. FR. A. WOLF. Placere mihi hanc distinguendi rationem iam ad p. 471, 5. obiter monui. Sic autem post *ὑμᾶς αὐτοὺς* plene interpungendum, ut factum est in editione Halensi. Conf. not. ad v. 25. SCHAEFER.

P. 475. v. 15. *τῶν νυνὶ ἐχόντων*] *νῦν τῶν ἐχόντων* August. primus. REISK. *νυνὶ τῶν ἐχόντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 475. v. 16. *ἢ Ποτίδαιαν*] Sic est in August. primo, non, quod Fabricius illinc retulit, *καὶ Ποτίδαιαν.* *) REISK.

P. 475. v. 16. *ἤ τι τῶν ἄλλων*] *ἢ τὰ ἄλλα* August. primus, non *καὶ τὰ ἄλλα*, quod retulit Fabricius. *) REISK.

P. 475. v. 20. *παραδώσειν ταῦτ' ἐπαγγείλαιντο κ. τ. λ.*] Nannius: *idque ea spe faciat,* [Pydnam vel Potidaeam tradat,] *ut eadem acciperet munera, quae tum Thasio Ecphanto — concessa fuere.* Recte etiam Wolfius ipse. Nam Francofurtenses, praeterquam quod nihil de Demosthene meriti essent, etiam aliquando eius interpretem, quasi dedita opera, mutilarunt nobis et conciderunt. Pro se itaque loquatur Wolfius (edit. interpretationis Wolfianae Basil. apud Oporinum Fol.): *se traditūros pollicerentur., si eadem dona ipsis daretis, quae Ecphanto Thasio et Archebio Byzantio dedistis.* Sed uterque interpres initium huius commatis indistincte vertit: *εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν κ. τ. λ.* Recte omnia Italus: *Se alcuni di quelli, che hora tengono Pidna o Potidea —, prometessero di darvi queste terre, se voi deste loco que' doni, i quali ad Effante Tasso et ad Archebio da Costantinopoli allhora deste.* TAYLOR.

P. 475. v. 21. *καὶ Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ, καί τινες κ. τ. λ.*]

*) Conf. not. ad p. 476, 1. SCHAEFER.

Restituendum puto: — τῷ Βυζαντίῳ [καὶ Ἡρακλείδῃ], καί τινες etc. Hos enim tres, Ecphantum, Archebium et Heraclidem, paulo ante coniunxerat; neque ratio erat, quare unus ex iis iam omitteretur. Sic p. 476, 1, προδόντες τὴν Πύδναν καὶ τὰ ἄλλα etc. Codices et edit. Paris, recte habent: τὴν Πύδναν [καὶ Ποτίδαιαν] καὶ τὰ ἄλλα etc., quemadmodum hae urbes coniunctim nominabantur p. 475, 16. Nimirum scriba (vel typotheta forte in editione, quae Wolfii vocatur) coniecit oculos in καὶ secundo loco: inde voces interiacentes, ut fit, omisit. MARKLAND. Marklando ante καί τινες elapsum videbatur καὶ Ἡρακλείδῃ. Oblitus est addere, quae caussa cogat scriptorem nomina ante posita hic omnia repetere. Satis poterat habere, ut arbitror, h. l. principem beneficii nominare. In seqq., τινὲς τούτων, notanda venit versuta admodum conversio ad adversarios, quum suffecisset universe dicere τινὲς ὑμῶν, τινὲς Ἀθηναίων. Non dubito enim pronomen illud οὗτοι nunc ad adversarios referre, licet sit, ubi in Oratore *omnes auditores* designat. FR. A. WOLF. Recte intellexit τούτων. Sed cur hanc ad adversarios conversionem admodum versutam dixerit non exputo: est enim tam simplex, ut simplicior cogitari non possit. SCHAEFER.

P. 475. v. 23. μόνοι] Abest ab August. primo. REISK.

P. 475. v. 23. μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων] Cur tandem μετοίκων? Scilicet loquitur de peregrinis, qui accepta immunitate domicilium Athenis collocarunt. Ita ibi sunt in numero τῶν μετοίκων. FR. A. WOLF. Notanda locutio μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων: cuius locutionis plura exempla in iisque etiam hoc Demosthenicum memoravi in H. Stephani Thes. c. 1841. C. In his ἄλλων abundare vulgo dicunt. Non abundare facile intelligas, si vertas e. c. nostrum *seiuncti a ceteris inquilinis*, *exemti numero ceterorum inquilinorum*; ut sit i. q. χωρὶς τῶν ἄλλων μετοίκων. SCHAEFER.

P. 475. v. 25. ἄν] Abest ab edit. Taylori. REISK. Referenda notula ad v. s. SCHAEFER.

P. 475. v. 25. λέγοντας] Post h. v. Reiskiana, Wolfiana et Bekkeriana recte habent signum interrogandi. SCHAEFER.

P. 475. v. 25. ἢ δηλονότι —] ἢ δῆλον, ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε. Exarant vulgo ἢ δῆλον ὅτι, pars δηλονότι, et deinde ἢ πᾶσι πρόδηλον. Utrobique ἦ circumflecti debere patet, et monuit Toupius ad Longin. III. 4. Vix ullum peccatum solennius est in libris. Ita quoque ἀνάσχοισθε particulam ἂν absorpsit in Wolf. et Tayl. FR. A. WOLF. ἦ δῆλον ὅτι Bekker. Wolfianam rationem praeter Toupium, qui nostrum in locum prius corrigendo scilicet intulerat (nam Wolf. et Tayl. ἢ δῆλον ὅτι habent), probavit etiam Bastius p. 637. Longini Weiskiani. Bekkeriana iure placet Heindorfio formulae vim scite explicanti ad Platon. Phaedr. p. 188. s. et ad Protag. p. 457., ubi inprimis comparanda Cice-

ronis translatio, omnem illa, si quam adhuc habeas, tollens dubitationem. Quam formulam cum interrogatio recta praecedere soleat, etiam hinc apparet Halensem Criticum recte interpunxisse v. 13. S. SCHAEFER.

P. 475. v. 26. συκοφαντούντων] Post h. v. Bekkerus in edit. Berolin. recte posuit signum interrogationis; quem Dindorfius secutus est. SCHAEFER.

P. 475. v. 26. οὔκουν αἰσχρὸν, εἰ κ. τ. λ.] Consentiunt in scriptura ἡγοῖσθε edd. vett. praeter Ald. Herv. Wolf. Tayl., in quibus est ἡγεῖσθε, vitiose, ut iam vidit Marklandus. Sed mox omnes, et scripti et impressi, ἀκούσεσθε, non ἀκούσαισθε, ut de coniectura Marklandi, Reiskius posuit. Non id erat imitatione dignum, uti nunc sero *) video. Particula εἰ iam sola est ad membrum consequens repetenda, ut hypothesis minus dubio modo proferatur. Conf. omnino p. 464, 6. ss. 478, 15. ss. 481, 5. ss. 498, 7. s. 508, 13. ss. Post paullo ne quis forte corrigat ταὐτὰ λεγόντων, *eadem qui dicunt*, vetat oppositio, quae latet in his, μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν et ἐπὶ τῷ δ' ἀφ. τ. τ. πρ. εὐ. δωρεάς. FR. A. WOLF. ἀκούσαισθε graece dici obiter negavi ad p. 99, 2. 140, 2. Recte autem sequi indicativum ἀκούσεσθε, antecedente optativo ἡγοῖσθε, docent Meletem. Crit. p. 111. Qui optativus quod iunctam sibi habet particulam ἄν, ne quis miretur, reputet hoc dici hypothetice, hypothesi latente in verbis τὸν ταῦτα λέγοντα, quae valent εἴ τις ταῦτα λέγοι. Xenophon de Vectig. VI. 2. εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη ἂν τῇ πόλει οὕτω κατασκευαζομένῃ. Schneiderus: „ἄν, cum εἰ coniunctum insolenter, delendum censui ad Anabasin 4, 1, 8.“ Non delendum esse nemo non intelligat, qui meminerit οὕτω κατασκευαζομένῃ esse i. q. εἰ οὕτω κατασκευάζοιτο. V. mea in H. Stephani Thes. c. 3522. B. SCHAEFER.

P. 475. v. 28. ἡγοῖσθε] [ἡγεῖσθε.] Scribe ἡγοῖσθε, ut ἀκούσαισθε. MARKLAND. ἡγοῖσθε legit edit. Paris. et optimus Cod. Aug. ἀκούσεσθε editt. omnes priores cum MSS. Ven. Lindenbr. Aug. etc. ἀκούσεσθαι Vindob. TAYLOR. ἡγεῖσθε Aldina, Wolfiana, Taylorana. Idem voluit P. Manutius, qui dedit ἡγεῖσθαι. REISK.

P. 475. v. 29. ἀκούσαισθε] Vulg. ἀκούσεσθε. Malim ἀκούσαισθε in optat. aor. 1. Incidit in hoc quoque Marklandus. REISK. Verum ἀκούσεσθε revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 475. v. 29. κἀκεῖνο] κἀκείνως mavult Taylorus. REISK. V. not. ad v. 13. SCHAEFER.

P. 476. v. 1. τὴν Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν] [τὴν Πύδναν.] καὶ Ποτίδαιαν Morelius addidit ex Codd. Regiis. Ita etiam Cod. Aug. P. 475, 15. εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν ἢ Ποτίδαιαν

---

*) Nam in textu servavit scripturam Reiskianam. SCHAEFER.

ἤ τι τῶν ἄλλων χωρίων etc. locus plane germanus. TAYLOR. καὶ Ποτίδαιαν absunt a Bavarico, Ald. P. Manut., et proinde Wolf. quoque atque Tayl.: quod esse in Aug. et edit. Paris. e codd. regg. a Morelio additum ait Taylorus. Sed partem hanc Demosthenis Morelius non curabat dudum ante fatis defunctus, quam haec prelo Parisino excuderentur. Lambinus tum ei praeerat. REISK. Posteriores voces duae desunt in Bav. Ald. Herv. Felic. Wolf. Tayl., in ceteris comparent, unde eas reduxit Marklandus *). Abesse quidem et hic nomen Potidaeae potuerat non male. Verum dandum erat libris, quod antea [ad p. 475, 21.] ingenio Marklandi dare dubitabam. Urbes ipsae, quae memorantur, Pydna et Potidaea, populo Athen. a Philippo ereptae Olymp. 105, 3., ne tironi quidem ignotae sunt. Sic etiam de apta et plane egregia argumentatione totius loci nihil attinet monere. Istorum hoc est, qui quum antiquos scriptores enarrant, lectores sibi meros lapides fingunt. FR. A. WOLF. καὶ Ποτίδαιαν omisit Bekker. Iure, ut arbitror. Ceterum videndum ne Reiskius, cum ad p. 475, 16. libri Augustani scripturam enotaret, locum illum cum hoc confuderit. SCHAEFER.

P. 476. v. 1. τἄλλα] τἆλλα Bekkeri in τἄλλα mutavit Dindorf. SCHAEFER.

P. 476. v. 2. ἡμᾶς] Abest ab Ald. Eius loco dat August. primus ὑμεῖς (sic). REISK.

P. 476. v. 2. ἢ] ἦ Fr. A. Wolf. Perperam. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 476. v. 5. ἡγοῦντο] Interpungunt hic signo interrogandi, nimirum decepti prava scriptura voculae ἢ ante πᾶσι. Totum hoc membrum respondet ad interrogationem, quae proxime praecedit. FR. A. WOLF. Errasse Wolfium docet not. ad p. 475, 25. SCHAEFER.

P. 476. v. 5. πότερον οὖν μᾶλλον ἔδει σε κ. τ. λ.] Sensus: Apage legem tuam, Leptine, quae tantum abest ut nostrae civitati prosit, ut nos nequeas magis demereri, quam si hostibus nostris auctor fias, talem legem ut in suos εὐεργέτας, nostros κακεργέτας, sanciant. SCHAEFER.

P. 476. v. 5. πότερον οὖν μᾶλλον ἔδει σε κ. τ. λ.] Verba sic ordina: πότερον οὖν, ὦ Λεπτίνη, ἔδει σε, εἰ δύνασαι, πεῖσαι τοὺς ἐχθροὺς μὴ τιμᾶν [ὅπως ἂν οἱ ἐχθροὶ μὴ τιμῶσι] τοὺς γιγνομένους εὐεργέτας ἐκείνων [τῶν ἐχθρῶν] ἐπὶ τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἀδικήμασι [διὰ τὸ ἐκείνους ἀδικῆσαι ἡμᾶς τῷ προδιδόναι τὰ ἡμέτερα], ἢ θεῖναι κ. τ. λ. H. WOLF.

P. 476. v. 5. σε] Minus recte σέ Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

---

*) V. not. ad p. 475, 21. SCHAEFER.

P. 476. v. 6. τοὺς — εὐεργέτας] *eos, qui hostes nostros demeruerunt cum iniuria nostra*, h. e. *ita, ut nobis iniuriam facerent.* πρὸς ἡμᾶς cum Reiskio rescripsi e Par. 1. 6. Aug. 1. et Bav. pro vulg. πρὸς ὑμᾶς. Sequitur θεῖναι νόμον ἡμῖν. FR. A. WOLF.

P. 476. v. 6. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς Paris. primus et sextus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 476. v. 8. ὅς — ἀφαιρεῖταί τι] In quibusdam Codd. legitur pari sensu, sed non simili elegantia: ὅς τῶν ἡμετέρων εὐεργετῶν ὑπαρχούσας δωρεὰς ἀφαιρήσεται. TAYLOR. τῶν ἡμετέρων εὐεργετῶν ὑπαρχούσας δωρεὰς ἀφαιρήσουσι margo Lutetianae sine auctore, qui videtur fuisse Paris. primus, in quo, utpote plerumque cum August. primo consentiente, fuisse suspicor hic loci eandem lectionem, sed male ab exscriptore repraesentatam, quae est in August. primo. Est autem ibi haec: τῶν ἡμετέρων εὐεργετῶν τὰς ὑπαρχούσας δωρεὰς ἀφαιρήσεται; ἐγὼ μὲν —. REISK.

P. 476. v. 10. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 476. v. 11. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 476. v. 15. οὐκ ἔτ' εἰσὶν] Solennis Atticorum locutio de defunctis, οὐκ ἔτ' εἰσίν. Aelianus, venator ubique talium, V. H. XII. 46. ἀπῄει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. Contra Andocides de Myster. p. 60. ἡ παῖς ἀπέθανεν, ἡ δ' ἑτέρα ἐστὶν ἔτι. FR. A. WOLF.

P. 476. v. 15. τά γ' ἔργα] Vulg. τὰ ἔργα. τά γε ἔργα Paris. quintus. Dedi τά γ' ἔργα. REISK. Unus Par. 5. habet τά γε ἔργα, arreptum a Reiskio pro temeritate sua. Procul dubio vulgatum fortius est. FR. A. WOLF. τὰ ἔργα etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 476. v. 17. ἐᾶν] τηρεῖν Aristides p. 194. Post ἐᾶν aut χρόνον deesse videtur εἶναι. REISK. Extritum mihi quoque ante ἵνα aliquando videbatur verbum εἶναι. Sed coniecturae nihil tribuo, et Aristidis lectio, κυρίας τηρεῖν τὸν πάντα χρόνον, citata in Art. p. 447., a lapsu memoriae est. Et deinde habemus ἐᾶν τὰ δοθέντα, simplici accusativo ad verbum ἐᾶν. Ceterum columnis, quae publicis et sacris in locis servabantur, publicas literas insculpere Graecis inprimis morem fuisse ipsa haec Oratio passim docet. Etiam supersunt ex antiquitate eius generis monumenta quaedam, quaerenda apud eos, qui de reliquiis graecarum artium scripserunt. FR. A. WOLF.

P. 476. v. 19. ἐκεῖναι] ἐκεῖνοι August. primus. REISK.

P. 476. v. 19. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους] Locum hunc citat Thomas Mag. v. ἦθος. REISK.

P. 476. v. 20. ὑμᾶς τι ποιεῖν] Vulg. τι ποιεῖν ὑμᾶς. ὑμᾶς τι ποιεῖν August. primus. REISK. τὶ ποιεῖν ὑμᾶς. In Reisk. exemplari legere cogimur ὑμᾶς τι ποιεῖν ex Aug. 1., qui codex saepe verba

traiicit, aut a scriptore traiecta ordinat ad libidinem. FR. A. WOLF. τι ποιεῖν ὑμᾶς etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 476. v. 20. ὅτι] ὡς August. primus. REISK.

P. 476. v. 21. εὖ ποιήσαντας — ἀντευπεποίηκε] Scribendum aut εὐποιήσαντας — ἀντευπεποίηκε, ut scripsit H. Stephanus Thes. c. 7789. D., aut εὖ ποιήσαντας — ἀντ' εὖ πεποίηκε. Posterius malim. V. not. ad p. 500, 9. Aristophanes Plut. 1030. τὸν εὖ παθόνθ' ὑπ' ἐμοῦ πάλιν μ' ἀντευποιεῖν. Hemsterhusius: „ἀντ' εὖ ποιεῖν C. D'O. Frequentant solutum illum scribendi morem in eiusmodi compositis veteres membranae." SCHAEFER.

P. 476. v. 21. ἀντέυπεποίηκε] ἀντευπεποίηκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 476. v. 21. ἐκεῖνό γε] Recte ἐκεῖνο Bekker. Encliticae enim nullus hic locus est. SCHAEFER.

P. 476. v. 23. τὰς μὲν συμφορὰς — καὶ δὴ λελυμένας] Non sine quadam insolentia συμφοραὶ dicuntur κύριαι pro μένουσαι aut βέβαιαι, ut est in Epist. de Lycurg. libb. p. 198. E. [ed. Francof.]. Sic vero melius illucescit oppositio verborum τὰς δωρεὰς λελυμένας. Quippe ex eodem genere sunt κύρια et λελυμένα. FR. A. WOLF. Sic opponuntur inter se νόμος κύριος et νόμος λελυμένος. ἑαυτῷ μὲν ἀκύρους εἶναι τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὑμῖν δὲ μένειν τὰς παρ' ἑαυτοῦ p. 467, 27, Supra v. 17. τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾶν. SCHAEFER.

P. 476. v. 25. τὸν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 476. v. 27. καὶ δὴ λελυμένας] Margo edit. Paris. καὶ διαλελυμένας, proinde quasi olim scriptum fuisset (cuius tamen lectionis vestigium non invenio): τὰς μὲν συμφορὰς — κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας „ τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον παρ' ὑμῶν, [ἀκύρους] καὶ διαλελυμένας. TAYLOR. καὶ διαλελυμένας margo Lutet. sine auctore. Forsitan ea coniectura est Lambini. καὶ δὴ, *iam dudum*, *iam pridem*. Lectio vulgata praestat illi, quam margo dat. REISK. Particulas καὶ δὴ h. l. verte *paullo post donationem*, alibi *statim*, *continuo*. Eas fortasse non intellexit, quisquis in marg. Ben. scripsit καὶ διαλελυμένας. In simili sententia Aristides §. 27. supra a nobis editus adhibet voc. εὐθύς. FR. A. WOLF. καὶ δὴ i. q. ἤδη, *iam*. Hesychius T. II. c. 107. Καὶ δή. ἐπὶ τοῦ ἤδη. SCHAEFER.

P. 476. v. 28. ἐῶντας] ἐῶντες Paris. sextus. REISK.

P. 476. v. 28. τῶν ἀτυχημάτων] Genitivus significat casus adversos τῶν εὐεργετῶν donis illis non omni ex parte compensari. SCHAEFER.

P. 476. v. 28. ἀφαιρεῖν — ἀφαιρεῖσθαι] ἀφαιρεῖν, omnino adimere: ἀφαιρεῖσθαι, adimere quod ademtum tuos in usus cedat. SCHAEFER.

P. 477. v. 1. ἐστιν] ἔστιν Bekker. SCHAEFER.

P. 477. v. 2. ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται] [ὑμᾶς βουλήσεται.] Plenius Cod. Obsop. ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται; et quodammodo Felician. Modo v. 7. auspicatiús omnino πολλοὺς ξένους εὐεργέτας Ald. Ven. Aug. Codd. Regg. α. β. ε. De his enim, ξένους intelligo, hactenus verba facta: sequitur iam civium, Cononis scilicet et Chabriae, fortuna, τῶν δὲ πολιτῶν μηδένα etc. v. 8. Italicus Interpres habuit: *Molto adunque io mi dorrei, giudici, se in questo solo mi paresse potere ragionevolmente accusar la legge, che a molti* forestieri *nostri benefattori toglie l' esentione; e de i cittadini, che* etc. Et Nannius quoque: *quod plurimos* externos *de rep. optime meritos suis donis spoliaret.* TAYLOR. Vulg. ὑμᾶς βουλήσεται. Dedi ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται. REISK. ὑμᾶς βουλήσεται. Pan. ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται, Felic. ὑμᾶς τι βουλήσεται. Utrumque videtur interpolationi tribuendum. Et addito ἔτι non magis hic opus, quam supra p. 458, 14. ante πεισόμεθα, aut p. 463, 22. ante ἐθελήσει. Nisi rarissima quaeque scirem Reiskio carissima esse solere, mirarer hoc quoque ab eo in textu inculcatum. Sed saepe ita putant in graecis et latinis aliquid deesse, si qui eas particulas, quas, quum ipsi latine scribunt, ubique e vernacula inserciunt, si suum *adhuc*, *iam*, *etiam* et tot alia sua desiderant. FR. A. WOLF. ἔτι omisit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 477. v. 5. πάνυ τοίνυν ἀχθοίμην ἂν —] De externis hominibus hactenus: iam de civibus Atheniensibus. *Illud aegerrime ferrem, si hoc uno nomine lex a me iuste accusari videretur, quod externos multos bene de republ. meritos immunitate spoliaret, civium autem neminem proferre possem dignum* etc. E vocabulis πολλοὺς ξένους εὐεργέτας medium male excidit in Ald. Herv. Felic. Ben. Wolf. Verbum est id ipsum, quod unum omnis sententiae vim sustinet, propter ea, quae sequuntur, τῶν δὲ πολιτῶν. Viderunt id et alii, et ex Par. 1. 2. 5. Ven. Aug. 1. Bav. restituit Reiskius. Id vero idem vir doctus non bene, quod δίκαιον in δικαίως mutat. Probat tamen Auger. FR. A. WOLF.

P. 477. v. 6. δίκαιον] Deest Bavarico. Pro δίκαιον malim δικαίως. *Aegerrime sim laturus, si hoc solum legis Leptineae possim* i u r e m e r i t o *reprehendere, quod multos peregrinos bene de rep. meritos immunitate privet.* REISK. V. not. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 477. v. 7. πολλοὺς ξένους εὐεργέτας] Vulg. πολλοὺς εὐεργέτας. πολλοὺς ξένους εὐεργέτας Paris. primus, secundus, quintus, August. primus, Bavaricus, Ald. Venet. Correxi πολλοὺς ξένους εὐεργέτας. Media vox incuria operarum Parisiensium exciderat. Verumtamen etiam ab editione P. Manutii abest. REISK. V. not. ad v. 2. et 5. SCHAEFER.

P. 477. v. 8. ἄξιον] Subaudi ταύτης τῆς τιμῆς. REISK.

P. 477. v. 8. δοκοίην] [δοκείην.] Sic corrigit Weimaranus δοκεῖοι Aldinae. δοκοίην P. Manutius, Lessingianus. REISK. Bar-

barum Reiskianae δοκείην, quod mireris, servavit etiam Halensis. δοκοίην mecum Bekker. SCHAEFER.

P. 477. v. 10. καὶ] καὶ posterius abest a Paris. primo. REISK. Omisit Bekker. Mihi hic non magis videtur abesse posse, quam infra p. 481, 28. SCHAEFER.

P. 477. v. 11. ἀρίστους καὶ πλείστους] Exspectaveris posita vulgari ordine πλείστους καὶ ἀρίστους. Sed non temere Orator hunc ordinem invertit: scilicet ut πλεῖστα — πλείστους sibi inter se luculentius responderent. SCHAEFER.

P. 477. v. 12. πρῶτον μὲν — τῆς πόλεως οὔσης] Citat Dionysius Halicarn. T. VI. p. 997. R. SCHAEFER.

P. 477. v. 13. εἴ τι ἄρ' ἄξιον κ. τ. λ.] Felicius multo Nannius: *num aliquid in ipso vel rebus ab ipso gestis culpa dignum, ut praemia illius diminuenda censeatis.* TAYLOR. Dicit felicius haec a Nannio latine versa esse quam a Wolfio. H. e. Wolfius hic, ut alibi, fidelior interpres, Nannius elegantior. SCHAEFER.

P. 477. v. 14. αὐτῷ] Abest a Paris. primo, August. primo, item Dionysio Halic. h. l. citante p. 171. REISK. Delevit Dindorf. Malim servatum. Quod si quem offendant αὐτῷ et ἐκείνῳ tantulo spatio deinceps sic posita, ut eundem hominem significent, consulat mea in H. Stephani Thesauro c. 3659. A. SCHAEFER.

P. 477. v. 15. οὗτος γὰρ ἀνὴρ —] Ipse longior spiritus, quo verborum comprehensio hic liberius se effert, indicium quoddam habet, hunc hominem ab Oratore studiosius ornari. Sed cuius tandem caussa Cononem ornet, non dixit. Suspicioni igitur quum locus sit, rem factam opinor maxime propter illius ex Timotheo nepotem, cui et ipsi nomen Cononi fuit, de quo praeter alios loquitur Nepos in Timoth. c. 4. Ad hunc per aetatem quidem haec caussa immunitatis pertinere potuit quam maxime. Iam quae res gestae h. l. attinguntur, eae non sunt reconditioris doctrinae, ut summatim percurrere sufficiat. Duo insigniora, quae Cononem illustrarunt, sunt pugna navalis ad Cnidum, Olymp. 96, 3., novem annis ante Demosthenem natum facta, et eam mox secuta ἀνάστασις τῶν τειχῶν, h. e. restitutio murorum Piraeei et Athenarum, quos Lysander diruerat. Pugna illa nihil celebrius, quippe qua Atheniensibus principatus Graeciae, quem belli Peloponnesiaci infelix exitus ademerat, gloriose restitutus est. Vid. Andocid. de Pace p. 100. Dinarch. in Demosth. p. 11. Isocrat. Panegyr. c. 41. cum aliorum locis, quos ibi adfert Morus p. 80. Cuius notae occasione lubet notare, eandem pugnam, quae ubique a Cnido, urbe Rhodo vicina, nomen habet, etiam a Schol. nostro ad p. 478, 24. περὶ Ῥόδον factam dici, quam lectionem in Isocrate mirus consensus librorum firmat. Ac fortasse huc pertinet monitum Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. III. 5. 4. Porro, bellum illud quum unis copiis Persicis confectum sit a Conone, plane nihil adiuto a civibus suis, vere adiicitur

παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβών. In quo vox ἀφορμὴ ad pecuniam, naves, milites, omnem apparatum belli gerendi pertinet. Conf. de ea voce Pricaeum in Ep. I. ad Timoth. V. 14. Sed ne quid omittamus, e verbis ἐκ τοῦ Πειραιῶς articulum eximit Dionysius περὶ λεκτ. Δημοσθ. δειν. T. VI. p. 997. et Aristides Art. p. 456., a quo bene notatur loci virtus ex adiunctis περιστάσεσι. Etiam Aug. 1. μετὰ τὴν τ. δ. κάθοδον τὴν ἐκ Πειραιῶς, idque in textum allegit Reiskius. Non nego, hac in formula hunc usum vulgatiorem esse; nec desunt tamen, nisi fallor, additi articuli exempla, quae nos in quoque loco ad fidem codicum reducant. Mox de oppresso statu Athenarum sequitur: τῆς πόλεως ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης. Quod paullulum a veritate rerum recedere dixeris. Constat pacis legem Atheniensibus reliquisse 12 naves longas. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 630. At quidni civitas afflicta posthac eo videatur devenisse, ut plane nihil navium haberet? Bellicas dico: aliae quippe nihil ad rem. Iam prope eodem redit, quod noster de Cor. p. 488. E. [ed. Francof.] et alii iisdem fere verbis de hoc tempore aiunt, οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτημένης. Ceterum ἁρμοσταὶ si cui minus ex historia noti sunt, adeat Maussacum ad Harpocrat. h. v. aut Mori Indicem Xenoph. Hellenic. FR. A. WOLF.

P. 477. v. 15. ἀνὴρ] Abest a Paris. primo et Dionysio. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 477. v. 15. τινῶν — τῶν — ὄντων] *e nonnullis — illius aequalibus.* Conf. not. ad p. 480, 13. SCHAEFER.

P. 477. v. 17. Πειραιῶς] Vulg. τοῦ Πειραιῶς. Articulus abest ab August. primo et Aristide *T.* p. 124. et Dionysio. Delevi τοῦ. REISK. Articulum revocavit Fr. A. Wolf., quem v. ad v. 15. de pusillo negotio satis operose disputantem. Πειραιέως minus attice Dionysius. SCHAEFER.

P. 477. v. 17. ἡμῶν] Vulg. ὑμῶν. ἡμῶν August. primus, Bavaricus, Ald. Aristid. Dionys. REISK.

P. 477. v. 18. παρ' ὑμῶν] καὶ παρ' ὑμῶν August. primus. REISK. V. not. ad p. 469, 24. Hic quoque delendae subdistinctiones post βασιλεῖ et λαβών. SCHAEFER.

P. 477. v. 18. οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν] οὐδ' ἥντιν' ἀφορμὴν August. primus. REISK.

P. 477. v. 20. ἀφορμὴν] V. not. ad v. 15. ὑφορμὴν Bekkeri Berolinensis, sine dubio negligentiâ typothetae: unde transiit in novissimam Lipsiensem. SCHAEFER.

P. 477. v. 20. κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους] naumachia ad Cnidum. Exstat historia apud Xenophontem lib. 4. Hellenic. PALMER.

P. 477. v. 20. τοὺς] Restitui articulum ex editione Lutetiana. TAYLOR. τοὺς abest ab August. primo, Bavarico, Ald. P. Manut. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 477. v. 25. *καὶ γάρ τοι*] Potius *τοιγάρτοι*, *itaque*: non *etenim*. MARKLAND. Frustra Marklandus adscripsit, legendum *τοιγάρτοι*, *itaque*. Vid. Hoogev. Doctrin. Particc. gr. XXIV. 2. 2., ubi de particulis illis bene agitur. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 125, 23. SCHAEFER.

P. 477. v. 26. *μόνῳ τῶν πάντων*] Vana sunt, quae ad haec verba Schol. habet *). Melius patebit eorum vis, si cogitemus, novum tunc eum titulum *liberatoris sociorum* fuisse, immo omnino antehac inauditum, monumentis publicis nomen civis aut etiam imperatoris inscribi. Optime id docemur a Demosthene de Rep. ord. p. 126. D. [ed. Francof.], quae sententia ab eo ad verbum fere repetitur in Orat. adv. Aristocrat. p. 757. C. Conf. Aeschin. in Ctesiph. p. 458., quo loco etiam postea utemur. FR. A. WOLF.

P. 477. v. 26. *τῶν*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 477. v. 27. *Ἐπειδὴ—συμμάχους.*] In his verbis continetur inscriptionis tantum ea pars, quae facit ad consilium huius loci. Absolute ibi interiectum est *φησίν*, aut, si mavis, subaudi *ὁ γράψας*. FR. A. WOLF. Subaudi *ἡ στήλη*. SCHAEFER.

P. 477. v. 28. *γράμμα*] i. q. *ἐπίγραμμα inscriptio*. V. mea in H. Stephani Thes. c. 3028. D. SCHAEFER.

P. 477. v. 28. *φιλοτιμία*] Eodem sensu *τὴν δόξαν* p. 478, 8. V. not. ad p. 22, 22. 220, 12. SCHAEFER.

P. 478. v. 1. *πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς*] Id est *solos*. Opponuntur hi soli Athenienses toti graecorum populorum universitati. REISK. *φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτούς*, *gloria apud vos solos*. Nam ita verte, quo oppositio Atheniensium et universitatis ceterorum populorum clara sit. Lycurgus in Leocr. p. 144. *περὶ μὲν γὰρ ἀγνῶτος ἀνθρώπου τοῖς Ἕλλησιν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἐδοκεῖτ' ἂν ἢ καλῶς ἢ καὶ φαύλως ἐψηφίσθαι· περὶ δὲ τούτου ὅ τι ἂν βουλεύσησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος.* Aeschines in Ctesiph. p. 433. A. *οὐκ ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα σεμνύνεσθαι πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τιμώμενον ὑπὸ τοῦ δήμου.* Conf. dicenda ad p. 482, 28. FR. A. WOLF. Nollem Wolfius hic Reiskium perperam interpretantem secutus esset. *ὑμεῖς αὐτοὶ* nusquam est *vos soli*, sed ubique *vos ipsi*. Nec Cononi res illae apud solos Athenienses gloriosae fuerunt, sed apud omnes Graecos, qui iugum Spartanum impatienter tulissent. Conf. v. 11. ss. Sic in Aeschinis illo loco *ἐν αὐτῇ τῇ πόλει* non est *in sola urbe*, sed *in ipsa urbe*. SCHAEFER.

---

*) Habet haec: *μόνῳ μετὰ τὸν Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα.* Ridicule. Fortasse qui Scholiorum farraginem primus concinnavit, quae eius fuit negligentia, retulit huc quod referendum erat ad p. 478, 5. SCHAEFER.

P. 478. v. 1. ἅπαντας] πάντας Bekker. SCHAEFER.

P. 478. v. 1. τοὺς Ἕλληνας] Vulg. Ἕλληνας. τοὺς Ἕλληνας August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. Et sic correxi. REISK.

P. 478. v. 3. τούτου — καρποῦται] *eius rei gloria nomen patriae fruitur.* Vid. de hoc usu verbi καρποῦσθαι pro vulgari κομίζεσθαι, quod infra p. 502, 25. et p. 505, 25. occurrit, Valckenarium in Euripid. Hippol. p. 211. et 318. FR. A. WOLF. Demosthenis loco usus est Monkius ad Euripid. Hippol. 434. SCHAEFER.

P. 478. v. 5. ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος] Melius cum edit. Felic. et Manut. ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα μετὰ τὸν Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα ἔστησαν πρῶτον. Nam in vulgata lectione vox ista πρώτου vix habet cui inniti possit. TAYLOR. Forte ambae lectiones in hunc modum sunt copulandae: — ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔστησαν μετὰ τούτους πρώτῳ. ut referatur ad praecedens αὐτῷ. *erexerunt ei statuam primo post Harmodium et Aristogitonem ad exemplum eorum*, h. e. quasi paribus ille factis pares quoque honores meritus esset. Sed nil opus est mutatione, modo interpungatur, ut feci: — Ἀριστογείτονος, ἔστησάν πρώτου [subaudi αὐτοῦ vel τοῦ Κόνωνος]. REISK. Verba ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος reliquae structurae interposita sunt, id quod Wolfius vertendo recte expressit. Ad πρώτου nunc prioris membri pronomen αὐτοῦ facillime suppletur *), et meram interpolationem olet Felic. et Man. lectio, χαλκῆν εἰκόνα μετὰ τὸν Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα ἔστησαν πρῶτον. Mirificus est Taylorus, cui haec placeant. Quanquam sententiam quidem interpolator haud male cepit. Contra accidit Meursio in Pisistr. c. 14., ubi de aeneis statuis Harmodii et Aristogitonis in foro positis testimonia aggerens primum pessime locum nostrum explicat, tum peius etiam corrigit scribendo ἔστησαν προτοῦ, *statuerunt antea.* Prorsus legitimus est secundus casus πρώτου, quoniam perpetuo usu dicitur εἰκόνα στῆσαί τινος, *statuam alicui ponere*, ut ἱερὸν ἱδρύσασθαι θεοῦ τινος et alia. In promtu est locus, et huic constructioni firmandae aptus, et memoriam simul de hac statua et regis Euagorae servans, ex Isocrat. Euag. p. 293. ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν, οὗπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ σωτῆρος, πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀμφοτέρων ὑπόμνημα, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους. Praeterea conf. Ulpian. ad Or. in Midiam p. 655. B. [ed. Francof.]. FR. A. WOLF.

P. 478. v. 5. πρώτου] Conf. p. 172, 18. 686, 8. SCHAEFER.

---

*) Nihil hic elliptici, quod sive subaudiendo sive supplendo integrandum sit. Solennis hic abusus est pronominis αὐτός. SCHAEFER.

In quibus plura memoriae errore vitiata sunt. At illud, ὅσα ἐνῆν πρώην ἐποίησε, monstrum scripturae est, e vestigiis verae lectionis natum. FR. A. WOLF. Monstrum hoc procuravit palaeographiae in paucis peritus Porsonus ad Homeri Odyss. Ξ. 206. *) Conf. idem ad Odyss. Λ. 446. et Bastius ad Gregor. Corinth. p. 112. SCHAEFER.

P. 479. v. 25. ὑμᾶς ἔχων] Id est ὑμᾶς μόνους, *vos solos habens*, sine sociis et auxiliis: si sanus sit locus. MARKLAND. quomodo vos habentes, quomodo comparatos, in quanta rerum omnium inopia, quanta infirmitate et animorum deiectione. REISK. Unum ὑμᾶς intelligi debere ὑμᾶς μόνους, evincitur oppositis verbis, quae continuo adduntur, *contra Lacedaemonios* **) *omnes*. Cur locum minus sanum aut integrum putemus, caussam nullam video. Sed illud ὑμᾶς ἔχων, h. e. *a vobis solis comitatus, cum unis copiis vestris*, magis oratorie dictum videtur, quam ex veritate. Aliud agebat vir doctus, qui explicando iungebat ὃν τρόπον ὑμᾶς ἔχων vertens: *quomodo vos habentes — et animorum deiectione*. Tot verba ut cassa palearum evanescunt emendata interpunctione, quae saepe in illius editione abominabilis est. ***) Quod historias in h. l. attinet, praeter Xenophontem, qui eas minus accurate prodidit, vide Diodor. Sic. XV. 25. seqq. et Nepot. Chabriam, quod scriptum tamen totum ieiunius compilatum puto e Theopompo. Res summas ut brevissime complectar, post Thebas ope Pelopidae, Mellonis aliorumque liberatas atque Piraeeum a Sphodria occupatum Thebani, Athenienses et aliae gentes Graeciae Olymp. 100, 4. societatem belli coëunt contra Lacedaemonios, qui resumtis viribus tunc superbius dominabantur. Bellum administrat Chabrias, qui iam Olymp. 96, 4. bello Corinthiaco ducem fortem se praestarat †), cum eo Timotheus, Cononis filius, et Callistratus, Orator alias nobilis. Eodem, quo bellum exarsit, anno fit pugna illa apud Thebas, noto Chabriae strategemate insignis, et alia, eodem duce, apud Naxum navalis, cuius victoria ubique celebratur, quippe a bello Peloponnesio prima, quam Athenae propriis viribus ex Lacedaemone retulerunt. Vid. Diodor. XV.

---

*) Citat ibid. Basilii locum, ubi scribarum stupor ἀρχύων corrupit in Ἀρήνων. Rursus in Tzetzae Schol. ad Lycophron. 511. pro vero Ἀρήνης duo Codd. ap. Müllerum habent Ἀρχύης. SCHAEFER.

**) Immo *Peloponnesios*. SCHAEFER.

***) Reiskius inciderat post ἔχων: quam interpunctionem Wolfius sic emendavit, ut etiam post τρόπον incideret. Bene, si, qui vulgaris mos est, distinctiones syntaxi placet accommodare. Sed rectius neutrubi inciditur. SCHAEFER.

†) Consulto sic scripsit. *praestarunt* legas in annotat. ad p. 506, 5. *praestarim* in annotat. ad p. 481, 27. Quod videtur notasse Reisigius ad Sophocl. Oed. C. p. 304. *praestata* scripsit Prolegg p. 87. *praestassent* ibid. p. 144. SCHAEFER.

35. Plutarch. Camill. p. 138. B. et Phoc. p. 744. C. Graeciae populi etsi LXX fere in illud foedus convenerant, tamen Peloponnesii ut accederent adduci se passi non sunt. Hinc explic. πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους. Mox ἐν Θήβαις, *ad Thebas*. Saepe ἐν est *prope*, *ad*, *apud*. *) Conf. Ernest. ad Callimach. H. in Dian. 238. Sequitur Gorgopas, Lacedaemonius, ἐπιστολεὺς nauarchi Hieracis, a quo relictus erat Aeginae. Sed legitur hoc apud unum Xenophontem Hellen. V. 1. 5. seqq. Quo ex fonte correxi Scholion sic vulgo lectum: Στρατηγὸς ἦν Θηβαίων· ὃν κτείνει Χαβρίας ἐν Αἰγίνῃ ἀπιόντα βοηθῆσαι Εὐαγόρᾳ. **) Dein ὅσα ἐν Κύπρῳ τρόπαια ἔστησε, scilicet Euagorae Persarum armis petito publice in auxilium missus Chabrias circ. Olymp. 97, 3. Vid. Diodor. XIV. 98. et Cornel. Nep. Chabr. c. 2., ubi vel hic locus Demosthenis Lambino satisfacere debebat. μετὰ ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ, quo sua sponte venerat, ut privatam operam Aegyptiis navaret, primo Olymp. 100, 4., iterum 104, 3. Vid. Diodor. XV. 29. et 92. et Cornel. l. c. FR. A. WOLF. Reiskii interpretatio nullo modo ferenda. Primum enim Orator, si tale quid voluisset, fere sic scripturus erat: ὃν μὲν οὖν τρόπον ὑμᾶς ἔχοντας ἄγων —. Deinde ὃν τρόπον iungendum esse verbo παρετάξατο satis docent sequentia, ὡς ἀπέκτεινεν et ὅσα τρόπαια ἔστησεν. Sed non magis probanda interpretatio Marklandi Wolfiique ellipsin vocabuli μόνους fingentium, quam nullius linguae ratio patitur. Adde quod ὑμᾶς ἔχων hoc sensu intellectum repugnat fidei historicae: ut ipsi Wolfio videatur magis oratorie dictum quam ex veritate. Quid h. l. valeat ὑμᾶς ἔχων, non dubitabis, si contuleris quod Orator dixit de Conone p. 477, 18. παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβὼν κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους. Scilicet Chabrias cum Conone sic confertur, ut aliquanto plus laudis reportet. Conon vicit Lacedaemonios armis barbarorum: Chabrias omnes Peloponnesios armis Atheniensium. SCHAEFER.

P. 479. v. 26. καὶ ὡς Γοργώπαν κ. τ. λ.] Aristides Vol. II. p. 459. ed. Iebb. καὶ Γοργώπαν (uti etiam legit Cod. Reg. ε.) ἀπέκτεινεν ἐν Αἰγίνῃ, καὶ ὅσα ἐνῆν πρώην ἐποίησε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι κ. τ. λ. Mendose satis: neque enim, si caetera sana essent, istud πρώην ex historia tolerari posset. TAYLOR.

P. 479. v. 26. Γοργώπαν] [Γοργόπαν.] Rectius scribatur per ω in secunda syllaba, ut semper apud Xenophontem lib. V. Ἑλληνικῶν init., licet ibi male pingatur accentus, Γοργῶπαν, pro Γοργώπαν. MARKLAND. Vulg. Γοργόπαν. Γοργώπαν Paris. quintus,

*) Conf. not. ad p. 159, 25. SCHAEFER.

**) Wolfius dedit: Στρατηγὸς ἦν Λακεδαιμονίων, ὃν κτείνει Χαβρίας ἐν Αἰγίνῃ, ἀπιὼν βοηθῆσαι Εὐαγόρᾳ. In ἀπιόντα vide ne lateat ἀπιὼν τοῦ. Cuius constructionis quod satis sit exemplorum congessi in L. Bosii Ellips. p. 708. SCHAEFER.

Bavaricus. Neque dubito sic in August. primo quoque fuisse, quamquam ex eo nihil annotavi, quod eo fieri potuit facilius, quia difficile est, alio eoque graece parum docto minusque exercitato pronuntiante, o et ω solis auribus distinguere. Membranas illas relegenti mihi cum uxor verba graeca ex editione Paris. praelegeret, saepe factum est, ut in his similibus, o et ω, η et αι, multa elaberentur haud observata: id quod cavere nulla potest quamvis magna humanae diligentiae contentio. Nunc variantes has digerenti mihi non licet membranas Augustanas consulere dudum ad sedes suas remissas. Γοργώπαν (cum ω) dat Aristides quoque. Correxi Γοργώπαν. Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 232. REISK. Utare hoc nomine ad fidem faciendam adiectivo γοργώπης. SCHAEFER.

P. 479. v. 27. ὅσα ἐν Κύπρῳ τρόπαια ἔστησε] ὅσα ἐνῆν πρώτην ἐποίησε Aristides T. p. 232. portentoso errore. REISK.

P. 479. v. 28. δέω λέγειν] Omisit Aristides e memoria recitans, REISK.

P. 480. v. 1. αὐτὸν] Vulg. αὐτόν. αὑτὸν Ald. P. Manut. REISK.

P. 480. v. 2. λέγοντος ἐμοῦ] [λέγοντος ἐμοῦ.] Ita pungitur hic locus in editt. superioribus. Quam etiam distinctionem sequitur Wolfius in interpretatione, licet ad mentem meam extremae editiones, nescio an casu, an iudicio, distinguant: πολλή τε αἰσχύνη, λέγοντος ἐμοῦ, ταῦτα ἐλάττω φανῆναι etc. TAYLOR.

P. 480. v. 3. ἐν ἑκάστῳ] παρ' ἑκάστῳ Aristides. REISK.

P. 480. v. 3. νῦν] Deest exemplaribus Aristidis. REISK.

P. 480. v. 4. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι August. primus. REISK. οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. Mox corrig. ταῦθ'. ταῦτ' etiam Reiskiana. SCHAEFER.

P. 480. v. 5. ἐνίκησε — τριήρεις] Citant Anecd. Bekk. p. 158, 15. SCHAEFER.

P. 480. v. 5. ἐνίκησε — ναυμαχίᾳ] Ad Naxum insulam, de qua pugna navali vide Plutarchum in Camillo. PALMER. Plura hoc in loco oratorie exaggerata esse ad Chabriam ornandum, suspicionem movent, quae paullo post leguntur de nulla urbe, nulla navi, nullo milite, ductu illius amissis. Talia haec sunt, quae post hominum memoriam nulli unquam ne felicissimo quidem duci contigerunt. Potest autem fieri, ut res, quas hodie ignoramus, splendida haec mendacia Atheniensibus verisimiliora fecerint; nec sane rationem narrationis huius in omnibus explorare nobis licet. Conf. Wesseling. not. ad Diodor. T. II. p. 29. FR. A. WOLF. Mendacia haec sunt, si ἀπώλεσεν v. 18. cum Wolfio vertas *amisit*, eaque tam absurda, ut nullus homo sanae mentis, nedum tam catus quique satis nosset, quam ageret causam quantumque sibi esset cavendum, ne adversariis praeberet latus, di-

cere potuisse videatur. Licet enim concedamus Chabriam tam felicem fuisse, ut nullam urbem, nullum castellum, nullam navem amitteret, quod sane fidei non repugnat, non tamen potuit nisi mente captus negare milites a Chabria amissos esse. Sin ἀπώλεσεν vertas *perdidit*, h. e. in causa fuit ut periret, cum servari posset, quid tandem est quod Demosthenem ridiculae exaggerationis arguamus? Conf. p. 482, 6. ss. Omnino ut Chabriae laudes iusto splendidius praedicatae sint, tamen non puto quidquam dictum esse, cui ipsa rerum ab illo gestarum memoria adversaretur. SCHAEFER.

P. 480. v. 5. ναυμαχίᾳ] μάχῃ Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 480. v. 6. δεούσας] [δεούσης.] δεούσας habent edit. Paris. (cuius in margine adscribitur δεούσης) Codd. Aug. Vindob. Ital. et Bodl. Recte. Lysias c. Diogit. p. 907. ult. δυοῖν δεούσας πεντήκοντα μνᾶς. Thucydides VIII. 6. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα καὶ ἑνὸς δέον εἰκοστὸν ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε. et modo pariter §. 7. ἦσαν δὲ αἱ ξύμπασαι τῶν ξυμμαχικῶν νῆες αὐτόθι μιᾶς δέουσαι τεσσαράκοντα. Quae constructio est sane longe usitatior. TAYLOR. δεούσης Ald. P. Manut., unde margo Lutetianae repetiit, item Tayl. Utrumque dat Bavaricus. In Augustano est vulgata, non, quod Fabricius retulit, δεούσης. δεούσης dat quoque Aristides. REISK. Usitata haec est structura iam inde ab Herodoto pro vulgari μιᾶς δεούσης, quamvis haec posterior non minus apud optimos auctores occurrit. Priorem h. l. poscebat consensus librorum, Ital. Vind. Bodl. Aug. 1., quibus accedunt Tayl. et Reisk. FR. A. WOLF. δεούσης Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 480. v. 6. ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις] ἔλαβε τριήρεις Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 480. v. 7. τῶν νήσων τούτων] Quare τούτων? nam insulae, (Cyclades nempe et nonnullae aliae,) de quarum imperio tam saepe contendebant Athenienses et Lacedaemonii, absolute vocabantur αἱ νῆσοι. Ita supra p. 477, 22. et Lysias Orat. in Alcibiadem et omnes Graeci historici. Immo et sine articulo νήσων ἀρχή Pseudo-Lucianus in Encomio Demosthenis versus finem. τούτων igitur non est ad rem. Verti quidem potest *horum*, scilicet Lacedaemoniorum: sed melius abesset. MARKLAND. τούτων abest ab Aristide, et mallet abesse Marklandus: sed his alio quopiam in loco contradicit melius h. l. exponens. Pronomen enim bene habet. harum, de quibus commemoro et quas vos omnes nostis, insularum. Nominaverat paulo ante Aeginam et Cyprum. REISK. *insularum, quas nostis*, ut bene Reiskius textum defendens contra Marklandum, qui mavult abesse τούτων. Et abest utique in Aristid. Art. p. 472., quo loco ille uti potuisset, si auctoritatem capere voluisset e lapsu memoriae. Verum est et Cyclades et reliquas insulas nomine societatis Atheniensibus subiectas simpliciter passim vocari τὰς νήσους. Ita est superius p. 477, 22., ubi

v. Ulpian. Sed repudiata coniectura sua ipse Anglus ad Demosth. de falsa leg. p. 384. ed. Reisk. [ad p. 364, 23.] recte docet, pronomen οὗτος de rebus absentibus quidem, sed *bene notis* poni, quod antea iam idem ostenderat ad Maximum Tyr. Diss. XXIII. p. 694. Minus recte locum exponit Taylorus ad Or. in Midiam p. 641. [ad p. 580, 12.] FR. A. WOLF. Taylorus interpretatur pronomen δεικτικῶς usurpatum: ut Orator digitum intenderit ad *Πράξεις Χαβρίου*, h. e. ad librum memorialem in medio iacentem et mox recitandum, qui Chabriae res gestas harumque insularum nomina et memoriam complecteretur. Hanc quidem δεῖξιν non magis probo quam Wolfius; sed videndum ne Demosthenes haec dicens intenderit digitum versus Aegaeum mare, qua δεῖξει orationem factam esse ἐναργεστέραν nemo facile negaverit. SCHAEFER.

P. 480. v. 10. φίλας] φιλίας Bekker, ex optimo libro. Placet. SCHAEFER.

P. 480. v. 11. πλέον ἢ] Omisit Aristides. REISK. Conf. p. 481, 10. SCHAEFER.

P. 480. v. 12. ἀπέφηνεν] ἀπέφηνεν Fr. A. Wolf. et Bekker. — V. p. 481, 10. et Ind. Graecit. p. 78. SCHAEFER.

P. 480. v. 13. πρεσβύτατοι] Quare πρεσβύτατοι? Cur provocat ad natu solummodo maximos? Lege cum Ald. et Ven. πρεσβύτεροι. Quae locutio iuventutem tantum excludit. Ita cum Chabriae aetate et rebus gestis concordabitur. Italus; *Di tutte queste cose alcuni* piu vecchi *di voi me ne sono testimoni.* TAYLOR. πρεσβύτατοι Bavaricus quoque, sed cum ερ super octava et nona litera ad exhibendam alteram lectionem πρεσβύτεροι, quam commendans Taylorus ait in Ven. et Ald. esse. Sed aut erravit, aut inter se discrepant exemplaria editionis Aldinae. Nam in ea, qua utor, est h. l. vulgata. REISK. Venetus et quodammodo Bav. exhibet πρεσβύτεροι. Cuius lectionis patrocinium, quod olim Taylorus suscepit, ego nunc ita exsequar, ut paucis dubium sit futurum, quid auctor reliquerit. Statim id in oculis positum est, quum Chabrias vix quadriennio ante hanc Orationem habitam occubuerit, (Olymp. 105, 3.) hoc amplius, quum inter pugnam Naxiam, in qua maxime virtus viri enituit, et Orationis nostrae tempus tantum XXV anni intersint, caussam adesse nullam, cur in rebus ab eo gestis non alii testes citentur quam natu maximi. Quid enim? An sexagenariis aut etiam maioribus opus erat, ut essent, qui Chabriam in glorioso cursu laborum vidissent, aut ipsi sub eo meruissent? Minores autem sexagenariis nemo unquam sanus in numero τῶν πρεσβυτέρων *) habuit. At probabile est, tam prima acta viri, quam extrema, atque illud tempus omne, per quod meritis floruit, ab Oratore respici. Sic usque ad Olymp.

---

*) Voluit, puto, πρεσβυτάτων. SCHAEFER.

96, 4. retrahimur, quo ille anno primum imperatoriae artis specimen dedit. Vid. Diodor. XIV. 92. Ratio haec tuendae receptae lectionis ita mihi ipsi aliquando placebat, ut nihil ab ea recedendum putarem. Sic vero in contextu relictum est, quod ipse Orator damnare videri debet. Supra enim p. 472, 21. ad fidem τῶν πρεσβυτέρων provocabat, etsi de re antiquiore et circiter Olymp. 96, 2. gesta loquens. Ex Ulpiani graecitate Demosthenem nec arguere volo, nec defendere. Mirum tamen sit, si ab illo noster accurati sermonis usu vincatur. Etenim ille ad p. 477, 15., quum Cononis victoriam ad Cnidum memorat, τῶν πρεσβυτέρων habet. Ea autem victoria XXXX annis hanc Leptineam caussam praegreditur. FR. A. WOLF. Non persuadet Wolfius. Vulgatam enim tuetur pronomen τινὲς, quod omittendum erat, si Orator omnino maiores natu, non aetate maxime provectos, antestari vellet. Sic p. 472, 21. ἃ παρ' ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸς ἀκήκοα. Nostro loco cum Demosthenes annos testium accuratius definiendos putaverit, τινὲς recte additum est: nam id aetatis pauci erant superstites, qui ταῦτα πάντα vivendo attigissent. Compara simillimum locum p. 477, 15. ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων: pro quo poterat scribi ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν πρεσβυτάτων, non poterat ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν πρεσβυτέρων. Vides iisdem me locis usum esse, qui Wolfio in promtu fuerunt: uter nostrum iis recte usus sit, alii iudicent. Quod autem Ulpianus l. c. Cononis aequales generali appellatione τῶν πρεσβυτέρων complectitur, nihil quidquam valet ad vulgatam convellendam. SCHAEFER.

P. 480. v. 13. ἄλλας τριήρεις] Scilicet praeter eas undequinquaginta Lacedaemoniis ereptas. Nec opus est τὸ ἄλλας mutare in ὅλας, *totas* sive *integras*. *) Mox [scilic. p. 481, 6.] κἂν ἑάλω. Obsop. καὶ εἰ ἑάλω. et pro τὰς παλαιὰς [v. 22.] τὰς πάλαι. et μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων [v. 22.], non κοινῶν. et ὑπὲρ ὧν ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν [v. 23. nam in editione, quam sequebatur Wolfius, deerat ἐλθὼν]. et βεβαίως πως ἐκεῖνος [p. 482, 5.]. H. WOLF.

P. 480. v. 15. λαμβάνων] λαβὼν Paris. sextus. REISK.

P. 480. v. 17. μόνος] μόνως Ald. REISK.

P. 480. v. 18. ἀπώλεσεν] V. not. ad v. 5. Conf. p. 481, 5. 6. SCHAEFER.

P. 480. v. 19. τρόπαιον — κἀκείνου] Frequentissimus est hic usus particulae ἀπό, ubi tropaei *de* populo positi mentio fit; fortasse inde ductus, quod armis tropaea ornari solebant victo hosti detractis. Verum simpliciter quoque dicitur τρόπαιον στῆσαί τινων

---

*) Cur id annotaverit, haud teneo. Fuitne qui sic censeret legendum esse? REISK.

v. Ulpian. Sed repudiata coniectura sua ipse Anglus ad Demosth. de falsa leg. p. 384. ed. Reisk. [ad p. 364, 23.] recte docet, pronomen οὗτος de rebus absentibus quidem, sed *bene notis* poni, quod antea iam idem ostenderat ad Maximum Tyr. Diss. XXIII. p. 694. Minus recte locum exponit Taylorus ad Or. in Midiam p. 641. [ad p. 580, 12.] FR. A. WOLF. Taylorus interpretatur pronomen δεικτικῶς usurpatum: ut Orator digitum intenderit ad *Πράξεις Χαβρίου*, h. e. ad librum memorialem in medio iacentem et mox recitandum, qui Chabriae res gestas harumque insularum nomina et memoriam complecteretur. Hanc quidem δεῖξιν non magis probo quam Wolfius; sed videndum ne Demosthenes haec dicens intenderit digitum versus Aegaeum mare, qua δεῖξει orationem factam esse ἐναργεστέραν nemo facile negaverit. SCHAEFER.

P. 480. v. 10. φίλας] φιλίας Bekker, ex optimo libro. Placet. SCHAEFER.

P. 480. v. 11. πλέον ἢ] Omisit Aristides. REISK. Conf. p. 481, 10. SCHAEFER.

P. 480. v. 12. ἀπέφηνεν] ἀπέφηνεν Fr. A. Wolf. et Bekker. — V. p. 481, 10. et Ind. Graecit. p. 78. SCHAEFER.

P. 480. v. 13. πρεσβύτατοι] Quare πρεσβύτατοι? Cur provocat ad natu solummodo maximos? Lege cum Ald. et Ven. πρεσβύτεροι. Quae locutio iuventutem tantum excludit. Ita cum Chabriae aetate et rebus gestis concordabitur. Italus: *Di tutte queste cose alcuni* piu vecchi *di voi me ne sono testimoni.* TAYLOR. πρεσβύτατοι Bavaricus quoque, sed cum ερ super octava et nona litera ad exhibendam alteram lectionem πρεσβύτεροι, quam commendans Taylorus ait in Ven. et Ald. esse. Sed aut erravit, aut inter se discrepant exemplaria editionis Aldinae. Nam in ea, qua utor, est h. l. vulgata. REISK. Venetus et quodammodo Bav. exhibet πρεσβύτεροι. Cuius lectionis patrocinium, quod olim Taylorus suscepit, ego nunc ita exsequar, ut paucis dubium sit futurum, quid auctor reliquerit. Statim id in oculis positum est, quum Chabrias vix quadriennio ante hanc Orationem habitam occubuerit, (Olymp. 105, 3.) hoc amplius, quum inter pugnam Naxiam, in qua maxime virtus viri enituit, et Orationis nostrae tempus tantum XXV anni intersint, caussam adesse nullam, cur in rebus ab eo gestis non alii testes citentur quam natu maximi. Quid enim? An sexagenariis aut etiam maioribus opus erat, ut essent, qui Chabriam in glorioso cursu laborum vidissent, aut ipsi sub eo meruissent? Minores autem sexagenariis nemo unquam sanus in numero τῶν πρεσβυτέρων *) habuit. At probabile est, tam prima acta viri, quam extrema, atque illud tempus omne, per quod meritis floruit, ab Oratore respici. Sic usque ad Olymp.

---

*) Voluit, puto, πρεσβυτάτων. SCHAEFER.

96, 4. retrahimur, quo ille anno primum imperatoriae artis specimen dedit. Vid. Diodor. XIV. 92. Ratio haec tuendae receptae lectionis ita mihi ipsi aliquando placebat, ut nihil ab ea recedendum putarem. Sic vero in contextu relictum est, quod ipse Orator damnare videri debet. Supra enim p. 472, 21. ad fidem τῶν πρεσβυτέρων provocabat, etsi de re antiquiore et circiter Olymp. 96, 2. gesta loquens. Ex Ulpiani graecitate Demosthenem nec arguere volo, nec defendere. Mirum tamen sit, si ab illo noster accurati sermonis usu vincatur. Etenim ille ad p. 477, 15., quum Cononis victoriam ad Cnidum memorat, τῶν πρεσβυτέρων habet. Ea autem victoria XXXX annis hanc Leptineam caussam praegreditur. FR. A. WOLF. Non persuadet Wolfius. Vulgatam enim tuetur pronomen τινὲς, quod omittendum erat, si Orator omnino maiores natu, non aetate maxime provectos, antestari vellet. Sic p. 472, 21. ἃ παῤ ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸς ἀκήκοα. Nostro loco cum Demosthenes annos testium accuratius definiendos putaverit, τινὲς recte additum est: nam id aetatis pauci erant superstites, qui ταῦτα πάντα vivendo attigissent. Compara simillimum locum p. 477, 15. ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων: pro quo poterat scribi ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν πρεσβυτάτων, non poterat ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν πρεσβυτέρων. Vides iisdem me locis usum esse, qui Wolfio in promtu fuerunt: uter nostrum iis recte usus sit, alii iudicent. Quod autem Ulpianus l. c. Cononis aequales generali appellatione τῶν πρεσβυτέρων complectitur, nihil quidquam valet ad vulgatam convellendam. SCHAEFER.

P. 480. v. 13. ἄλλας τριήρεις] Scilicet praeter eas undequinquaginta Lacedaemoniis ereptas. Nec opus est τὸ ἄλλας mutare in ὅλας, *totas* sive *integras*. *) Mox [scilic. p. 481, 6.] κἂν ἑάλω. Obsop. καὶ εἰ ἑάλω. et pro τὰς παλαιὰς [v. 22.] τὰς πάλαι. et μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων [v. 22.], non κοινῶν. et ὑπὲρ ὧν ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν [v. 23. nam in editione, quam sequebatur Wolfius, deerat ἐλθὼν]. et βεβαίως πως ἐκεῖνος [p. 482, 5.]. H. WOLF.

P. 480. v. 15. λαμβάνων] λαβὼν Paris. sextus. REISK.

P. 480. v. 17. μόνος] μόνως Ald. REISK.

P. 480. v. 18. ἀπώλεσεν] V. not. ad v. 5. Conf. p. 481, 5. 6. SCHAEFER.

P. 480. v. 19. τρόπαιον — κἀκεῖνον] Frequentissimus est hic usus particulae ἀπό, ubi tropaei *de* populo positi mentio fit; fortasse inde ductus, quod armis tropaea ornari solebant victo hosti detractis. Verum simpliciter quoque dicitur τρόπαιον στῆσαί τινων

---

*) Cur id annotaverit, haud teneo. Fuitne qui sic censeret legendum esse? REISK.

vel κατά τινων. Exempla dabit Taylorus ad Lysiae Or. fun. p. 89. FR. A. WOLF.

P. 480. v. 20. τε] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 480. v. 20. αὖ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 480. v. 20. ἀπὸ] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 480. v. 21. παραλείπω] παραλίπω Bekker. SCHAEFER.

P. 480. v. 25. τῶν τροπαίων, οὗ ἕκαστον] *quo loco quodque.* Sic et paullo ante accipio οὗ ἑκάστην, non *cuius populi.* Iam Πράξεις Χαβρίου, quae recitantur, scriptum id videtur mihi Oratoris fuisse, et huic actui destinatum, non publicum. FR. A. WOLF.

P. 480. v. 27. Ἀθηναῖοι] δικασταὶ Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

P. 480. v. 27. οὑτοσὶ] οὗτος Bekker. SCHAEFER.

P. 480. v. 28. καὶ τριήρεις] Malim καὶ τοσαύτας τριήρεις. REISK. Non opus: modo haec, deletâ post λαβὼν interpunctione, antecedentibus arcte iungas. SCHAEFER.

P. 481. v. 2. εἶναι] ἦ Ald. REISK.

P. 481. v. 2. ἀποστερηθῆναι] ἀφαιρεθῆναι Paris. quintus, August. primus. REISK.

P. 481. v. 3. οἴομαι] οἶμαι August. primus. REISK.

P. 481. v. 3. καὶ γὰρ ἂν ἄλογον κ. τ. λ.] [καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν etc.] Deest aliquid, ut bene vidit Lambinus, qui supplet: — ἄλογον εἴη, εἰ, μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν etc. Verius puto: — ἄλογον εἴη, ὅτι, μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν etc. Lysias contra Nicomach. p. 845, 6. δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι, εἰ μὲν περὶ ἰδίων etc. Vide locum. MARKLAND. Videtur hic aliquid deesse; et sic statuit Marklandus. Sed contra est: nil deest. Similes locos haud paucos ad Lysiam annotavi. V. etiam infra ad p. 742, 12. REISK. καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν —. Annotari, non corrigi debebat structura huius periodi, cuius duo primaria membra negligentius et sine ullo coniunctionis vinculo posita sunt. Dicas quidem cum Lambino, ante μίαν a praegresso εἴη absorptum deesse εἰ, quod exspectes ad εἰσήγγελον, ἀπολώλει et ἔσται. Sic autem minimo intervallo ter eandem particulam legeremus. Quod ut caveret, quidni potius statuamus auctorem ad illud genus constructionis ἀσύνδετον devenisse? Similiter locum vindicat Reiskius contra Marklandum, qui ὅτι addi volebat post εἴη. Id vero vel propter hypothesin dubie expressam h. l. non placet. Etiam plura obstant remedio Augerii ad superiorem periodum trahentis verba καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη. FR. A. WOLF. Post εἴη H. Wolfius posuit subdistinctionem: quem secuti sunt Taylo-

rus et Fr. A. Wolfius. Reiskius cum Bekkero coli signum posuerunt. Mihi placuit verba καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη iungere superioribus, quod etiam Augerum probasse video: probabitque, opinor, quemcunque constructio ἀσύνδετος offenderit. Bekkerus: „εἰ“ [ante ἀπώλεσεν] „om. S. ante μίαν ponit r.“ Vides Lambini coniecturae nonnihil accessisse auctoritatis. Atque fateor nunc haud parum me inclinare huc, ut Gallo ingenioso assentiar. Quod enim Wolfius ait, sic minimo intervallo ter legi eandem particulam, mihi quidem non tanti momenti videtur, ut Oratoris periodum parum apte vincientis negligentiam excusare quam particulae repetitionem tolerare malim.*) Compara quae leguntur p. 475, 26. οὐκοῦν αἰσχρὸν, εἰ μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν συκοφάντην ἂν τὸν ταῦτα λέγοντα ἡγοῖσθε, ἐπὶ τῷ δ' ἀφελέσθαι τὰς τῶν πρότερον εὐεργετῶν δωρεὰς ταῦτα λεγόντων ἀκούσεσθε. Cui loco simillimus noster futurus erat, si Orator, quod licebat (v. not. ad l. c.), sic scripsisset μετοχικῶς: καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, εἰ μίαν μὲν πόλιν ἀπολέσαντ' ἢ ναῦς δέκα μόνας περὶ προδοσίας ἂν εἰσήγγελλον οὗτοι καὶ ἁλοὺς τὸν ἅπαντ' ἂν ἀπολώλει χρόνον, ἐπειδὴ δὲ — τρόπαια, τηνικαῦτα — τούτοις. SCHAEFER.

P. 481. v. 5. εἰ] εἰ, quod ab Ald. abest, corrector Weimaranus addit: item Lessingianus. REISK.

P. 481. v. 6. εἰσήγγελλον] εἰσήγγελον Fr. A. Wolf., lectore non monito librisque tacentibus. Vere, ut opinor. V. Buttmannus Grammat. Gr. mai. II. 1. p. 61. s. et Passowius ad Parthen. p. 70. s. SCHAEFER.

P. 481. v. 6. οὗτοι] In οὗτοι post εἰσήγγελον eadem amarities inest, quae antea p. 475, 22. Simul in transcursu mores populi notantur. Una urbs, una minima classis amissa imperatori rebus optime gestis claro in crimen προδοσίας ducitur et capitis periculum afferre potest. De actione εἰσαγγελίας vid. Salmas. de Mod. usur. p. 589. et Herald. ad I. A. et R. p. 221. FR. A. WOLF.

P. 481. v. 6. καὶ, εἰ ἑάλω] κἂν ἑάλω editio Wolfii. REISK. V. H. Wolf. ad p. 480, 13. SCHAEFER.

P. 481. v. 7. ἀπολώλει] Bekkerus: „ἀπωλώλει F. Y. Ω. r. k. s. et correctus v.“ V. nott. ad p. 242, 10. 359, 26. 372, 17. 379, 18. 424, 20. SCHAEFER.

P. 481. v. 7. ἑπτακαίδεκα μὲν πόλεις εἷλεν κ. τ. λ.] Hinc descripsit Aristides Declamat. §. 103., forsan alio nullo auctore nixus. FR. A. WOLF.

P. 481. v. 8. εἷλεν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 481. v. 10. ἀπέφηνε] ἀπέφηνε Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

*) Conf. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 468. SCHAEFER.

P. 481. v. 11. τηνικαῦτα δ'] [τηνικαῦτα δὲ.] Potius τηνικαῦτα δὴ, *tunc demum*, cum Bodl. et marg. Morel. TAYLOR. Sic in margine Lutet. forsitan e coniectura Lambini. Noli audire. Verum est δέ. Mos ille est Homeri, Herodoti, optimi cuiusque scriptoris, post δὲ praemissum idem δὲ repetere, cum respondet latino *itaque*. *posteaquam vero* — ἐπειδὴ δὲ —, *tunc ergo* — τηνικαῦτα δὲ —. REISK. E Bodl. et marg. Ben. recepi τηνικαῦτα δὴ monitu Taylori et Augerii. Primum defensio vulgati δέ, qua Reiskius utitur, mihi displicebat; tum animo obversabantur exempla bene multa, in quibus plane ut h. l. postrema pars periodi illata habet verba τηνικαῦτα δή, τότε δή, εἶτα δή, *tum vero*, *tum demum*. Ac plurimis recte ita fecisse videbor, quum VV. DD. passim negent, particulam δὲ ab Atticis in apodosi adhiberi. Atqui nunc nec hoc satis exploratum dico esse, et locos in iisdem Atticis superesse non paucos, qui huic decreto repugnent, *) quamvis iam plures nobis subtraxerint editores, qui de mera coniectura δὲ in δὴ mutarunt. At vero rem, quam ne ii quidem satis subtiliter tractarunt, qui de particulis data opera scripserunt, ut Hoogeveenius, quando iustam declarationem hic locus non capit, equidem universe attingere malui, quam culpam, si qua mea est, celare. FR. A. WOLF. Postea virum egregium h. l. unice probasse δὲ didicimus indicio Boeckhii ad Platon. Min. p. 134. Nec licet dubitari vulgatam esse sanissimam. V. Melet. Crit. p. 111. τηνικαῦτα δὴ ibi ponitur, ubi non est simplex membrorum periodi inter se oppositio, qualis hic obtinet, sed posterius membrum ob sententiae gravitatem magis urgetur. SCHAEFER.

P. 481. v. 11. κύρια] κύρι' Bekker. SCHAEFER.

P. 481. v. 12. τούτοις;] Signum interrogandi iam H. Wolfius posuerat. Reiskius Halensisque editor usi sunt novitio signo exclamationis: Bekkerus punctum posuit. Omnis de interpunctione dubitandi causa evanescit, si vera sunt quae annotavi ad v. 3. SCHAEFER.

P. 481. v. 13. φανήσεται] In hoc futuro forsitan aliquis offenderit. Sed et alibi sic Attici. Ut Aeschin. in Ctesiph. p. 440. A. Δημοσθένης ἐνιαυτὸν βουλεύσας, οὐδεμίαν πώποτε φανεῖται πρεσβείαν εἰς προεδρίαν καλέσας, ἀλλὰ τότε μόνον καὶ πρῶτον κ. τ. λ. Ellipsis est, ἐὰν σκοπῆτε. Plene supra p. 466, 18. οὕτος, ἂν σκοπῆτε, φανήσεται συνεχῶς ἡμᾶς εὖ ποιῶν. FR. A. WOLF. Ellipsis est de genere illarum, quas alibi dixi dialecticas: nec propria est Atticorum aut omnino Graecorum, sed linguarum omnium communis. Hoc quidem loco vix quenquam, opinor, futurum tempus male habiturum erat, nisi ipse Wolfius scrupulum iniecisset. Ceterum etiam infra v. 27. φανήσεσθε: sed mox v. 18. φανούμεθα, qua forma etiam Aeschines l. c. usus est. SCHAEFER.

---

*) Conf. Mitscherl. ad Hom. H. in Cer. v. 37. FR. A. WOLF. *in Ind.*

P. 481. v. 15. πεποιημένος,] Delenda subdistinctio cum Fr. A. Wolfio et Bekkero. SCHAEFER.

P. 481. v. 22. παλαιάς] πάλαι Paris. secundus et quintus, August. primus, Vindob. Pannon. Obsop. REISK. V. H. Wolf. ad p. 480, 13. SCHAEFER.

P. 481. v. 23. καινῶν] Vulgo κοινῶν, nullo sensu. τὰς παλαιὰς χάριτας μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων. Restitui ex Obsop. Bodl. Cant. Ital. et editt. Felic. et Manut. Ita versio Tuscana. TAYLOR. Vulg. κοινῶν. καινῶν corrector Weimaranus, August. primus, Bavaricus. Correxi καινῶν. Opponuntur enim inter se veteresque novaeque gratiae *). REISK. Vulgo ante Taylorum erat κοινῶν, nullo sensu; ut Reiskius ipse **) mutaverit. De Chiis, non magis cognoscitur ex historiis, quae praemia Chabriae dederint, quam illud, quod de Conone ab aliis populis ornato legimus p. 478, 12. s. Ceterum antitheta praeclare h. l. cumulata pro se quisque notabit. Conf. ad p. 465, 5. FR. A. WOLF. V. H. Wolf. ad p. 480, 13. SCHAEFER.

P. 481. v. 25. ἐπ'] Abest ab Ald. Sed addidit Lessingianus. Inserit etiam corrector Weimaranus. Sed e regione scriptum est ἐκεῖνος. Unde gemina exsistat lectio: — ὧν ἐκεῖνος ἐλθὼν et — ὧν ἐπ' ἐκείνους ἐλθών. REISK.

P. 481. v. 25. ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν ἐτελεύτησεν] Occidit videlicet Chabrias in obsidione Chii, belli socialis anno primo, Olymp. 105, 3. Interitum eius narrant Diodorus XVI. 7. et Nepos extr. FR. A. WOLF.

P. 481. v. 25. ἐλθὼν] V. H. Wolf. ad p. 480, 13. SCHAEFER.

P. 481. v. 26. προτέραις] πρότερον August. primus, Bavaricus, Lessing. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 481. v. 26. τι] De hac sede pronominis τὶς v. not. ad Longi Pastor. p. 363. et Porsoni Advers. p. 49. ed. Angl. Simili constructione Herodotus II. 101. extr. τῶν δὲ οὐδένα ἄλλων οὐδέν. quod vide ne praestet ut magis Ἰακὸν alteri ordini, quem nuper ascivimus ego Gaisfordusque. SCHAEFER.

P. 481. v. 27. εἰκότως] εἰκότος Ald. Sed correxit Lessingianus. REISK.

P. 481. v. 27. καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκεῖνο] [καὶ μὴν κατ' ἐκεῖνο.] Lege cum edit. Morel. et Cod. Lindenbr. καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκεῖνο, (ut legitur p. 486, 17. καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο, et p. 489, 2.

*) Immo veteres gratiae novaeque offensiones. SCHAEFER.

**) Si quis alius, Reiskius indignus fuit quem hic pronominis aculeus pungeret. Quid enim? adeone obtusâ fuit acie ingenii, ut non videret nisi manifestissima? Immo passim vidit quae non vidit Halensis iste Reiskiani nominis obtrectator. Quod si Anglus fuisset, nimirum Wolfius eius laudes, ut nonnullorum de illa gente, celebraturus erat. Germanum Germanus, quod est inveteratum nostrae gentis cacoëthes, iniquissime vexavit. SCHAEFER.

καίτοι καὶ παρ' ἐκείνοις τινὲς εἰσιν ἴσως ἀγαθοί, et p. 497, 12. *πῶς γὰρ καὶ κατὰ τοῦτο*, *nam* vel *hac ratione*,) quod multum ad sensum confert et facile librarium in ea sede latere potuit. *Et vel eo solo nomine, ut caetera omittam, indigne ageretur cum Ctesippo.* Annon vides, mi lector, quantum accedat? Pergo autem. Hic defuit ea vocula, mox abundabit. Lego enim: *πολλάκις ὑμῶν στρατηγήσαντος Χαβρίου, οὐδενὸς πώποτε υἱὸς*, sine *καί*. Ita etiam habet bonus Cod. Reg. *α*. TAYLOR. *καὶ* secundum abest ab editt. P. Manut. et Wolf. REISK. Posteriore *καὶ* carent Ald. Herv. Felic. Wolf. Reddidit e ceteris libris Taylorus, qui confert locos similes p. 486, 17. 497, 12. Ut sit: *At vero vel solo hoc nomine* (ut cetera omittam) *indignum in modum cum Ctesippo ageretur* etc. *κατά τι* est *propter caussam aliquam*. Hodie dicunt verbis latinis quidem, sed male usurpatis: *ratione alicuius rei habita*. Iam quae particula principio deerat, eadem ante voc. *οὐδενὸς* Tayloro abundare videtur, et Reiskius expunxit de auctoritate Par. 1. Aug. 1. Bav. Quod licet et Augerio placeat, imitari nolui idcirco, quod vi intendendi, non copulandi, acceptae particulae ratio constat. *Chabrias etsi saepe exercitum vestrum duxit, tamen ne unius quidem filius per eum orbus factus est.* Occurrit certe *καὶ εἷς*, *vel unus*, quod accedente negativa quid aliud est, nisi *ne unus quidem*? Quanquam an ita frequentetur formula *καὶ οὐδεὶς*, nunc non praestarim, quum certa illius exempla non succurrant. Notarunt sibi fortasse diligentiores. FR. A. WOLF. Particulam recte iterarunt. V. not. ad p. 477, 10. Sed de altero *καὶ* ante voc. *οὐδενὸς* Wolfius mire erravit. Conf. Reisigius ad Sophocl. Oed. C. p. 304. *ne unius quidem* est *οὐδ' ἑνός*: quomodo per me licet hic scribas. SCHAEFER.

P. 482. v. 1. *καθ' ὃ*] Vulg. *καθὸ*. *καθ' ὃ* P. Manutius. REISK. Halensi editori placuit dare *καθὸ*. Non imiter. SCHAEFER.

P. 482. v. 2. *οὐδενὸς*] Vulg. *καὶ οὐδενὸς*. *καὶ* abest a Paris. primo, August. primo, Bavar. Vindob., probante Tayloro. Delevi copulam. REISK. Iure delevit. V. not. ad p. 481, 27. SCHAEFER.

P. 482. v. 5. *ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε κ. τ. λ.*] Wolfius hunc locum interpretatur iuxta suam punctationem: *ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε φαίνεται βεβαίως*, etc. *) An hoc est Demosthenicum? Tu diiudica. Porro nonnulli Codd. v. 6. pro *ἐγένετο* habent *εἶναι*. Quibus ducibus, delenda est parenthesis et *φαίνεται* (vel potius *ἐφαίνετο*) construendum est cum *εἶναι*. Deinde pro *πως* in hoc loco Cod. Aug. *ὡς*, ita ut vocula inutilis ortum videretur habere ex fine praecedentis. Quod verum esse arbitror. TAYLOR. Pro *ἐγένετο* August. primus habet *εἶναι*. Sed in eodem omnino est *βεβαίως*

---

*) Conf. H. Wolf. ad p. 480, 13. SCHAEFER.

πως. Nescio quis aut quid Tayloro imposuerit, ut secus affirmaret: nam Fabricius quidem h. l. nihil annotavit. V. annotationem ad ὢν v. 6. REISK. Egregie textum depravat scriptura, quam Taylorus e librorum quorundam vestigiis erutam vulgatae praefert: οὕτω γάρ, *) ὡς ἀ. ἔ. ἐφαίνετο βεβαίως ἐκεῖνος εἶναι φιλόπολις. Ubi simul hoc mirum, quod ab illo vocula πως post βεβαίως tanquam inutilis proscribitur. Quoties haecce enclitica sic adverbiis iuncta in Atticis occurrit! Fortasse delusit virum optimum editio Wolfii male verba dispungens. Nostri: *Er war so ganz* (*so aus festen Grundsätzen*) *Patriot* etc. FR. A. WOLF. οὕτω γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε φαίνεται βεβαίως πως ἐκεῖνος φιλόπολις Bekker. Satis placet, nisi quod me perinde ut Taylorum πως offendit: non tamen ut inutilis vocula, sed ut noxia sensui. Iungendum enim οὕτω βεβαίως ὥστε —: formulâ significante talem βεβαιότητα, quae τὸ μειωτικὸν μόριον addi nullo modo patiatur. Igitur mihi quoque πως delendum videtur: nisi forte in eo lateat participium ὤν. SCHAEFER.

P. 482. v. 6. φιλόπολις] φιλόπατρις margo Lutet. REISK.

P. 482. v. 6. ὢν] ὡς August. primus. REISK.

P. 482. v. 8. τούτῳ] Scilicet τῷ ἔθει, *hoc more suo* (caute agendi) *utebatur:* aut τῷ ἀσφαλεῖ, quod idem est. REISK. H. e. τῷ ἀσφαλεστάτῳ. *vestra quidem caussa hac summa cautione utebatur.* Ita de Agesilao Xenophon Hellen. IV. 3. 12. ἐνταῦθα δὴ ἀνδρεῖον μὲν ἔξεστιν εἰπεῖν ἀναμφισβητήτως· οὐ μέντοι εἵλετό γε τὰ ἀσφαλέστατα κ. τ. λ. Quem ad locum conf. Plutarch. in Pelop. p. 278. FR. A. WOLF. V. Markland. ad p. 478, 17. De re ipsa conf. p. 480, 17. s. 482, 2. SCHAEFER.

P. 482. v. 8. δὲ] δ' Fr. A. Wolf. Mirare viri inconstantiam, qui tot hiatus Atticorum auribus intolerabiles e Francofurtana revocavit, ut emendatiorem scilicet Reiskiano textum daret, h. l. usus est apostropho, ubi pronuntiatio plenam particulae formam imperiose poscit. V. not. ad p. 293, 20. SCHAEFER.

P. 482. v. 8. ἐπειδὴ τὸ καθ' αὑτὸν κ. τ. λ.] Forte ἐπειδὴ τότε. Verti: *cum suum cornu periclitaretur.* Sed ὑμῶν ὁπότε ἡγοῖτο et ἐπειδὴ καθ' αὑτὸν (τὸ καθ' αὑτὸν eleganti pleonasmo articuli) ἐτάχθη κινδυνεύειν videntur opponi inter sese: ut dicat, eum fuisse στρατηγὸν μὲν ἀσφαλῆ, στρατιώτην δὲ ἀφειδῆ καὶ θρασύν. Quare vertas licebit: *cum per se pugnandum ei esset*, vel, *iam non imperator, sed miles, in acie mortem* etc. Vide Vitam Chabriae apud Aemilium Probum. Nannius: *In vestris periculis se cautum, in suis se admodum securum praebebat, adeo ut* etc. Aliquando putabam pro ἐτάχθη legendum ἐδόκει: *cum suum cornu periclitari videretur.* Sed minus placet. H. WOLF. Pro τὸ

---

*) Ecquis putet Taylorum post γὰρ interpungi voluisse? SCHAEFER.

vult Wolfius τότε. Ad τὸ καθ᾽ αὐτὸν subaudi ἴδιον μέρος. REISK. Wolfius pessime coniicit ἐπειδὴ τότε. τὸ καθ᾽ αὐτὸν, scil. μέρος, est *quantum in eo situm est, quod ad eum pertinet, pro virili, per se, sine aliis.* Itaque vertes: *sua autem caussa, quum per se in loco periculoso ei decertandum esset, cautionem illam miles neglexit* etc. FR. A. WOLF.

P. 482. v. 10. παρεῖδε] παρίδε (sic) August. primus. REISK.

P. 482. v. 10. καταισχύναι] κατεσχύναι Aldus. REISK. καταισχῦναι Bekker. Turpe accentus vitium est etiam in Halensi. SCHAEFER.

P. 482. v. 11. αὐτῷ] αὑτῷ Dindorf. SCHAEFER.

P. 482. v. 12. ἡμεῖς] Vulg. ὑμεῖς. ἡμεῖς corrector Weimaranus, P. Manut. August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 482. v. 13. φήσομεν] φήσωμεν P. Manut. REISK.

P. 482. v. 15. ἑστήκῃ] ἑστήκει Ald. P. Manut. REISK.

P. 482. v. 15. ὑπὲρ ὑμῶν — ἔστησε] Construendae sunt voces ὑπὲρ ὑμῶν ἔστησε, non ὑπὲρ ὑμῶν στρατηγῶν cum Wolfio. στρατηγῶν est ὁπότε ἡγοῖτο, ut paulo ante dixerat: ὑπὲρ ὑμῶν, ὁπότε ἡγοῖτο, ἐχρῆτο τούτῳ. de quo loco dixi supra ad p. 478, 17. MARKLAND. *tropaea, quae statuit tum, quum imperator erat vestri exercitus,* ad verbum, *vestro nomine, vestra auctoritate.* Ἐστρατήγησε γὰρ ὁ Χαβρίας καὶ ὑπὲρ ἄλλων τινῶν, ὑπὲρ Κυπρίων καὶ Αἰγυπτίων. Sed illic ab eo parta tropaea nihil huc pertinent. Isocrates de Conone Paneg. c. 41. ὑπὲρ τῆς Ἀσίας στρατηγήσας τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν. Notanda haec vis particulae ὑπέρ, cuius immemor Marklandus sic verba connectit: ἃ ὑπὲρ ὑμῶν ἔστησε, *quae vestrum in commodum statuit.* Ipsam structuram non reprehendo, στῆσαι τρόπαια ὑπέρ τινος, eamque adeo memini me in Oratoribus legisse. Verum sic verba ambigue traiecta essent. FR. A. WOLF.

P. 482. v. 17. οὐ σκέψεσθε — καὶ λογιεῖσθε] *Considerate vobiscum et reputate.* Nam est illud pro imperativo. Conf. ad Platon. Sympos. II. 11. Proxima redde: *Non iam de lege iudicium est, utrum illa utilis sit, an minus, sed de vobis, utrum digni in posterum beneficiis sitis, necne sitis.* Repetitur non sine gravitate ἐπιτήδειος in altero membro. Proprie enim et solenniter dicitur νόμος ἐπιτήδειος, *lex bona, civitati utilis, ideoque iubenda.* Ceterum nescio an in voc. δοκιμάζεσθε Atticus auditor cogitarit δοκιμασίαν, qualis fere candidatis apud Athenienses subeunda erat, quae ipsa habebat speciem κρίσεως. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 484, 17. SCHAEFER.

P. 482. v. 20. ἐστε πάσχειν] Vulg. πάσχειν ἐστὲ. Invertit August. primus. REISK. πάσχειν ἐστὲ εὖ traiectio est, cuiusmodi innumerae sunt apud utriusque linguae auctores optimos, et, ni fallor, apud Atticos maxime, etiam multo liberiores. Quarum

ego caussam modo in negligentia quadam sermonis, saepius in numeris oratoriis aut simili in re quaerendam arbitror. Aug. 1. tamen invertit, ἐστε πάσχειν, posteaque τὸ Χαβρίᾳ ψηφισθὲν ψήφισμα. Utrumque intrusit Reiskius contra fidem ceterorum codd. omnium. FR. A. WOLF. Priorem verborum ordinem, πάσχειν ἐστὶ, restituit etiam Bekker. Simili traiectione p. 483, 2. εὖ τινας πεποιήκατε. Ibid. v. 22. πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ. SCHAEFER.

P. 482. v. 20. ἐπίλοιπον] Simplex λοιπὸν Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. λοιπὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 482. v. 21. τὸ Χαβρίᾳ] Vulg. τὸ τῷ Χαβρίᾳ. τῷ abest ab Ald. P. Manut. Eieci mediam vocem. REISK. τὸ τῷ Χαβρίᾳ Bekker. SCHAEFER.

P. 482. v. 21. ψηφισθὲν ψήφισμα] Vulg. ψήφισμα ψηφισθέν. Invertit August. primus. REISK. ψήφισμα ψηφισθέν Fr. A. Wolf. et Bekker. V. not. ad v. 20. Alia talium traiectionum exempla congessi ad p. 323, 13. SCHAEFER.

P. 482. v. 21. ὅρα δὴ καὶ σκόπει κ. τ. λ.] Locus hic apud Aristidem in Τέχνῃ p. 258. sed admodum corrupte legitur. REISK. Leguntur haec verba apud Suidam in voc. Ὅρα, sed nuda hodie et elapsis iis, quae Lexicographus adscripserat. Ibi, opinor, notarat figuram [τοῦ] αὐτοσχεδίου, qua Orator nunc utitur. Nam Orationes, quotquot ex antiquitate supersunt, quamvis pleraeque omnes post demum sint literis perscriptae, quam publice habitae essent, occurrunt tamen in iis loci artificiose sic commentati, ut in rem praesentem adducti non legere videamur elaborata, sed audire ex tempore fusa. Ita Demosthenes h. l. scribam nobis ob oculos ponit cunctantem et psephisma requirentem, quem iubet circumspicere curatius; mox ut homini spatium ad quaerendum det, simulans se quod in solum, ut dicunt, loqui velle, ad novum enthymema in Leptinem accingitur. Simile quid reperitur in notabili loco nostri de fals. leg. p. 325. E. [ed. Francof.], ubi, si quando proposito aliena legere lubebit, legas Reiskium in Not. p. 716. Demosthenis hunc quoque modum imitator Romanus, non magnopere ille de verbis singulis aut sententiis exprimendis sollicitus, sed artem universam graeci exempli aemulatus, hunc ergo modum Cicero transtulit in Verrinam IV. 3. hoc est, in eam Orationem, quam scriptam tantum scimus esse, non habitam. Ibi quum dixit, *Canephorae ipsae vocabantur*, statim auditorem aliquem de nomine artificis interrogare se simulans, quasi ipse talis rei rudis, addit: *Sed earum artificem quem? quemnam?* Tum parvo intervallo: *Recte admones; Polycletum esse dicebant.* Quae ultima verba sic efferuntur, ut nomen artificis Oratori ab aliquo ex corona suggestum videatur. Iam ex tribus his locis puto cognosci posse, cur ita antiqui fecerint, quum consulto fecisse appareat. Nimirum sicut poetae scenici fabulas suas ita faciunt, ut etiam in cubiculo

lectae nos mente animoque in scenam abripiant: eodem plane modo illi, quorum scena erat forum et iudicia, ita nativum colorem quendam et gratiam putarunt orationibus scriptis accedere, si habitis essent simillimae; qua arte lector sibi e cubiculo suo videretur in solem et pulverem translatus. Simul non dubium est, hanc speciem extemporalitatis ἀξιόπιστόν ποιεῖν λόγον, quod ad h. l. observat Aristides in Arte p. 467. Ad Ciceronis locum conf. Quinctil. IX. 2. 61. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 407, 13., ubi non dicam Reiskium proposito aliena scripsisse. Quis enim praefracte neget Demosthenem huiusmodi interlocutionibus vere usum esse, cum oraret? Iocularis autem est ad nostrum locum Reiskii annotatio in vernacula Orationis interpretatione T. III. p. 56. SCHAEFER.

P. 482. v. 25. τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην] Scilicet Iphicratem donarunt statua aenea, victu Prytanei, aliis praemiis, teste Demosthene in Aristocr. p. 746. B. [ed. Francof.]. Quocum conf. Aeschin. in Ctesiph. p. 467. D., ubi etiam similium honorum Timothei meminit et rerum, quae suos utrique meruerant. Ἐπερώτησον τοὺς δικαστάς, inquit ille Demostheni coronam affectanti, εἰ ἐγίγνωσκον Χαβρίαν καὶ Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον, καὶ πυθοῦ παρ' αὐτῶν, διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν· ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται, ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν, Ἰφικράτει δέ, ὅτι τὴν μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε, (v. locc. laudd. a Lambino ad Corнel. Nep. Iphicratem et Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 712.) Τιμοθέῳ δὲ διὰ τὸν περίπλουν τὸν εἰς Κέρκυραν. His conf. loca, quae designant Muretus Varr. Lectt. VIII. 22. et Taylorus ad Lysiae Fragm. p. 18. seqq. FR. A. WOLF.

P. 482. v. 26. Στράβακα καὶ Πολύστρατον] Posteriorem una cum Chabria et Iphicrate ducem fuisse conducticii exercitus (τοῦ ξενικοῦ ἐν Κορίνθῳ. Conf. Aristoph. Plut. 173. ibique Schol. et Harpocr. hh. vv.) novimus ex Philipp. I. p. 50. D. [ed. Francof.]. Quo loco Didymus quum temere poneret Πολύτροπος, non videtur is nostrae Orationis meminisse. Vid. Harpocrat. v. Πολύστρατος ibique Maussac. et conf. Apsin. p. 704. Post Maussacum tamen eidem loco emendando operam dederunt Tourrellius et Lucchesinus. Sed illius quidem correctio, Καλλίστρατος, fluxit e notula Wolfii, quae diversa bella confundit, Corinthium et Boeotium. Prior et ipse de commendatione Iphicratis ornatus, Strabax, videri potest Iphicratis in eodem bello adiutor fuisse. Hominem aliquanto melius nossemus, nisi manci hodie essent Harpocratio et Suidas *), qui ipse iam olim mutilo exemplo Harpocrationis usus videri debet. Clearchum suspicatur Reis-

*) Nec plenior est Photius c. 399. SCHAEFER.

kius *) eundem esse, qui Heracleae, Pontica urbe, tyrannus fuerit ab Olymp. 104, 1. ad Olymp. 106, 4. auctore Diodoro XV. 81. et XVI. 36. Mihi in homine aliunde ignoto nec ulla re hic nobis notato coniectura abstinendum videtur. FR. A. WOLF.

P. 482. v. 26. Στράβακα] Citat hunc locum Harpocrat. v. Στράβαξ. REISK.

P. 482. v. 26. Πολύστρατον] ὀλύστρατον index Aldi. Margo Bavarici: γρ. ὀλύστρατον. REISK.

P. 482. v. 28. αὐτὸς] ipse solus, nullo cum socio. Pro μόνος. REISK. αὐτὸς — μόνος. Per se αὐτὸς est μόνος, *ab aliis seiunctus*. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 230. Sed nonnunquam utraque vox coniungitur, praesertim quum vim quandam sententia habet. Exempla dabit Abreschius in Thucydid. T. II. p. 223. Frequentius latine iuncta leguntur *unus* et *solus*. FR. A. WOLF. Verte: *ipse vero Chabrias a vobis solus dona accepit*: Χαβρίας αὐτὸς vernacule *Chabrias für seine Person*. Nihil hic pleonastici. SCHAEFER.

P. 483. v. 3. αὐτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 483. v. 5. πάντας — ὁμοίως] Haec copulavit Reiskius, ne indicio quidem ad lectorem facto. An ita iungi voluit πάντας et ὁμοίως? Quod alibi quidem fit, in nostro quoque de Cor. p. 473., ubi ineptit Taylorus. Quidquid voluit ille, si quid omnino voluit, nunc verbum ὁμοίως sententiae ipsius claro tenore ad sequentia trahitur. Nec aliter edd. ceterae, etiam Ben. Verius ille v. 7. de monitu Taylori ante ἐδώκατε inserit τότε, quod deſit in impressis plerisque. Id primum commendatur a proximo νῦν, tum a libris, Par. 1. 5. Pan. Ital. Vind. Aug. 1. marg. Vin. FR. A. WOLF. ὁμοίως cum Reiskio antecedentibus iunxit Bekker. V. Krügerus Commentatt. post Dionys. Halic. Historiograph. p. 259. s., ubi h. l. citans non multum abesse ait, quin contra Wolfium Reiskii sententiam amplectatur ὁμοίως cum πάντας iungentis. Mihi quoque nostra interpunctio unice probatur. SCHAEFER.

P. 483. v. 7. ἂν τότ' ἐδώκατε] [ἂν ἐδώκατε.] Codd. Obsop. Vindob. Ital. Regg. α. ε. ἂν τότε ἐδώκατε, particula addita non prorsus otiosa. οἷς δι' ἐκεῖνον ἂν τότε ἐδώκατε τὴν δωρεάν, διὰ τούτους νῦν αὐτὸν ἐκεῖνον ἀφαιρήσεσθε. TAYLOR. Vulg. ἂν ἐδώκατε. ἂν τότ' ἐδώκατε Bavaricus, editio P. Manutii, corrector Weimaranus, August. primus. Et sic correxi. REISK. V. Fr. A. Wolf. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 483. v. 7. τὴν] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. Statim post δωρεὰν ponenda subdistinctio. SCHAEFER.

---

*) V. Ind. Historic. p. 563. SCHAEFER.

P. 483. v. 8. *οὐδὲ γὰρ ὑμῖν κ. τ. λ.*] Citat Aristides p. 272. REISK.

P. 483. v. 10. *ἁρμόττει δοκεῖν*] *ἁρμόττειν δοκεῖ* non deteriore sensu Vindob. Lindenbr. et Felic. MSS. etiam Manut. *ἁρμόττειν* etiam Obsop. et Ven. TAYLOR. Nemini profecto praeter Taylorum placeat lectio *ἁρμόττειν δοκεῖ*. Mera est corruptio. In proximis manifesta vis particulae *παρὰ* de tempore, quod praesens vocant. Opponuntur inter se *παρὰ τὰς εὐεργεσίας* atque *ἐπειδὰν χρόνος διέλθῃ βραχύς*. FR. A. WOLF. Ineptissime diceretur *decere videri*. SCHAEFER.

P. 483. v. 13. *αὐτοῖς*] vestris euergetis, benefactoribus, non ipsorum amicis. REISK.

P. 483. v. 13. *ἀφαιρεῖσθαι*] *ἀφαιρεῖσθε* August. primus. REISK.

P. 483. v. 14. *ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΩΝ ΧΑΒΡΙΟΥ ΤΙΜΩΝ.*] [*ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ* etc.] Lege *Ψήφισμα*. Supra p. 482, 21. *λάβε δὴ καὶ τὸ Χαβρίᾳ ψήφισμα ψηφισθέν*. Vide et quae ibi sequuntur: unde patet, de uno psephismate, non pluribus, agi. MARKLAND. Vulg. *Ψηφίσματα*. *Ψήφισμα* vult Marklandus, et sic est in Bavarico, qui titulum sic concipit: *Ψήφισμα Χαβρίου τινῶν*. In margine Lutetianae est: *Ψηφίσματα αὐτῶν τῶν Χαβρίου τιμῶν*. Ab August. primo *τῶν* abest. Videtur *Ψήφισμα τῶν Χαβρίου τιμῶν* legendum esse, quo ducit lectio Augustani *Ψηφίσματα Χαβρίου*. In terminatione *τα* latet sine dubio *τῶν*. Quare sic correxi. V. p. 482, 21. REISK. Reposui cum Reiskio *ΨΗΦΙΣΜΑ* pro vulgato *ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ*. Correctionem ante illum fecerat Marklandus e p. 482, 21., ubi clare est unum psephisma, non plura. Accedit correctioni auctoritas quaedam a Bav., qui habet *Ψήφισμα Χαβρίου τιμῶν*. Nec ego sine auctore textum mutassem memor eorum, quae scripsi ad p. 470, 23. Honores Chabriae a populo decreti, quantum quidem liquet, fuerunt statua in foro posita, et haec immunitatis donatio, fortasse alia plura. Statuae in transitu meminit Aeschines in Ctesiph. p. 467. E. Conf. Diodor. XV. 33. et Nepos c. 1. Dederunt autem eos honores Chabriae adhuc vivo, quod praeter Nepotem l. c. noster docet p. 482, 11. *εἶτα ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνος κ. τ. λ.* FR. A. WOLF.

P. 483. v. 16. *οἷς οὐκ ἀκηκόατε*] [*οἷς ἀκηκόατε.*] Male Wolfius *praeter alia multa, quae audivistis*, cum debuit esse in genere masculino, *πρὸς πολλοῖς ἄλλοις εἰσὶν οὗτοι*. Codd. Aug. et Ital. *οὓς ἀκηκόατε*. Quam lectionem tametsi improbem, dubium tamen non est, quo sensu hic locus olim intelligebatur. Versio Italica: *oltre a molti altri, che udito havete, sono questi*. Nannius: *Tales sunt isti praeter alios complures, quos iniuria afficietis, nisi* etc. TAYLOR. Pro *οἷς* August. primus *οὓς*. *οὐκ* de meo addidi. *praeter alios multos, de quibus me nil audivistis commemorantem*. Aut alias amplectenda lectio codicis Augustani: *πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, οὓς ἀκηκόατε, εἰσὶν, praeter alios multos*

Ia me tacitos praeteritos] *sunt illi, quos audivistis.* Spernit hanc lectionem Taylorus, sed immerito. REISK. οἷς ἀκηκόατε. Non dubitem, a Phormione oratore. Nisi quis πολλοὺς ἄλλους accipere malit de exteris, Corinthiis, Thasiis, Byzantiis, de quibus ante; ut ita distinguantur a civibus, Conone et Chabria. Sed illud probabilius. Etsi Demosthenem miror hic verborum tam parcum, qui ne unum quidem adverbium, πρότερον aut simile aliquod, addiderit. Ital. et Aug. 1. dant οὓς ἀκηκόατε, in quo videri potest latere οἷς οὐκ ἀκηκόατε, quod in textum adscivit Reiskius. Non male. Conf. tamen p. 457, 10. ss. et p. 505, 22. ss. FR. A. WOLF. οὓς ἀκηκόατε Bekker. item expellens negativam, quam nollem Reiskius infersisset. SCHAEFER.

P. 483. v. 16. οὗτοι] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. Iure, ut opinor. Ipse Reiskius non multum abfuit quin deletum mallet. SCHAEFER.

P. 483. v. 17. σκοπεῖτε — καὶ λογίσασθε] Vellem hic locus in promtu fuisset illis, qui alio sensu praesentis, alio aoristi imperativum dici docuerunt. Potuit Orator scribere aut σκέψασθε — καὶ λογίσασθε, ut p. 629, 26. σκέψασθε — καὶ θεωρήσατε, aut σκοπεῖτε — καὶ λογίζεσθε, ut p. 122, 3. λογίζεσθε — καὶ θεωρεῖτε. Nunc diversa tempora coniunxit, idque nullo ad sensum discrimine: nam σκοπεῖν et λογίζεσθαι esse ἰσοδυναμοῦντα copularique h. l. πλεοναστικῶς ecquis negabit? Conf. not. ad p. 494, 17. SCHAEFER.

P. 483. v. 17. δὲ] δὴ August. primus, P. Manutius. REISK. δὴ Bekker. Nostra scriptura satis placet. SCHAEFER.

P. 483. v. 17. παρ'] ἐν August. primus. REISK. Item Bekker. Conf. p. 122, 5. SCHAEFER.

P. 483. v. 17. εἴ τινες — αἴσθησιν] Plato Menex. c. 21. εἴτις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων κ. τ. λ. Lycurgus in Leocr. p. 231. εἴτις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. Cicero Philipp. IX. 6. *Mihi autem recordanti Ser. Sulpicii multos in nostra familiaritate sermones gratior illi videtur, si quis est sensus in morte* etc. Sic antiquitas saepe manibus sensum tribuit et cognitionem quandam rerum terrestrium. FR. A. WOLF.

P. 483. v. 20. τινὶ] καὶ P. Manut. REISK.

P. 483. v. 21. πῶς] [ὡς ἂν εἰκότως.] MSS. Ald. Codd. item Reg. ε. et Aug. πῶς ἂν εἰκότως. Ital. etiam et Bodl. eodem sensu, sed interrogative, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν; Recte hoc. Sic Lysias c. Philonem: πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ὑπὸ πάντων ὑμῶν μισοῖτο; TAYLOR. Vulg. ὡς. πῶς August. primus, margo Bavarici, index Aldi. Correxi πῶς. REISK. ὡς ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν. Ital. et Bodl. πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν, interrogative: *nonne merito indignarentur?* Per se non inepte, at inepte propter iuncturam verborum σκοπεῖτε καὶ λογίσασθε. Fortasse idem sibi volebant librarii, qui dederunt πῶς ἂν εἰκότως, nisi pro sua doctrina putarunt, πῶς vim habere τοῦ ὡς. Quem soloecismum recepit

Reiskius. FR. A. WOLF. ὡς cum Wolfio revocavit Bekker. Quod nemo non probabit. πῶς enim solum per se seorsumque intelligi oporteret. Atqui particula iungenda est adverbio εἰκότως. Sic vero locum habet ὡς, non πῶς. SCHAEFER.

P. 483. v. 21. ὧν] Genitivus pro accusativo positus per legem attractionis: ὧν — κρίσις γίγνεται. Abundat igitur quod statim sequitur demonstrativum τούτων: sed ita abundat, ut vi sua non careat. V. Melet. Crit. p. 84. SCHAEFER.

P. 483. v. 22. ἔργῳ πεποίηκεν] Compares ῥηθῇ τῷ λόγῳ v. 25. Locutiones ad speciem pleonasticae, sed consulto satisque significanter positae: scilicet ut oppositio magis exsistat. SCHAEFER.

P. 483. v. 22. εὖ] De hac sede adverbii εὖ v. not. ad p. 384, 5. SCHAEFER.

P. 483. v. 23. ἂν] ἃ Paris. primus. REISK.

P. 483. v. 23. ἡμῶν] ὑμῶν August. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 483. v. 25. ποιήσασιν] Vulg. πονήσασιν. ποιήσασιν Paris. quintus. Correxi ποιήσασιν ob illud v. 21., ὧν ἔργῳ πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ. REISK. In uno Par. 5. legitur ποιήσασιν. Nihil de tali mendo nec de tot similibus dicerem, absque Lipsiensi editore esset, qui nobis incredibili levitate pessimas quasque diobolarium codicum scripturas ubique cum cura indagatas obtrusit. Nunc quidem tuetur se istis, ὧν ἔργῳ πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ. At ista nihil huc quidquam faciunt. Iam nunc Orator queritur, illorum *operam*, τὸν πόνον, si laude merita factorum fraudarentur, *frustra effusam* videri. Et ita frequenter dicitur absolute πονεῖν. Acute eum iudicare putarem, qui, si omnes libri dedissent ποιήσασιν, vulgatum rescriberet. Nunc quum contra sit, ecquid pretii erit ei, qui primus bonas lectiones e textu expellit? FR. A. WOLF. Iure dedit πονήσασιν: secutusque eum est Bekkerus. Ego vero hanc scripturam sic probo, ut, si ceteri libri omnes haberent ποιήσασιν, unus iste Parisinus daret πονήσασιν, hoc illi non essem praelaturus. SCHAEFER.

P. 483. v. 26. ἵνα τοίνυν εἰδῆτε κ. τ. λ.] Sequitur hinc Orationis pars altera, quae in locum legis Leptineae hactenus oppugnatae novam surrogat; qua de re diximus in Prolegomm. FR. A. WOLF.

P. 483. v. 26. Ἀθηναῖοι, ὅτι ὡς] Desunt Parisino primo. REISK.

P. 483. v. 27. ἐπὶ πᾶσι δικαίοις] Verte, *convenienter summae aequitati*, proprie, *conditionibus aequissimis*. Eodem modo Aeschines in Ctesiph. p. 455. F. ὁ λογισμὸς ἔστω ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. ubi vana est coniectura Toupii a Tayloro probata, ἐπὶ πᾶσι δίκαιος. FR. A. WOLF.

P. 483. v. 28. ὅσους] οὓς August. primus, margo Parisinae. REISK. Recepit Dindorf. SCHAEFER.

P. 483. v. 29. ἡμῶν] ὑμῶν margo Lutet. August. primus, Aldina, ubi Weimar. et Lessing. corrector vulgatam adscripsit. REISK. ὑμῶν etiam Hervagiana secunda. Legendum forsitan ὑμῖν. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 258. Unice verum ἡμῶν. *a nobis:* non item ab adversariis. V. Taylorus ad p. 502, 24. SCHAEFER.

P. 483. v. 29. εἵνεκα] ἕνεκα Dindorf., quomodo Cod. Bekk. Adverte praepositionem casui suo ita postpositam, ut tribus verbis intersertis ab illo disiungatur. Uno disiunctam interserto dignam de cuius sede moneret habuit Sylburgius ad Dionys. Halicarn. T. III. p. 1514. R. SCHAEFER.

P. 484. v. 1. παρεισφέρομεν] V. Ind. Graecit. p. 386. ἀντεισφέρειν legitur p. 486, 25. SCHAEFER.

P. 484. v. 2. φαμεν εἶναι] Vulg. εἶναι φαμέν. Invertit August. primus. REISK. εἶναί φαμεν Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 484. v. 6. κρίνας παρ' ὑμῖν] Usitata sunt κρίνειν et κρίσις de accusatore. Docuit hoc Taylorus ad Lycurg. in Leocrat. p. 137. et dudum antea Muretus Varr. Lectt. XIX. 16. id agens, ut eodem modo lat. *iudicare* poni ostendat e Livio XXVI. 3. Sed ibi vid. Duker. Proxima loci nostri diverse scribunt membranae. Aliae καὶ ὅπως οὐδεὶς ἂν ἀντείποι, aliae μὴ οὐ δεῖν ἔχειν τοὺς ἀξίους τὰ δοθέντα, aliae μὴ οὐ δεῖν ἔχειν ἐξουσίαν τὰ δοθέντα. Confudit haec Wolfius interpretando: *tum, ut potestas immunitatis concedendae vestra sit, quod aequum esse nemo negabit; tum, ut bene meriti suis praemiis secure fruantur.* Etsi edendo ille non recedit a lectione ea, quam nos Reiskium secuti e Ben. repetimus. Videndum tamen, ne ista talis varietas gravius aliquod mendum occulat, aut integra sententia desit, his vel similibus concepta verbis: καὶ ὅπως ὑμεῖς ἐξουσίαν ἕξετε δοῦναι τὰ ὑμῶν. Omissioni caussam praebere potuit saepe repetitum καὶ ὅπως, aut similitudo sonorum in ὅπως ὑμεῖς et ὅπως οὐδείς, apud librarios nimirum oculis auribusve cogitantes, ut fere solebant. Ac sententia, quam modo posui, non solum alibi a nostro diligenter inculcatur, uti p. 457, 17. s. et p. 487, 5., sed et talis est, quam hoc maxime loco prope necessariam dixeris. Neque ea satis exprimitur illis: ὅπως ὑμεῖς μηδὲν αἰσχρὸν ποιῆσαι δόξετε. FR. A. WOLF. Sed oratores dialectica subtilitate adstringi non patiuntur: loquiturque h. l. Demosthenes de immunitate iam concessa, quae indignis auferenda, dignis conservanda sit; quod nisi fiat, fere ut Athenienses infamiam contraxisse videantur. SCHAEFER.

P. 484. v. 6. καὶ ὅπως — τὰ δοθέντα] [καὶ ὅπως, οὓς οὐδεὶς ἂν ἀντείποι, μὴ οὐ δεῖν ἔχειν ἐξουσίαν τὰ δοθέντα.] μὴ οὐ δεῖν (scilicet ἀφαιρεῖσθαι), ἔχειν ἐάσητε τὰ δοθέντα. H. WOLF. Forte μὴ οὐχὶ δεῖν ἔχειν, ut p. 459. οὐδ' αὐτὸς οὗτος ἀντείποι ἂν μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν. Verius tamen mihi videtur μὴ οὐ δεῖν ἔχειν, ita

ut syllaba δὲ in οὐδὲ *) nihil sit nisi repetitio literarum sequentium in voce δεῖν, a scriba. MARKLAND. Subiungam interpretationem Wolfii, ut videat lector, quantum intersit inter eam et textum: *tum, ut potestas immunitatis concedendae vestra sit, quod aequum esse nemo negavit* [*negabit* olim rectius legebatur]; *tum, ut bene meriti suis praemiis secure fruantur.* Nescio, an Codd. inconstantia tantam interpretandi licentiam ei subiecerit. Nonnulli enim habent ὅπως οὐδεὶς ἂν ἀντείποι, ut Mar. Ven. Vindob. Ital. Reg. α., sine οὖς. Aldus deinde μὴ οὐ δεῖν ἔχειν ἐξουσίαν τὰ δοθέντα. Ven. μὴ οὐ δεῖν ἔχειν τοὺς ἀξίους τὰ δοθέντα. Etiam Vind. dat μὴ οὐ δεῖν ἔχειν. Confer hunc locum cum simili, qui occurrit p. 487, 3. et sequ. Recte haec, ut caetera fere omnia, Interpres Italicus: *e che a coloro, a' quali niuno potrà opporre che non meritino, siano loro lasciati* [*i premi*]. TAYLOR.

P. 484. v. 7. οὖς] Abest a Paris. primo, P. Manut. REISK.

P. 484. v. 7. ἔξουσι] ἐξουσίαν Ald. Vulgatam adscripsit Lessing. REISK.

P. 484. v. 7. τὰ] αὐτὰ Bavaricus. REISK.

P. 484. v. 8. καὶ τούτων πάντων κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides *T.* p. 190. REISK.

P. 484. v. 8. καὶ τούτων πάντων κ. τ. λ.] [καὶ τούτων οὐδὲν —.] Ita edendum curavi ex editt. Felic. Manut. et Morel. Aliter legebatur: καὶ τούτων οὐδὲν ἔσθ' ἡμέτερον καινὸν οὐδ' εὕρημα, nulla fere vel gratia vel sensu. Aristides Vol. II. p. 446. edit. Iebb. καὶ τούτων οὐδὲν καινὸν οὐδὲ εὕρημα ἐμόν· ἀλλὰ et caetera, quae hic sequuntur. Plerique etiam Codd. hic habent καὶ τούτων πάντων, ut Aug. Vindob. Ven. Lindenbr. Codd. Regii Parisienses et editio Aldina. TAYLOR. καὶ τούτων πάντων οὐδέν ἐστι καινὸν οὐδ' ἡμέτερον εὕρημα. Habes scripturam Ben. et Reisk. Aliorum errores recensere non est tanti, nec etiam Aristidis Art. p. 446. Qui quum plerumque sola memoria fretus scriptorum locos afferat, nec id singulorum verborum caussa faciat, auctoritate fere cedere debet bonis codicibus. In hoc genere pluries nuper erravit Zeunius in libris Xenophonteis. FR. A. WOLF.

P. 484. v. 8. πάντων] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 484. v. 8. οὐδέν ἐστι — εὕρημα] οὐδέν ἐστιν ἡμέτερον καινὸν εὕρημα. **) οὐδὲν ἔσθ' ἡμέτερον καινὸν οὐδ' εὕρημα Aldus. Sed corrector Weimaranus ad modum vulgatae reformavit. οὐδὲν ἔσθ' ἡμέτερον καινὸν εὕρημα Bavaricus. REISK.

---

*) Ubinam legit Anglus οὐδὲ? SCHAEFER.

**) Tacuit Reiskius huius scripturae auctoritatem: nisi quid hac in nota turbatum esse dicas. Duobus in libris Bekkerus reperit quod ille in Bavarico: οὐδὲν ἔσθ' ἡμέτερον καινὸν εὕρημα. SCHAEFER.

P. 484. v. 10. ἀλλ' ὁ παλαιὸς ὢν οὗτος] Aristides p. 190. vitiose dat ἀλλὰ παλαιοὺς ὢν οὗτος. REISK.

P. 484. v. 12. ἡγῆται] ἡγεῖται Paris. primus. REISK.

P. 484. v. 12. αὐτὸς] Vulg. αὐτὸν. Malim αὐτός. Et hoc recepi meo periculo ob sequens λύων, quod videtur huc potius quam ad τιθῇ referendum esse. REISK. παρεισφέρειν δὲ αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ, λύων ἐκεῖνον. Nihil video in hac constanti omnium scriptura reprehendendum. Infinitivi γράφεσθαι et παρεισφέρειν iuncti accusativo subiecti αὐτόν (h. e. *cui male habere lex quaedam videatur*) pendent ab his, νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν. Vox ἐκεῖνον, male elapsa ex editione Wolfii, pertinet ad νόμον, ὃν ἄν τις ἡγῆται μὴ καλῶς ἔχειν. Et nominandi casum λύων exigit regimen verbi τιθῇ, qui modus construendi admodum solennis. Pro lubitu hic quoque versatur Reiskius scribens παρεισφέρειν δὲ αὐτός, pronomine relato ad participium λύων. An ita forte credidit, verba αὐτὸς παρεισφέρειν vi imperativi accipi posse? Id sane leges sermonis attici non melius ferunt, quam aliam viam structurae quamcunque. Tantundem tribuendum eiusdem coniecturae ὃν ἀντιτιθῇ. Vix bene *) nunc ἂν abesset, et simplex τιθέναι ipsum quoque sensu τοῦ ἀντιτιθέναι occurrit p. 487, 17. FR. A. WOLF. Verum αὐτὸν revocavit etiam Bekker. Delevi cum eodem subdistinctionem post τιθῇ positam in Reiskiana consulto, quod editor non vidisset arcte iungenda esse λύων et τιθῇ, temere in Halensi, quod Wolfius sequeretur vulgarem abusum interpungendi ubi scriptura ob perpetuitatem τοῦ ἑξῆς continuanda est. SCHAEFER.

P. 484. v. 12. ὃν ἂν τιθῇ] F. ὃν ἀντιτιθῇ, *quam opponat ei legi, cui obroget.* REISK. V. not. ad v. αὐτός. SCHAEFER.

P. 484. v. 15. ἐκεῖνον] Substitui hanc vocem ex editt. et MSS., ut e. c. Vind. TAYLOR. ἐκεῖνον abest ab editione Wolfii: unde intelligitur annotatio Taylori. REISK.

P. 484. v. 16. δεῖν] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 484. v. 17. τοὺς μὲν θεσμοθέτας κ. τ. λ.] Totum locum sic cape: *Solon quum thesmothetas, qui legum caussa creantur, post duplicem demum* δοκιμασίαν *voluerit inire magistratum* (ἀρχήν), *Solon igitur multo minus ipsas leges, ad quarum praescriptum et illos suo munere fungi, et reliquos omnes rempubl. administrare oportet, temere ac fortuito latas, sine ulla* δοκιμασίᾳ *recipiendas censere potuit.* Lycurgus ap. Harpocrat. v. δοκιμασθείς: Τρεῖς δοκιμασίαι κατὰ τὸν νόμον γίνονται· μία μέν, ἣν οἱ ἐννέα ἄρχοντες δοκιμάζονται· ἑτέρα δέ, ἣν οἱ ῥήτορες· τρίτη

---

*) Immo *male.* SCHAEFER.

δὲ, ἣν οἱ στρατηγοί. Sed de hisce δοκιμασίαις e libris Antiquitatum nota omnia. FR. A. WOLF. Conf. Petit. LL. AA. p. 320. seqq. IDEM *in Ind.*

P. 484. v. 17. τοὺς νόμους] τοῖς νόμοις margo Lutet. sine auctore, qui videtur Lambinus esse. REISK.

P. 484. v. 18. ὑμῖν] ὑμῶν Bavaricus. REISK.

P. 484. v. 20. πᾶσι] Abest ab August. primo. REISK.

P. 484. v. 20. προσήκει] [προσῆκεν.] Obsopoeus *) melius: πολιτεύεσθαι προσήκει, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας, ὅπως ἔτυχον. Verbum enim hoc per numeros et personas variatur: ὅπως ἐγὼ ἔτυχον, ὅπως σὺ ἔτυχες, ὅπως ἡμεῖς ἐτύχομεν, ὅπως ἐκεῖνοι ἔτυχον, etc. H. WOLF. προσήκει MSS. Felic. Ven. Obsop. Aug. Reg. α. Vindob. προσῆκεν editt. Ald. Felic. **) et Morel. cum Cod. Lindenbr. Utraque praestabit lectioni receptae ***). Modo fortasse rectius ἐπὶ καιροῦ τεθέντας καὶ ὅπως ἔτυχε. Quo loco ἔτυχον legunt o. fere l. s., praestantissimi certe, MSS. Felic. Obsop. Ven. Aug. Vindob. Ital. Bodl. Reg. α. TAYLOR. Vulg. προσῆκεν. προσήκει Paris. primus, August. primus. Et sic correxi. REISK. V. not. sequ. Praesens nemo non praeferat: res enim etiamnunc valet. SCHAEFER.

P. 484. v. 20. ἐπὶ καιροῦ] ἐπὶ καιροῦ, quod proprie est *quando cuique commodum videtur*, definitur per adiecta, ὅπως ἔτυχον. Utrumque postea verbis commutatis sic effertur: ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον. Pro lectione codd. meliorum, προσήκει, variant alii, προσῆκον et προσῆκεν. Posterius Wolfii est, idque contra Taylorum defendit Dorvillius ad Charit. p. 610. †) Probabilius defendi ab eo poterat illud, non minus vulgatum, ὅπως ἔτυχε. Sed alteri, quod dedimus, et exquisitior usus favet et libri optimi. FR. A. WOLF.

P. 484. v. 21. ἔτυχον] Vulg. ἔτυχε. ἔτυχον Paris. primus, August. primus. Et sic correxi. REISK. V. nott. ad v. 20. SCHAEFER.

P. 484. v. 21. καὶ γάρ τοι] Hic quoque scribendum videtur τοιγάρτοι, *itaque*, ut supra p. 477, 25. MARKLAND. Iterum Marklandus corrigit τοιγάρτοι. Vid. ad p. 477, 25. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 125, 23. SCHAEFER.

P. 484. v. 22. τέως] Plenius edit. Morel. τότε μὲν τέως, ἕως

---

*) Seu potius codex Pannonicus Obsopoei. REISK.

**) Item P. Manut. REISK.

***) προσῆκον. REISK.

†) Immo προσῆκον defendit. „In Leptinea 554." inquit „προσῆκον obtinet; si ex Cod., bene. Eodem redit. In προσῆκον saepe ἦν reticetur." Nemo, ut puto, assentietur. SCHAEFER.

τὸν τρόπον —. TAYLOR. ἕως abest ab August. primo, Bavarico, Ald. P. Manut. Wolf. Delevi. REISK. Post τέως una Ben. inserit ἕως, interpolatum, ut opinor, structurae adiuvandae. Sed restat in ea aliud maius, quod iunguntur particulae, τότε et τέως. Quas ita iunctas quibus exemplis tam patienter ferrent, debuissent nobis editores dicere. Et accedere potest nova dubitatio haec, quo spectet illud, τὸν τρόπον ταῦτον, quod Wolfius videtur retulisse ad sequentia, Augerius ad antecedentia. Hic interpres simul τέως mutat in ἕως, coniectura bona et facili, modo difficultatem omnem tolleret. Mihi altera ratio placet, ut proxima, τοῖς μὲν— ἐτίθεσαν, contineant τὸν τρόπον τοῦτον. Delendum vero puto τότε, tanquam glossam vocis τέως, scribendumque καὶ γάρ τοι τέως μὲν τὸν τρόπον τοῦτον. Haec verto: *Ac sane antea (olim, ab initio, prioribus temporibus) in legislatione sic versabantur: legibus receptis contenti erant, novas vero nullas rogabant.* Iuncturae defectus neminem offendet. Plato Amatt. p. 135. E. in loco eiusdem figurae: Τάχ' ἂν ἴσως τοιοῦτόν τι λέγοις καὶ τὸ φιλοσοφεῖν ἀπεργάζεσθαι τοὺς ἐπιτηδεύοντας τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα· τῶν μὲν πρώτων εἰς ξύνεσιν περὶ τὰς τέχνας ἐλλείπεσθαι, τὰ δευτερεῖα δ' ἔχοντας τῶν ἄλλων περιεῖναι, καὶ οὕτω γίγνεσθαι περὶ πάντα ὕπακρόν τινα ἄνδρα τὸν πεφιλοσοφηκότα. In vertendo loco eandem vim tribui verbo ἐνομοθέτουν, quae occurrit Orat. in Timocrat. p. 794. E. [ed. Francof.] et alibi. Illa autem significatio vocis τέως nota est, et hac structura, qua antecedit τέως μέν, sequitur ἐπειδὴ δέ, nihil apud Atticos usitatius. Quare eius exemplis ponendis supersedeo: alterius iuncturae, τότε τέως, an ullum exemplum sit in emendato scriptore, viderint, qui temere me dubitare putabunt. FR. A. WOLF. Locum hunc vir clarissimus sic interpunctum dedit: Καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν· τοῖς μὲν — οὐκ ἐτίθεσαν. Ἐπειδὴ δὲ —. Qua ratione utatur, qui velit. Mihi placet Augeri ratio τὸν τρόπον τοῦτον referentis ad antecedentia simulque τέως mutantis in ἕως. Haec autem si probes, prorsus nihil remanere difficultatis facile sentias. V. not. ad p. 24, 4. et Dindorf. praefat. ad Demosthen. p. XIII. SCHAEFER.

P. 484. v. 22. ἐνομοθέτουν] Malim ἐνομοθετοῦντο. *donec operam dabant, ut ad hunc modum leges sibi ferrentur.* Verum tunc etiam v. 23. ἐτίθεντο sit legendum. REISK. Vulgatam ne mutes. SCHAEFER.

P. 484. v. 25. δυνηθέντες] V. Ind. Graecit. p. 173. et not. ad Porsoni Orest. 887. p. 81. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 484. v. 25. κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξεῖναι κ. τ. λ.] Lego: κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξουσίαν νομοθετεῖν, ὅ τι ἂν τις βούληται, *pro lege statuere quicquid quis vellet.* Mox p. 485, 2. distingue: πέρας σχεῖν· ψηφισμάτων δ' οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι· ἀλλὰ νεώτεροι οἱ νόμοι etc. Haec enim sensu et serie oratio-

nis connectuntur. *) Recenset Orator incommoda et absurditatem, quae sequebantur hanc promiscuam legum ferendarum licentiam, quam nonnulli potentes in republica nacti fuerant. Hinc, inquit, tot iam leges inter se contrariae: hinc nullum iam discrimen inter leges et psephismata: immo et nonnulla iam sunt apud vos psephismata, quae antiquiora sunt ipsis legibus, ad quarum praescriptum psephismata ista fieri debuerant. Quod est absurdum et ἄνω ποταμῶν. MARKLAND. Corr. Marklandus: κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξουσίαν νομοθετεῖν, ὅ, τι ἄν τις βούληται. Miror, quid virum sagacem in vulgata lectione torserit. Hoc scio, emendatione eius male reddi formulam ἐπὶ καιροῦ. FR. A. WOLF. In ὅταν h. l. vis est, qua haec particula vulgo caret. Igitur malim scribere: ὅτ' ἄν τις βούληται. ὅτ' ἄν, *quandocunque*. Suspicorque Graecos hoc ὅτ' ἄν a vulgari ὅταν etiam pronuntiando distinxisse. SCHAEFER.

P. 484. v. 27. σφίσιν αὐτοῖς] ἀλλήλοις. SCHAEFER.

P. 484. v. 28. ὥστε] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 484. v. 28. ὥστε χειροτονεῖθ' — διαφέρουσιν οἱ νόμοι] Verba haec omnia absunt a Vindob. TAYLOR. V. not. ad p. 485, 3. SCHAEFER.

P. 484. v. 28. χειροτονεῖθ'] Ubique editur χειροτονεῖτε, et ita plane vertunt Intpp. De tota re quamvis nihil uspiam alibi traditum sciam, nihilominus praesens tempus ita videtur ineptum, ut nihil supra. Sequitur enim in praesenti τὸ πρᾶγμα οὐδὲν μᾶλλον δύναται πέρας σχεῖν. Scribendum fortasse: ὥστ' ἐχειροτονεῖτε ὑμεῖς. FR. A. WOLF. Bekkerus: „ἐχειροτονεῖθ' Y. O." Praesens cur Wolfius ineptum dixerit, non intelligo: tueturque vulgatam ipsum quod sequitur, καὶ — δύναται —. Verte: *dass ihr — schon lange Zeit wählt, ohne mit der Sache aufs Reine zu kommen.* Sed omnino locus illi obscurus visus est. V. Prolegg. p. 132. SCHAEFER.

P. 484. v. 28. διαλέξοντας] διαλέξαντας Paris. secundus. REISK. Conf. Xenophont. Memor. IV. 5. extr., ubi vide ne εὐδαιμονεστάτους mutandum sit in δαημονεστάτους. SCHAEFER.

P. 485. v. 2. σχεῖν] ἔχειν August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 485. v. 3. ἀλλὰ νεώτεροι — ὑμῖν εἰσιν] Longe aliter haec Nannius: *immo recentiores leges, quae modum rationemque faciendis decretis praescribunt*, et ipsae quoque ex numero sunt decretorum. Huius loci sensus mihi perspicuus et facilis esse videtur. *Ex tanta libidine et impunitate leges novas condendi non solum id mali oritur, ut in tabulis publicis leges legibus*

---

*) Vulgo, etiam in Reiskiana, post σχεῖν et νόμοι plene interpungitur. SCHAEFER.

contrariae reperiantur, (τοσοῦτοι μὲν οἱ ἐναντίοι — πέρας σχεῖν,) *verum etiam* leges, *ad quarum praescriptum* senatusconsulta *scribi debent*, *ipsis* senatusconsultis *sunt recentiores*. Quae est altera et longe maior absurditas. Interea homo curiosus nimis, qui hanc ultimam periodum eodem animo intellexit, quo nuper Petrum Nannium vidimus, ad oram exemplaris sui adlevit notabile istud lemma: ψηφισμάτων οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι. Quibus vocibus rursus deletis, ut fieri decet, quod reliquum est, apte et adcommode cohaerebit. Tu, dum meliorem crisin proferas, hac nostra utere. TAYLOR. Sententia est, tam crebras ferri leges, rogari et rursus abrogari, aliasque aliis debilitari, ut earum legum non maior sit quam plebiscitorum auctoritas. Valebant autem plebiscita ad annum ferme, nisi inter leges reciperentur; leges autem vim perpetuam habebant. Non video, cur optima sententia iuguletur. REISK. De legum novarum super novas subinde acervatarum immensa multitudine Demosthenem queri apparet. Iam quid sibi velint verba ψηφισμάτων οὐδοτιδῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι, ipsa explicatio docet, quae additur, haec: νεώτεροι οἱ νόμοι τῶν ψηφισμάτων ὑμῖν εἰσίν. Scilicet quum Athenis sancitum esset, ut psephismata omnia fierent e praescripto legum receptarum, (τὰ ψηφίσματα γράφεσθαι κατὰ τοὺς νόμους,) unde etiam is obnoxius esset γραφῇ παρανόμων, quo auctore psephisma aliquod legibus contrarium esset factum: resp. recte dici potuit turbari legibus nimis saepe novis rogandis, eaque re tolli id ipsum, quod inter psephisma et legem maxime videretur differre (ἐν ᾧ ψηφισμάτων μάλιστα οἱ νόμοι διαφέρουσιν). Atqui hoc illud est, quod, quum psephismata et propter subitas necessitates scriberentur, et essent temporaria, ut, ubi illae desiissent, neque ipsa diutius valerent, leges in republ. propter stabiles caussas latae vim et auctoritatem habebant perpetuam. Tum ergo οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι ψηφισμάτων, quando adeo frequenter leges novae rogantur, veteres abrogantur, ut earum imperium non diuturnius sit, quam psephismatum. Haeccine, quae non ita abdita sunt, nonnullos, in his Taylorum, videre non potuisse? Et Nannius quidem vertit: *immo recentiores leges, quae modum rationemque faciendis decretis praescribunt, et ipsae quoque ex numero sunt decretorum.* Taylorus contra pro glossemate habet et abiici iubet verba ψηφισμάτων δ' οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι. Magis sobrium se h. l. praestat Reiskius. Nec id tamen praecise verum est, populiscita in annum valuisse, nisi inter leges recepta. Vid. Or. in Aristocr. p. 739. D. et Ulpian. p. 766. A. [ed. Francof.]. Praeterea omnia illa a voc. ὥστε usque ad ἀλλὰ νεώτεροι a Vind. absunt, librario haud dubie in errorem abducto eadem duorum versuum clausula, νόμοι. FR. A. WOLF. Ipsa particularum inter se relatio membrum a Tayloro proscriptum tuetur. Videlicet μὲν post τοσοῦτον positum p. 484, 27. refertur ad δὲ quod legitur post ψηφισμάτων. SCHAEFER.

P. 485. v. 5. αὐτῶν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 485. v. 5. ἵν' οὖν μὴ λόγον κ. τ. λ.] Post δείξω vulgo commate interpungunt, quo sequentia λάβε μοι — faciunt apodosin. Ego aliter distinxi apodosin putans inchoari a particula ἀλλά. Reiskius veterem rationem retinet. FR. A. WOLF. Retinet etiam Bekkerus. Iure. ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον —, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν p. 21, 17. SCHAEFER.

P. 485. v. 6. λάβε] λαβέ Bekker. SCHAEFER.

P. 485. v. 7. ἐνομοθέτησαν οἱ πρότερον νομοθέται] Vulg. ἦσαν οἱ πρότερον νομοθέται. Sic autem malim αἱ πρότερον νομοθεσίαι, *rationes antiquae legum ferendarum.* Aut ἐνομοθέτησαν οἱ πρότερον νομοθέται. Et hoc recepi de meo. REISK. ἦσαν οἱ πρ. ν. Reiskius ἦσαν mutat in ἐνομοθέτησαν, asterisco praefixo, quo notare solet suo, ut ait, periculo assumta. Emendatio eiusmodi est, ut, si eius necessitas constaret, omnes profecto acumen mirarentur. At verbum εἶναι non raro cum quadam specie simplicitatis ponitur. Ut in Demosth. Prooem. XIII. p. 221. B. [ed. Francof.] ad iudices: νόμος, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐστέ. Hinc nostra vertes: *Cape legem, qua olim tenebantur ii, qui leges rogare vellent.* Itaque nunc quoque asteriscum viri φιλοκινδυνοτάτου pro obelo accipio. Aliud eiusdem periculum in Notis prolatum Augerio potius placet: ἦσαν αἱ πρότερον νομοθεσίαι. FR. A. WOLF. ἦσαν revocavit etiam Bekkerus. Factum quis non laudet? Sed τὸ ἑξῆς hoc esse puto: καθ' ὃν οἱ πρότερον ἦσαν νομοθέται (i. e. ἐνομοθέτουν). Aristophanes Av. 602. (599.) Dind. οὓς οἱ πρότερον κατέθεντο. V. infra p. 491, 10. 20. Quod autem Wolfius e Prooem. citavit [p. 1427, 2.] verto *quibus tutandis vos estis.* Speciem simplicitatis, qua verbum εἶναι hic positum sit, non video: nisi proprietatem dicere velis simplicitatem. SCHAEFER.

P. 485. v. 10. Συνίετε — τιθέναι;] Ita distinguas: — ὁ Σόλων τοὺς νόμους, ὡς καλῶς, κελεύει τιθέναι· πρῶτον μὲν, παρ' ὑμῖν, etc. MARKLAND. Συνίετε — τιθέναι. Signum interrogandi a Reiskio positum reieci. Recitatas literas publicas sequitur ubique ἀκούετε, ὁρᾶτε aut simile quidpiam nulla interrogatione. Sed ante ὡς καλῶς incisum feci, ut sit καθ' ὃν τρόπον καὶ ὡς καλῶς. Notum est enim in tali conversione sententiae Graecos ἀσυνδέτως loqui solere. Non audiendus Berglerus ad Alciphr. Ep. 30., cui ὡς videtur abundare, ut quum dicitur ὡς ἀληθῶς et similiter. Aeschines in Timarch. p. 263. D. λέγε τοῦτον τὸν νόμον, ἵνα εἰδῆτε, οἵων ὑμῖν κειμένων νόμων, ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων τετόλμηκε Τίμαρχος δημηγορεῖν. Eadem structura Latini utuntur saepissime. Ex. gr. *Intelligitis, quot locos Demosthenis nuperus editor, qui priorum editionum vitia se correcturum promiserat, quam foede primus vitiaverit!* FR. A. WOLF. Post τιθέναι Halensis editor posuit signum coli: Bekkerus hypostigmen. Sed ante ὡς καλῶς non opus incidi: non magis quam in

similibus Latinis. Ex. gr. *Intelligitis, quoties quam procaci stilo Wolfius in Reiskium, ne a Wolfiis quidem dignum acerbius corripi, invehatur.* SCHAEFER.

P. 485. v. 10. *Συνίετε*] *συνίστε* (sic) August. primus. REISK. *Σύνιεθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 485. v. 10. *καθ'*] Abest a Paris. quinto, August. primo, Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 485. v. 11. *παρ' ὑμῖν, ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι*] Vel *παρ' ὑμῖν, τοῖς ὀμωμοκόσι*, abiecta praepositione. Et ita video censere Wolfium. MARKLAND. *ἐν* abest a Bavarico, ut voluit Marklandus admonens, Wolfium quoque in eadem fuisse sententia. REISK. *παρ' ὑμῖν, τοῖς ὀμωμοκόσι.* Omnes *ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι.* Praepositionem Wolfio iam suspectam omisi de sententia Marklandi et Augerii. Offendit hoc maxime, quod statim sequitur *παρ' οἷσπερ.* Abest etiam *ἐν* a Bav. Structura autem loci haec est: *πρῶτον μὲν τιθέναι τοὺς νόμους παρ' ὑμῖν — ἔπειτα λύειν.* Sed posterius verbum scriptor mutavit in participium, cui locum dabat tota sententia suspensa ab illis, *κελεύει τιθέναι*, ubi *τινὰ* subauditur. Conf. ad p. 457, 10. et p. 494, 1. De verbis *πρῶτον* et *ἔπειτα* non de tempore h. l. positis bene Schol. FR. A. WOLF. Praepositionem uncis inclusit Bekker. Uncos rursus amovit Dindorf. Ego *ἐν* ob quam editor Halensis causam omisit deletum malim. Sed de structura loci Wolfio non assentior. Videlicet *τὸ ἑξῆς* hoc est: — *κελεύει τιθέναι· πρῶτον μὲν* [*κελεύει τιθέναι*] *παρ' ὑμῖν* —, *ἔπειτα* [*κελεύει τιθέναι*] *λύοντα τοὺς ἐναντίους.* Vides participium proprie positum, non ex infinitivo per enallagen nescio quam natum esse. Sic etiam Marklandus ad p. 494, 1. SCHAEFER.

P. 485. v. 14. *καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας κ. τ. λ.*] *αὐτὸ τοῦτο*, scilicet *plures de una re leges adesse. ἰδιῶται* qui sint, declarat oppositio verborum *τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους.* In quibus quum legeretur post *ποιῇ* repetitum *καί*, eieci id cum Reiskio auctoritate Par. 1. 5. Vind. Ven. Aug. 1. Bav. Certe si ab Oratore vocula esset, aptiorem locum haberet ante *ἅπαντας*: *vel omnes leges.* FR. A. WOLF.

P. 485. v. 14. *ποιῇ τῶν*] [*ποιῇ καὶ τῶν.*] Deest *καὶ* post *ποιῇ* Ald. Ven. Regg. α. ε. et recte. TAYLOR. Vulg. *ποιῇ καὶ τῶν. καὶ* abest etiam ab August. primo, Bavarico, Vindob. Delevi copulam. REISK.

P. 485. v. 15. *ταὐτὰ ἀναγνῶναι*] Vulg. *ταῦτ' ἀναγνῶναι.* Malim *ταὐτὰ ἀναγνῶναι, eadem legere*, praesertim cum in August. primo sit *ταυτα* integre sine apostropho. Et sic correxi. REISK. Retinui vulgatum, *ταῦτ' ἀναγνῶναι*, spreto Reiskiano, *ταὐτά* h. *eadem, easdem leges;* quanquam mutatio specie sua non caret et mihi ipsi Orationem primum legenti in mentem venerat. Referri possunt haec, *ἵνα πᾶσιν ᾖ* (h. e. *ἐξῇ*) *ταῦτ' ἀναγνῶναι*, ad par-

tem legis modo praelectae, in qua inesse debuit, *leges novas oportere publice ac palam omnibus rogari:* ut nunc acuenda sint verba πᾶσιν ᾗ, non ea quae sequuntur. FR. A. WOLF. Iure Bekkerus ad Reiskianum rediit. Respicitur enim illa pars legis, qua Solon iussit νομοθετεῖν λύοντα τοὺς ἐναντίους νόμους, ne αἱ ἀντινομίαι τοὺς ἰδιώτας implicarent fraudibus τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους. SCHAEFER.

P. 485. v. 17. πρόσθεν] πρόσθε August. primus. πρός τε Bavaricus. REISK. πρόσθε Bekker. SCHAEFER.

P. 485. v. 18. ἀναγινώσκειν] ἀναγιγνώσκειν Bekker. SCHAEFER.

P. 485. v. 20. καὶ κατὰ σχολὴν] Vulg. τῶν κατὰ σχολήν. καὶ κ. σχ. August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. index Lambini. Et sic correxi. Vulgata merum est vitium typographicum. REISK.

P. 485. v. 21. ἃ ἂν] ἂν Bekker. ἅ'ν Dindorf. Conf. Dindorf. praefat. p. III. med. SCHAEFER.

P. 485. v. 21. καὶ] καὶ prius abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico. REISK.

P. 485. v. 21. νομοθετῇ] νομοθετεῖ August. primus. REISK.

P. 485. v. 22. ὄντων δικαίων] Vulg. δικαίων ὄντων. Invertunt August. primus, Bavaricus. REISK. δικαίων ὄντων. Aug. 1. et Bav. inverso ordine ὄντων δικαίων, ac deinde πολλῷ καὶ κρείττω. Utrumque arripuit Reiskius, etiam ἀτελῆ τούτων p. 486, 22. ex eodem Aug. Suo vero periculo refinxit δικαιότερον τοῦ τούτου, quod explicat τοῦ νόμου τούτου Λεπτίνου. Inepte. Rectius vulgata: *Substituimus legem aequiorem hac, quam statim audietis, de qua nunc agitur.* Aeque male idem p. 486, 5. corrupit textum scribendo Ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ τοῦ τούτου νόμου, hoc quoque ex aureo Aug. 1. Vid. ad p. 466, 13. et p. 482, 20. FR. A. WOLF. Cum Reiskio Bekkerus dedit ὄντων δικαίων et πολλῷ καὶ κρείττω et τοῦ τούτου: pariterque p. 486, 5. et 22. Reiskium, non Wolfium, secutus est. Bekkerum qui norunt, multum vereor ne acerbum Reiskiani nominis obtrectatorem nunc quoque turpiter se dedisse arbitrentur. SCHAEFER.

P. 485. v. 23. οὐδὲ] οὐ August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 485. v. 23. οὐδὲ γὰρ — ἐπείσθητε] Pro ποτ' Paris. quintus habet πώποτε. REISK. Scribitur in aliquot editionibus Ulpiani ὑμεῖς τότε ἐπείσθητε, quod, licet bonum, vulgato non praetulerim. Tanto magis Par. 5. scriptura, ὑμεῖς πώποτε ἐπείσθητε, placere debebit iis, si qui animum induxerunt, οὐδέποτε nonnisi cum futuro, et οὐδεπώποτε nonnisi cum praeterito iungi, quod praeceptum est Brunckii ad Aristoph. Lysistr. 301. Thesm. 32. Eccles. 384., et a multis subinde repetitum. Sed cautius veriusque loquitur Piersonus ad Herodianum p. 461., e quo Grammatico animadversio fluxit. Cf. Schol. Venet. ad Iliad. α. 154. Ut

verissimum est, οὐδεπώποτε nulli tempori nisi praeterito apponi solere, id quod rationem habet in ipsa vi voculae πω, ita loca oratorum et poetarum sunt multa, et quae vereor ut mutata unquam optimi codices convocati exhibeant, quae alterum οὐδέποτε clare defendant non tantum cum futuris, sed et cum praeteritis constructum, doceantque, pro diverso habitu et colore sententiae utrumvis bene dici, et οὐδέποτε εἶδον αὐτόν, et οὐδεπώποτε εἶδον αὐτόν. Neque id aliter esse potest per particulam πω, quae negativis vocibus iuncta nihil aliud est quam *adhuc*. οὐδέποτε est *nunquam*, οὐδεπώποτε *nondum unquam*. Egenus sit sermo, in quo nonnisi alterutrum exprimi possit. FR. A. WOLF. V. Commentar. in Aristophan. T. IV. p. 697. et Lobeck. ad Herodian. p. 457. S. SCHAEFER.

P. 485. v. 23. οὐδὲ γὰρ — τὸν νόμον] Nannius: *alioquin ista lex nunquam a vobis recepta fuisset.* Hinc colligi videatur, legem a populo fuisse sancitam, sic tamen, ut eius abrogandae potestas reliqua esset, ut est in Argumento adnotatum. Etsi fateor hic τοὺς λόγους καταπαλαίειν τοὺς λόγους, si quis accuratius inquirat. H. WOLF. Conf. Fr. A. Wolfii Prolegg. p. 127. SCHAEFER.

P. 485. v. 26. πάντα] Scilic. ποιοῦμεν. SCHAEFER.

P. 485. v. 26. καὶ κρείττω] Vulg. κρείττω. καὶ κρείττω August. primus. Et sic correxi. REISK. V. not. ad v. 22. SCHAEFER.

P. 485. v. 27. τοῦ τούτου] Vulg. τούτου. τούτου τοῦ August. primus. Malim τοῦ τούτου, *quam lex est huius Leptinis.* Et recepi τοῦ meo periculo. Et sic quoque p. 486, 1. *) REISK. V. not. ad v. 22, SCHAEFER.

P. 485. v. 27. ἀκούσαντες] ἀκούοντες Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 1. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 1. τούτου τοῦ νόμου] Qui v. 5. praetulerunt τοῦ τούτου νόμου, idem cur hic non dederint parum intelligo. SCHAEFER.

P. 486. v. 2. τεθῆναι] [τεθεῖναι.] Rectius omnino τεθῆναι cum Regg. α. β., quibus adsentiuntur fere Bodl. et Ital. TAYLOR. Vulg. τεθεῖναι. τεθῆναι August. primus et Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 486. v. 3. *ΝΟΜΟΣ.*] *ΚΑΤΗΓΟΡΗΜΑΤΑ ΝΟΜΟΥ.* Titulum mutavi in his lemmatibus editori plus licere ratus, quam alibi. Vulgatum, *ΝΟΜΟΣ*, fallit legentem, dum facit, ut lex quaedam a scriba statim recitari videatur. Recitare autem ille iubetur primum ea, quae ad *accusationem legis Leptineae tan-*

*) Immo 5., ubi item asteriscus in Reiskiana appositus est. SCHAEFER.

quam vitiose latae pertinent, deinde *Demosthenis legem.* Sed interpellatur homo, ne alteram partem uno tenore legat, interiectis verbis: *Ταῦτα μέν ἐστιν* —. Mox pergere iubetur ad legem Leptineae contrariam. Ad quam audiendam Orator excitatione iudicum opus putans clamat: *προσέχετε τούτοις ἀναγιγνωσκομένοις τὸν νοῦν.* Iam legitur *ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ*, ut ex usu graeco inscriptionem feci. Verum hic quoque, ubi ad eum locum ventum est, qui fuit de donis populi ratis habendis, Demosthenes interpellat, quo gravius eum locum auditoribus commendet v. 10. sqq. Atque hoc ipso consilio ducitur ad aliam quandam legem a Leptine non minus violatam: *κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον* —. Postremo rursus post hanc legem recitatam Demosthenes se immiscet praeludens alteri parti legis contrariae. FR. A. WOLF. Verissima haec. Sed non propterea opus fuit ut titulus mutaretur. Quae enim et hic et deinceps (*ἐφεξῆς* v. 6.) recitari iubentur, omnia complectitur unum idemque legis carmen: ut scriba *τὰ κατηγορήματα* alterius legis recitare iussus ipsam Demosthenis legem (*τὸν νόμον*), cuius illa sunt tanquam exordium, recitare incipiat. SCHAEFER.

P. 468. v. 5. *τοῦ τούτου*] Vulg. *τούτου τοῦ.* Invertit August. primus. Male Fabricius vulgatam illinc retulit. *τούτου* redit ad Leptinem. REISK. *τούτου τοῦ* Fr. A. Wolf. V. not. ad p. 485, 22. SCHAEFER.

P. 486. v. 5. *διώκομεν*] Vulg. *διώκωμεν. διώκομεν* Bavaricus, Ald. P. Manut. Neque dubito de August. primi quoque consensu. REISK.

P. 486. v. 6. *ἐφεξῆς*] *ἑξῆς* simplex Paris. quintus, August. primus. REISK. *ἑξῆς* Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 7. *ὦ*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 486. v. 7. *ἀναγινωσκομένοις*] *ἀναγιγνωσκομένοις* Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 9. *ΝΟΜΟΣ.*] *ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ* Fr. A. Wolf. V. not. ad v. 3. SCHAEFER.

P. 486. v. 10. *ἐστιν*] Omittit Aristides *T.* p. 222. REISK.

P. 486. v. 10. *ἐν τοῖς οὖσι νόμοις κυρίοις*] Adverte traiectionem verborum. SCHAEFER.

P. 486. v. 11. *ὅσας*] Vulg. *ἅς. ὅσας* Paris. primus et quintus, August. primus. Correxi *ὅσας.* REISK. Ex Par. 1. 5. et Aug. 1. Reiskius novavit *ὅσας.* Caussam adhuc quaero, praesertim quum in verbis iisdem v. 22. reliquerit *ἅς*, quanquam et ibi in duobus codd. esset *ὅσας.* Et tres erunt, si Aristidem addas Art. p. 456. FR. A. WOLF. Praestat *ὅσας* ut gravius. Bekkerus quidem *ὅσας* et hic servavit et infra primus edidit. SCHAEFER.

P. 486. v. 12. *εἶναι*] Post h. v. subdistinctionem habent Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 12. χρῆν] ἔχρην August. primus. REISK.

P. 486. v. 13. πρὶν] πρὶν ἢ nescio unde sumtum citat hoc loco utens Zeunius ad Viger. p. 442., sequente, quod mireris, Elmslejo ad Euripid. Med. 215. p. 115. ed. Lips. Conf. Dindorf. praefat. p. IV. SCHAEFER.

P. 486. v. 15. [τὸν παλαιὸν]] τὸν παλαιὸν absunt ab August. primo. Uncis inclusi. Possunt e scholio superesse. REISK. Verba τὸν παλαιόν, quum abessent ab Aug. 1., surripuit nobis vir doctus hac caussa allata, *posse ea e scholio superesse*. At possumus etiam falli, possumus bonis verbis eximendis veteres auctores enervare; et quid non? Sic eundem librarium et virum doctum fefellit ratio, quum versu seq. darent καταλιπών. Sententia flagitat, ut actio τοῦ καταλείπειν cogitetur nondum perfecta eo tempore, quo tempore Leptines ἐνομοθέτει. Scilicet perfectae actionis est aoristus, infectae seu imperfectae ὁ παρατατικός. FR. A. WOLF. Itaque Reiskii uncos amovit. Sed Bekkerus Reiskio longius etiam progressus τὸν παλαιὸν delevit. Cui plane assentior: τὸν παλαιὸν enim puto adscripsisse qui τοῦτον interpretari vellet. SCHAEFER.

P. 486. v. 16. καταλιπὼν] Vulg. καταλείπων. καταλιπὼν August. primus. Et sic correxi. REISK. καταλείπων cum Halensi editore Bekkerus bene restituit. καταλιπὼν structuram facit ἀκατάλληλον. Graeci enim καταλλήλως dicunt καταλείπων (particip. imperf.) ἐνομοθέτει, ut καταλιπὼν ἐνομοθέτησε. Sic modo legimus ἔλυσε γραψάμενος. SCHAEFER.

P. 486. v. 17. καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον] Statim hic et mox ad vocabulum ἐναντίος subaudi νόμον. *Vel propter hanc unam caussam lex obnoxia est accusationi* etc. FR. A. WOLF. καὶ si abesset, non requirerem. SCHAEFER.

P. 486. v. 18. ἢ] Scilicet *nova lex*. REISK.

P. 486. v. 19. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 21. Οὐκοῦν] Οὔκουν Bekker. Recte. *Nonne*. Possis etiam Οὐκ οὖν. *Non igitur*. SCHAEFER.

P. 486. v. 22. ἃς] ὅσας Paris. primus et quintus, corrector Weimaranus. REISK. ὅσας Bekker. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 486. v. 22. ἀτελῆ τούτων] Vulg. τούτων ἀτελῆ. Invertit August. primus. REISK. τούτων ἀτελῆ Fr. A. Wolf. V. not. ad p. 485, 22. SCHAEFER.

P. 486. v. 23. οἷς ὁ δῆμος ἔδωκε] Scilicet τὸ εἶναι ἀτελεῖς. REISK. Ex voce ἀτελῆ intell. τὸ ἀτελῆ *) εἶναι, h. e. τὴν ἀτέλειαν. Conf. p. 496, 13. 506, 8. Nihil est hoc genere sermonis tritius. FR. A. WOLF.

---

*) Immo ἀτελεῖς, ut Reiskius. SCHAEFER.

P. 486. v. 23. ἔδωκε] ἔδωκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 23. ἀλλ' οὐκ — νόμῳ] H. e. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ νόμῳ, ὃν νῦν ὅδε ἀντεισφέρει. FR. A. WOLF.

P. 486. v. 23. ὅδε] Scilic. ὁ Κτήσιππος, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. H. WOLF. Ctesippus, ni fallor, actor huius causae contra Leptinem, aut aliquis eius advocatus, aut Aphepsion. V. p. 501. Non idem, sed multi eandem, praesertim si qua esset paulo longior, orationem recitabant. Alio decedente respirandi ergo, alius succedebat dicendi partes suscipiens, donec, hoc défatigato, vel qui prior dixisset ad dicendum rediret, vel alius aliquis eiusdem causae socius actionem continuaret. Sententia est: In hac autem lege, qua Ctesippus vel alius, quisquis est, Leptinis legi obrogat, nihil inest vetustis legibus contrarium. REISK. Ad quem pertineat ὅδε, nemo mortalium sciret, si vera esset fabula, quam Reiskius narrat. Fallitur etiam Augerius pronomen ad Demosthenem trahens, in quo temere Oratori tribuit, quod est poetarum scenicorum. Melius vulgo referunt ad Ctesippum; optime, ut puto, Ulpianus ad Aphepsionem. FR. A. WOLF. V. not. ad p. 501, 15. SCHAEFER.

P. 486. v. 25. νόμῳ] Post h. v. cum Bekkero ponenda subdistinctio. SCHAEFER.

P. 486. v. 25. ἅ τε δεδώκατε κύρια] Ad haec verba supple ἐν τῷ τούτου νόμῳ ἐστίν. *Quae dedistis, fixa et integra manent per hanc legem.* Ita dicunt ἐν νόμῳ pro ἐκ νόμου. Deinde quoque ἐνταῦθα ἔνι, *per hanc quidem legem licet.* FR. A. WOLF. Recte supplet: secus interpretatur. Orator enim simpliciter commemorat legis argumentum. Etiam p. 487, 2. ἐνταῦθ' ἔνι nihil aliud valet quam *hac in lege inest*, coll. v. 5. V. not. ad p. 497, 1. SCHAEFER.

P. 486. v. 25. δεδώκατε] ἐδώκατε Paris. quintus, August. primus. REISK. Bene ἅ τ' ἐδώκατε Bekker. SCHAEFER.

P. 486. v. 26. ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτ' ἀδικούντων] παρακρουσάμενοι omnino sunt, qui dolo sibi immunitatem pararunt: μετὰ ταῦτα ἀδικοῦντες, qui post acceptum donum in remp. peccant. FR. A. WOLF.

P. 486. v. 27. ὃν] Abest ab August. primo. Fabricius seu Wolfius ita coniecit legendum esse, ut Parisina dedit. REISK.

P. 486. v. 27. ἂν] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 486. v. 27. κωλύσετ' ἔχειν] κωλύετ' ἔχει (sic) August. primus. REISK.

P. 487. v. 1. ΝΟΜΟΣ.] ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ Fr. A. Wolf. V. not. ad p. 486, 3. SCHAEFER.

P. 487. v. 2. ἐνταῦθ' ἔνι] V. not. ad p. 486, 25. SCHAEFER.

P. 487. v. 5. καὶ δοῦναι] Vulg. δοῦναι. καὶ δοῦναι August.

primus. Et sic correxi. REISK. δοῦναι καὶ μή. Apud Reiskium ne mireris legi καὶ δοῦναι καὶ μή, dedit ita librarius Aug. 1. Supra p. 482, 11., ubi est ᾤετο δεῖν ἀποθνήσκειν ἢ νικᾶν, neuter illorum mutavit quidquam aut addidit. Potuerant et illic ἢ ἀποθνήσκειν ἢ νικᾶν. FR. A. WOLF. Hîc quoque Reiskium, non Wolfium, secutus est Bekkerus librorum auctoritatem iure praeferens istius cavillationi. SCHAEFER.

P. 487. v. 7. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι August. primus. REISK. οἶμαι Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 487. v. 8. θεσμοθέταις] νομοθέταις Bavaricus, nescio an melius. REISK. Vir doctus e Bav. adfert lectionem πρὸς τοῖς νομοθέταις, suo autem periculo emendat παράγειν καὶ ὑμᾶς. Minore periculo coniicere potuisset scribendum πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, quo modo Schol. videtur legisse. Tamen ne hoc quidem verum putarim. Quod vero huc nomothetae invehuntur, falsissimum est. Vid. Prolegomm. [p. 139. s.]. FR. A. WOLF.

P. 487. v. 10. ὑμᾶς] F. καὶ ὑμᾶς. *vos quoque*, eadem ad vos quoque commemorans. REISK. Cave audias. A fraude metuendum erat solis iudicibus, penes quos esset λύειν τὸν νόμον. SCHAEFER.

P. 487. v. 10. εἵνεκα] ἕνεκα Dindorf. SCHAEFER.

P. 487. v. 10. παραγεγράφθαι] promulgatam, publico in loco propositam et fixam et in tabula perscriptam esse, ut ad cognitionem omnium veniret. REISK. Add. not. ad παρέγραψαν v. 15. SCHAEFER.

P. 487. v. 11. τοῦτον τὸν νόμον] H. e. *legem nostram, Leptineae contrariam.* Licet continuo τούτου τοῦ νόμου ad legem Leptinis redeat. Sed ut interiorem sensum loci declarem, si potero, eius mihi haec videtur ratio esse. Leptini facile suspicio oriri poterat, omni hac controversia mota adversarios suos id unum agere, ut legem de tollendis immunitatibus abrogarent. Illud ab iis pulchre provisum iri, ne, qui indigni viderentur, in iudicium unquam adducti e nova Demosthenis formula donis exciderent. Esse hanc ipsam formulam fraudis caussa et ad antiquum morem obtinendum oppositam. Credibile esse, adversarios, quum Leptineam sublatam vidissent, nihil fore sollicitos, ut nova lex sua perlata vigeret, satis habituros, istam aut sibi aut amicis quibusdam suis incommodam perfregisse. Tribus verbis haec omnia Demosthenes innuit, ut rem auditorio suo perspectu facillimam. Similiter supra p. 483, 28. καὶ οὐδέν ἐσθ' ὅ τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. FR. A. WOLF. Non disputat Orator, quae Leptini suspicio oriri potuerit, sed quam Leptines suspicionem coronae movere voluerit, ut illa in fraudem inducta Demostheni ne suffragaretur. Loci sensus mihi quidem satis apertus videtur. SCHAEFER.

P. 487. v. 11. *τοῦτον οὐ τεθήσεσθαι*] *τοῦτον*, hanc nostram legem, qua legi Leptinis obrogamus. At versu 16. *τούτου* redit ad legem Leptinis. REISK. Non redit ad legem Leptinis, sed *περὶ τούτου* est *de hac re*. SCHAEFER.

P. 487. v. 15. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Paris. primus, August. primus. *ὑμῖν* an *ἡμῖν* legatur, perinde est. Illud est *vobis, in vestram gratiam*, ut videretis atque iudicaretis: hoc *nostram in gratiam, nostro rogatu*. REISK. Praestat *ὑμῖν*, h. e. *in gratiam vestram* seu *ut verba legis ab omnibus, qui vellent, legi et iudicari possent*. FR. A. WOLF.

P. 487. v. 15. *παρέγραψαν*] *παραγράφειν* est, ut modo dixi, publico in loco, in tabula publice proposita aliquid scribere, ut possint omnes legere. Sententia est: cuius legis ex praescripto thesmothetae novam nostram legem ad eponymos fixerunt et spectandam omnibus iudicandamque proposuerunt. REISK.

P. 487. v. 16. *ἵνα μὴ — ἀντιλέγῃ μοι*] Videntur haec inter se pugnare. Dixerat modo claris et disertis verbis legem hoc pronunciare. Iam, *Ego vero hoc*, ait, *omittam, ne quis super eo mecum contendat*. Qui poterat contendere, si lex claris verbis pronuncians controversiam omnem amputaret? REISK. *ἵνα μὴ — ἀντιλέγῃ μοι* talia sunt, quae vix puto hodie plene intelligi posse. Nam paullo ante legitur, perspicue sancitum esse, *νόμου τινὸς λυθέντος τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι*. Nunc Oratorem dubitantem videmus et timentem, ne quis secum ea de re contendat. Qui, malum, in perspicua lege vir alias minime timidus subito frangi et cedere potest? An fortasse vetus ista lex in desuetudinem abierat? Omnino aut hoc ipsum aut simile quid ponere debebimus. FR. A. WOLF. Quod tibi verum amanti satis *σαφῶς* dictum videtur, potest sic comparatum esse, ut cavillatori largam praebeat materiem contradicendi. SCHAEFER.

P. 487. v. 16. *ἀλλ'*] Refertur ad *μὲν* v. 12. Igitur ante hanc particulam minus plene interpunxi. SCHAEFER.

P. 487. v. 17. *ὅταν ταῦτα λέγῃ κ. τ. λ.*] Hic quoque locus nobis obscuratur ignoratione momenti alicuius, quod sententiae olim lucem dare potuit. Simul dura primo adspectu sunt ista, *πῶς τεθήσεται*. Ubi Reiskius non male ait postulari *εἰ* vel *πότερον τεθήσεται* *). Sed et hic primo adspectu fallimur. Particula *πῶς* pertinet ad *modum*, quo lex nova auctoritatem accipere possit. Potuit autem id fieri, ut vidimus, aut sola abrogatione veteris legis, aut sic, ut qui tulisset *νόμον ἀντεισφερόμενον*, idem etiam legitime perferret. Iam nihil refert, inquit, dum lex mea recipiatur, utro id modo fiat, et de hac re Leptines frustra lo-

---

*) P. 487. v. 20. *πῶς*] Sententia postulat *εἰ* vel *πότερον*. *futurumne sit, ut ea lex rogetur*. REISK.

quitur. Nempe si Demosthenes cum suis eo iudicio, quod nunc agitur, illud vicerint, ut Leptinis lex tollatur, non solum haec inutilis aut reip. perniciosa, sed contraria simul illa Demosthenis videri debebit melior ac iustior iudicata. Sic ad novae legis praestantiam demonstrandam non videtur necesse esse, ut ab eo, qui scripsit, solennibus modis perferatur. Hac via quodammode videor mihi auctoris mentem perspicere. FR. A. WOLF. Neque huius loci sensus mihi videtur obscurus. Orator hoc vult: Quando Leptines haec dicit (scilic. ἐξαπάτης εἵνεκα — οὐ τεθήσεσθαι), tantum abest ut mihi obsit, ut suae ipse causae noceat; ita enim fatetur meam suâ legem esse meliorem et iustiorem, omnisque disceptatio huc redit, ut de modo meae legis perferendae agatur. πολλοὶ δ' εἰσὶν τρόποι κ. τ. λ. Vides πῶς unice tenendum esse. SCHAEFER.

P. 487. v. 21. ἂν μὴ βούληται] μὴ abest ab August. primo, indice P. Manutii. Potest et hoc probari, sed hactenus, ut ἀναγκάζειν subaudiatur. Sed praestat vulgata. REISK. Post βούληται comma sustuli *), ut indivise legantur haec, ἂν μὴ βούληται θεῖναι τὸν νόμον, non, θεῖναι τὸν νόμον αὐτὸν ἀναγκάσει. Res pertenuis quidem, pertinet tamen ad rationem sermonis graeci. In βούληται cogitandum ὁ παρεισφέρων. Librarius Aug. 1. cogitavit ὁ Λεπτίνης, ideoque consulto omisit μή, ut θεῖναι τὸν νόμον αὐτὸν ἀναγκάσει coniungendum esset. FR. A. WOLF.

P. 487. v. 22. ἀναγκάσει] Sensus est: *possit cogere.* Proinde scribendum forte ἀναγκάσαι modo potentiali. MARKLAND. Marklandi coniecturam non probo, quamvis sensus sit, *possit cogere.* Satis usitata hac ipsa potestate sunt in Atticis futura post verba εἰ, ὅς et alia quaedam. FR. A. WOLF. Non modo in Atticis, sed omnino in Graecis scriptoribus. Haud raro viri docti dicunt Atticismos quae sunt idiomata Graecae linguae: opinor, quod ceterarum scripta dialectorum minus triverunt. Verte: *quibus — futurum sit ut cogat.* SCHAEFER.

P. 487. v. 23. ἐγώ, Φορμίων] August. primus hic loci comma omisit, tanquam Phormio actor sit. REISK. *in Variet. lect.* Haud constat, quis ille ἐγὼ fuerit, nec multum id ad nos ignoremus nec ne. Augustanus distinctione hic caret. Erit ergo Phormio is idem, qui se ἐγὼ appellat. *ego Phormio.* IDEM *in Annott.* ἐγώ, Φορμίων, ἄλλον εἴ τινα βούληται. Coniunctionum defectus est ab affectu dicentis. Quis sit ἐγώ, nemo sane quaerat praeter virum doctum, qui ubique nodos in scirpo quaerit. Sed tricantur in sequentibus quoque, ubi mala lectio affertur e Pan. Lind. Vind. Ven., Φορμίων, μᾶλλον εἴ τινα βούλεται. Vulgatam sic accipe, εἴ τινα ἄλλον βούλεται. Taylorus e Erfurt. traxit ἄλλων, consul-

*) Nec Reiskiana habet. SCHAEFER.

tone an incuria, incertum. In genuina Wolfii est ἄλλον. FR. A. WOLF.

P. 487. v. 23. ἄλλον εἴ τινα βούλεται] [ἄλλον, εἴ τινα βούλεται.] Observa diversam constructionem: ἡμεῖς ἐγγυώμεθα θήσειν, ἐγγυώμεθα ἄλλον θήσειν. [Nam ita olim legebatur ante Wolfium, atque ita hunc locum laudat Aristides. TAYLOR.] Obsopoeus μᾶλλον εἴ τινα. [uti et Lindenbr. pariter Vindob. et Ven. TAYLOR.] H. WOLF. Quotquot vidi libros, etiam editio Wolfiana, quam Taylorus recudi curavit, sic [ἄλλον] dant omnes. Quare miror, qui Anglicana det ἄλλων. Bene habet vulgata. Est idem ac si dixisset καὶ ἄλλος, εἰ ἄλλον τινὰ βούλεσθε ἐγγυᾶσθαι τὸν νόμον θήσειν. REISK. Notabile, non diversae constructionis, qualem Hieronymus comminiscitur, sed attractionis exemplum, cuius similia in usu adiectivorum ἄλλος et ἕτερος passim occurrunt. Nec quenquam offendat quod εἴ τινα, non ὅντινα, sequitur. SCHAEFER.

P. 487. v. 24. ἐάν τις ὑποσχόμενός τι κ. τ. λ.] Legem ubi inferius repetit p. 498, 5., Orator ipse τὰ ἔσχατα πάσχειν explicat verbis θανάτῳ ζημιοῦν. Et sic Aristides Declam. §. 86. Lex pertinet ad maiestatem populi Atheniensis et est apud Petitum in Collectione legum Attic. p. 527. seq. FR. A. WOLF.

P. 487. v. 25. τὴν βουλὴν] Vulg. βουλήν. τὴν βουλὴν August. primus. Et sic correxi. REISK. Vocem βουλὴν Petitus l. c., Senatum Quingentorum interpretatur. Quod si rectum esset, Reiskium sequerer ex Aug. 1. scribentem τὴν βουλὴν. In ista quidem vocis potestate consuetudo attica *) articulum poscit, nec alia caussa, credo, fuit illi, ut mutaret. At duo Athenis fuerunt consilia publica, ἡ βουλὴ quae eximie dicebatur, et ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Libanius Argum. in Androt. Δύο ἦσαν ἐν Ἀθήναις βουλαί, ἡ μὲν διηνεκής, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ — ἑτέρα δὲ ἡ τὰ πολιτικὰ πράττουσα. Utrumque consilium auctori huius legis in animo fuisse probabile est. Lex est antiqua: antiquiore autem tempore Areopagus rarius potuit simplici nomine δικαστήριον appellari. FR. A. WOLF. Articulum delevit etiam Bekker. Bene. Sic statim generatim dicitur δικαστήριον. SCHAEFER.

P. 487. v. 25. ἐξαπατήσῃ] ἐξαπατήσει Paris. primus. REISK.

P. 487. v. 26. ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα] Scilicet ἡμᾶς τοῦτον. REISK. Voluit θήσειν τὸν νόμον. *Spondemus, pollicemur, legem nos nostram perlaturos esse.* SCHAEFER.

P. 488. v. 2. εἰ δὲ ταῦτα λόγους κ. τ. λ.] Absurde ad οὐ λόγος in Schol. adiectum οὐδὲ φροντίς. Plane ut Graeci λόγους et φλυαρίας, sic Latini dicunt *verba* et *ineptias*. Cicero in Pison.

*) Non *attica*, sed *graeca*: nec *consuetudo*, sed *necessitas*. SCHAEFER.

c. 27. *Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt atque ineptiae.* Etiam solum λόγον in singulari numero opponunt τῷ ἔργῳ, τῇ ἀληθείᾳ. Exemplorum abunde est ubique. Quibus accedere debet Xenoph. Hellen. IV. 8. 15. sic corrigendus: Τῷ μὲν δὴ Τιριβάζῳ ἀκούοντι ἰσχυρῶς ἤρεσκον οἱ τοῦ Ἀνταλκίδου λόγοι· τοῖς δ' ἐναντίοις λόγος ταῦτ' ἦν, ubi vulgo λόγοις ταῦτ' ἦν. FR. A. WOLF.

P. 488. v. 2. ἐκεῖνό γ'] Legere mavult Lambinus ἐκεῖνο δέ. TAYLOR. ἐκεῖνο δὲ index Lambini. REISK.

P. 488. v. 5. τὸν] τὸ P. Manutius. REISK.

P. 488. v. 6. ἐφ' ἑαυτοῦ] ἀφ' ἑαυτοῦ August. primus, Bavaricus, P. Manutius, vulgata in indicem relegata. αὑτοῦ Paris. primus. REISK. Aug. 1. Bav. Felic. Wolf. Tayl. ἀφ' ἑαυτοῦ. Nostrum ἐφ' ἑαυτοῦ est in Ald. Herv. Ben. Reisk. Prius est *sua sponte:* posterius dicitur in iis rebus, quas quis facit *per se solum, sua solius auctoritate, sine alius consilio vel auxilio.* Igitur hoc praetuli, idemque saepe faciendum alibi, ubi pariter librarii peccarunt. Aristides T. II. p. 316., ubi se dicit in scribenda Declamatione Leptinea ita versatum, ut, Demosthene de manibus posito, quid dici posset, ipse dispiceret: εἶχον ἐν χερσὶ τὸν λόγον τὸν τοῦ Δημοσθένους, καὶ ὡς ἐγενόμην ἐπὶ τῶν κεφαλαίων, ἃ τοῦ Λεπτίνου μέλλοντος ἐρεῖν ὑπετέμνετο, ἀποστήσας ἐμαυτὸν τοῦ Δημοσθένους ἐπ' ἐμαυτοῦ τι συνεώρων. FR. A. WOLF. Bekkerus: „ἀφ' omnes: vulg. ἐφ'." Itaque dedit ἀφ' ἑαυτοῦ. Quod recte factum puto. Verte autem: *de sua ipsius fabrica,* i. e. a se ipso excogitatam, commentam, *von seinem eignen Machwerk.* Conf. Sylburgius ad Dionys. Halic. T. III. p. 1865. R. SCHAEFER.

P. 488. v. 7. καί μοι — ὀργισθῇς] Repente oratio ad ipsum Leptinem convertitur: οὐδὲν φλαῦρον ἐρῶ σε — σὺ δὲ εἰσενήνοχας — πῶς σέ τις φήσει κ. τ. λ. Dicam de hoc genere ad p. 501, 8. Iam lex h. l. commemorata ipsis verbis, quibus concepta ferebatur, exstat apud Nostrum adv. Stephan. II. p. 983. E. [ed. Francof.] Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτ' ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσῄει τὴν ἀρχήν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανοῶν, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς. Verba legis dedi ad verissimam correctionem Wesselingii in Petit. LL. AA. p. 580., unde etiam explicatio eorum petenda. Nam his quoque manum suam Reiskius impressit corruptricem. Legem praeterea affert Plutarchus in Solone pag. 90. A. verbis nostro loco appositissimis: ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὑτοῦ φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον καὶ χάριν ἀνάγκης. FR. A. WOLF.

P. 488. v. 10. μὲν] Abest a Bavarico, sed superscriptum est a nova manu. REISK.

P. 488. v. 11. ὅτῳ] ᾧ, Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. ᾧ Bekker. SCHAEFER.

P. 488. v. 12. οὐχ ἵν' — τῆς ἀρχιστείας] Structura sociari debent haec, οὐχ ἵνα τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει ἀποστερήσῃ τῆς ἀγχιστείας. ἀγχιστεία in iure Attico est *ius legitimae successionis*, h. e. succedendi in bona et iura defuncti civis vi cognationis. FR. A. WOLF. V. Ammonius p. 3. SCHAEFER.

P. 488. v. 12. ἐγγύτατα τῷ γένει] ἐγγυτάτω γένει Paris. primus, secundus, quintus, August. primus, Bavarici margo. REISK. ἐγγυτάτω γένει Bekker. Sic p. 1072, 2. ὡς προσήκοντας καὶ γένει ὄντας ἐγγυτάτω. Recte sic dici fugit Valckenarium, cum in Ulpiano, qui huic favet scripturae, alteram substituendam censeret Animadv. ad Ammon. p. 8. SCHAEFER.

P. 488. v. 14. ἀλλήλους] [ἄλλους.] ἀλλήλους Reg. β. Vindob. et Aug. Recte hoc procul dubio. *metta a gara il servire l' uno l' altro*, ut Italus interpres. TAYLOR. Vulg, ἄλλους. ἀλλήλους Ald. Bavar. ἀλλήλοις (in dativo) August. primus, non in accusativo, quem Fabricius illinc retulit. Correxi ἀλλήλους. REISK. Pro vulgato ἄλλους cum Tayloro et Reiskio rescripsi ἀλλήλους e Par. 2. Vind. Aug. 1. *) Bav. Satis solennis ista scribarum menda, quam dubito an consulto propagarit Valckenarius Animadv. ad Ammon. p. 8. FR. A. WOLF.

P. 488. v. 15. εἰσενήνοχας] εἰσενήωχας Aldus. REISK.

P. 488. v. 17. τῶν φιλοτιμησομένων] Scilicet εἰς αὐτόν. Pronominum usum Graeca lingua aliquanto minus appetit quam vernacula. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 488. v. 18. ποιοῦσιν] Post ποιοῦσιν videtur αὐτὸν deesse. REISK. Excidisse Reiskio et Augerio videtur αὐτόν. Sero sapiunt viri. Occurrit eadem ellipsis p. 459, 23., ut inferius p. 493, 27. et alibi. FR. A. WOLF. Conf. not. ad v. 17. SCHAEFER.

P. 488. v. 20. δοκούντων] δηλούντων Paris. quintus. REISK.

P. 488. v. 21. μηδ' ἂν — παίδων αὐτός] *ne tum quidem, si conviciis aut maledictis fuerit ipse a liberis defuncti provocatus.* Nempe κακῶς repetendum ad verbum ἀκούῃ, quod perfacile est. Monuit etiam Dorvillius ad Charit. p. 355. [ed. Lips.]. Nota structura καλῶς ἢ κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος seu πρός τινος, quam latinus sermo ad amussim exprimit. Aliter, et male quidem, locum olim ceperunt, pronomine αὐτὸς ad seqq. tracto. De ipsa lege hic allata tum alibi a Demosthene mentio fit, tum a Plutarcho l. c. p. 89. E., quae loca occupavit Petitus LL. AA. p. 604. Ibi simul notari poterat, vetustum hoc praeceptum esse, τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει. Legitur sic Chiloni illi tributum apud Stobaeum Serm. CXXIV. p. 620. FR. A. WOLF.

---

*) Negligenter inspexit Reiskium. SCHAEFER.

P. 488. v. 22. ἀκούῃ] Subaudi κακῶς. REISK.

P. 488. v. 22. αὐτός. σὺ δὲ —] Ita lege cum optimis exemplaribus. Vulgo: — τις ἀκούῃ παίδων. αὐτὸς σὺ δὲ —. TAYLOR.

P. 488. v. 25. καὶ] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 488. v. 25. φάσκων] Post φάσκων deesse videtur κατηγορῶν aut eiusmodi quod participium. *vitio ipsis dans ea vel incusans eos eorum, quorum nihil in ipsos cadit.* κατηγορῶν ὧν est idem atque κατηγορῶν ταῦτα, ὧν. REISK. Desiderat vir doctus participium aliquod, quo illud ὧν referatur, v. c. κατηγορῶν ὧν, h. e. κατηγορῶν ταῦτα, ὧν. Quin omnia absque hoc fulcro optime habent. Sensus est: *Tu vero male non d i c i s, sed f a c i s defunctis euergetis nostris, dum oratione tua passim homines, qui immunitate fruuntur, ita exagitas, ut nunc hic tibi videatur nescio qua culpa notabilis, nunc ille omnino sine merito suo donum consecutus: verum nihil huiusmodi, nihil harum rerum in illos magnos viros convenit.* Patet, relativum ὧν pertinere ad verba μέμφεσθαι et ἀνάξιον εἶναι φάσκειν. FR. A. WOLF. Hoc si Orator voluisset, scriptum legeremus ὧν οὐ δ έ τ ε ρ ο ν ἐκείνοις π ρ ο σ ή κ ε ι. Immo ὧν est generis masculini. *qui, quae deliquerunt, eorum nihil ad illos pertinuit.* Docet oppositio in illa Solonis lege: μηδ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός. SCHAEFER.

P. 488. v. 27. πάνυ τοίνυν — ἀπήγγειλέ μοι] Sic saepe Oratores produnt, ex aliis se cognovisse, quid adversarii pro se dicturi sint: unde illud φήσει et φήσουσι in futuro, quod Interpretibus interdum molestum fuit. Conf. Demosth. in Midiam p. 608. F. [ed. Francof.]. *Quidam nuntiavit mihi serio*, h. e. *vultu qui magnum aliquod firmamentum caussae suae promitteret.* Ceterum verba sic iuncta, πάνυ σπουδῇ, ad Atticismum pertinent, eaque frequentat inprimis Thucydides. Vid. Valcken. ad Phalarid. Epp. p. XVII. FR. A. WOLF. Hic etiam ad Atticismum refertur quod omnino Graecismi est. SCHAEFER.

P. 488. v. 28. αὐτοὺς] αὐτοῖς August. primus. REISK.

P. 489. v. 1. οἱ Θηβαῖοι] Vulg. Θηβαῖοι. οἱ Θηβαῖοι August. primus. Et sic correxi ob praecedens οἱ Λακεδαιμόνιοι. REISK. Θηβαῖοι. Reiskius scripsit οἱ Θηβαῖοι, nimirum ex Aug. 1. et propter verba οἱ Λακεδαιμόνιοι. E certa tamen lege iudicari hoc non posse puto propter miram inconstantiam, quam in hoc usu articuli obtinere video. FR. A. WOLF. Articulum delevit etiam Bekker. Hoc sic probo, ut etiam antea malim ὡς ἄρα Λακεδαιμόνιοι. Ita mox Θηβαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι. ἄρα quam prono lapsu in ἄρ᾽ οἱ transire potuerit, docet Porsonus ad Euripid. Med. 44. SCHAEFER.

P. 489. v. 1. τοιαύτην οὐδεμίαν τιμὴν] Haec verba ad immunitates spectant, ut et posthac verba τῶν τοιούτων ἐθῶν. Ita autem hunc morem suos donandi abiudicari Lacedaemoniis mirari

potest, qui locum Aristot. de Rep. II. 7. p. 109. ed. Conr. aut Aelian. V. H. VI. 6. meminerit, ubi illis ἀτέλεια diserte tribuitur. Suspicor, satis id Nostro visum fuisse, quod Lacedaemonii propriam et ab Attica diversam rationem in donatione sequerentur. FR. A. WOLF.

P. 489. v. 2. καὶ] Rursus abest a Paris. primo. REISK.

P. 489. v. 3. δὲ] δὴ August. primus. REISK.

P. 489. v. 5. πρὸς τὸ — πεῖσαι] Ordo verborum syntacticus: πρὸς τὸ πεῖσαι ὑμᾶς ἀφελέσθαι τὰς ἀτελείας. SCHAEFER.

P. 489. v. 6. οὐδαμῇ] οὐδαμῇ Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 489. v. 6. οὐ γὰρ ἀγνοῶ] Sententia postulat οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, *non enim ignoratis*, aut οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, *nemo enim ignorat*. REISK. Prima persona verbi Reiskio displicet. Nec immerito: in hoc quidem nexu sententiarum. Utique omnis offensio absit, si scribatur οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, vel οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, vel τίς γὰρ ἀγνοεῖ; Sed hoc est calamo ludere. Forsitan paullo minus prima persona displiceat, si licuerit sic exponere: *Neque enim, ne quis tali argumento me redargui putet, illud mihi incognitum est, quod Thebani* etc. FR. A. WOLF. Hoc vere est nodum quaerere in scirpo. Causam edit Orator, cur tales sermones *sibi* videantur iniusti. Modo enim dixit: ἐ μ ο ὶ δὲ δοκοῦσιν κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 489. v. 7. οὔτε νόμοις — χρώμεθα] Verba sic ordinata dat August. primus: οὔτ' ἔθεσιν οὔτε νόμοις χρώμεθα. REISK.

P. 489. v. 8. οὔτε ἔθεσι] οὔτ' ἔθεσι Bekker. SCHAEFER.

P. 489. v. 10. ποιήσουσιν] ποιοῦσιν August. primus. REISK.

P. 489. v. 11. τὰ τῶν Ἀθηναίων — τὰ τῶν δείνων] [τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἐπαινεῖν —.] τὸ ἢ aut redundat, aut transpositum est, aut aliquid deest. Quid si sic? οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἢ (malim οὐδὲ) τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν νόμιμα οὐδὲ τὰ τῶν δείνων, sc. τῶν Θηβαίων *), quos per contemtum non nominat. Aut: τὰ τῶν Ἀθηναίων λέγειν ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα. WOLF. Locum, cum sit impedito simillimus, ita ex coniectura voluit restituere Lambinus: τὰ τῶν Ἀθηναίων ποιεῖν ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα. Virum perquam eruditum ad hoc impellebant ea, quae statim sequuntur: ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ' ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. Praeter rem. Submonuit nescio quis ad oram exemplaris academici: τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ Θηβαίων ἐπαινεῖν νόμιμα. Omnino recte. Elusit nimirum scriptoris aciem vox Θηβαίων propter vicinitatem Ἀθηναίων, cui, si demas literam initialem, perquam est similis. Atque hinc emendabis

*) Fallitur de Thebanis intelligens. SCHAEFER.

mecum Suidam in *Αὐτόχθονες*. *Αὐτόχθονες*, inquit ille, *οἱ Ἀθηναῖοι*. et paucis interiectis: *Αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες ἦσαν καὶ Αἰγινῆται καὶ Ἀθηναῖοι*. Id est, praeter Athenienses erant Arcades, Aeginenses *et Athenienses*. Legendum est: *Αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες ἦσαν καὶ Αἰγινῆται καὶ Θηβαῖοι*. Ita enim idem auctor sine litura in voce *Ἀθηναίων δυσβουλία*, et Harpocratio quoque in *Αὐτόχθονες*, quem articulum totum exscripsit Suidas. Hoc errore bis tenentur Scholia ad Thucyd. II. 3. *οἱ Ἀθηναῖοι*, cum *οἱ Θηβαῖοι* intelliguntur. Proclive esse ab ea voce in hanc labi et vicissim, confirmat exemplis magnus Scaliger ad Eusebii Chronicon XC. et eruditissimus Valesius ad Harpocrat. in v. *Ἰσμηνίας*. Obsopoeus hic coniicit *ψέγειν ἢ ἐπαινεῖν*. TAYLOR. *Θηβαῖοι* pro *Ἀθηναῖοι*. Not. ad Argum. Or. Aeschinis c. Ctesiph. Vales. ad Harpocr. p. n. 98. Notae ineditae ad Suidam. TAYLOR. *in Schedis*. Suspicor, has undecim *) voces esse emblema glossatoris Graeculi: nihil enim sensui addunt, sed sunt mere exegeticae. Dubito quoque, an Graece dicatur *τὰ νόμιμα ποιεῖν* eo sensu, quem hic locus postulat: nam de *exsequiis mortuorum* aut de *sacrificiis*, nisi fallor, fere usurpatur haec phrasis. Utcunque hoc sit, textum ita connectendum esse existimo: *οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἃ τῇ* etc. MARKLAND. Vulg. *τὰ τ. Ἀθ. ἢ ἐπαινεῖν. ἢ* delendum esse, ut natum e proximo *ν* **), dudum ante fueram suspicatus, quam ab August. primo id abesse reperirem. Huius itaque codicis auctoritate fretus et re ipsa sic exigente delevi. Sententia est: Apud Lacedaemonios id facere non licet, quod hi facient, cum hac oratione utentur; scilicet non licet Atheniensium instituta apud Lacedaemonios laudare, aut quorumcumque tandem. Marklandus hic, ut saepe alias, nimium argutatur. REISK. *οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις*. Vulgo his apponuntur haec: *τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα; οὐδὲ τὰ τῶν δεῖνων*. In quibus corrigendis VV. DD. certatim desudarunt. Ac primum Obsopoeus inepte coniecit *Ἀθηναίων ψέγειν ἢ ἐπαινεῖν*. Wolfius aut redundare ait voculam *ἢ*, aut aliquid deesse, ut sit vel *οὐδὲ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν νόμιμα*, vel *τὰ τῶν Ἀθηναίων λέγειν ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα*. Lambinus: *ποιεῖν ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα*. Bene hoc et apte clausulae periodi, nec minus graece. Nam frustra dubitat Marklandus, an alio sensu quam de exsequiis mortuorum et sacrificiis dici possit *τὰ νόμιμα ποιεῖν*. Vid. vel Xenoph. Cyrop. I. 2. 15. Taylorus autem e margine exemplaris cuiusdam sui commendat *τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ Θηβαίων ἐπαινεῖν νόμιμα*, scilicet manus doctae emendationem ***). Denique Reiskius quum literam

*) Voluit *decem*, connumeratâ particulâ *ἢ*. SCHAEFER.

**) V. Melet. Crit. p. 11. SCHAEFER.

***) Non est emendatio, sed *διττογραφία*, quam invexit manus indocta. V. Reiskii not. sequ. Omnino de Thebanis h. l. non cogitandum. SCHAEFER.

molestam ῃ ab aureo Aug. 1. abesse vidisset, ut natam ex proxima ν expunxit, id quod sane erat facillimum. Atqui omnibus his modis pannum curatum dico e margine nobis illatum, non contextum auctoris. Expressam enim speciem et certa vestigia alienae annotationis habent decem ista vocabula, quae sententiae non tantum nihil addunt, sed officiunt etiam rectamque verborum structuram impediunt. *Αὐτὸ τοῦτο, ὃ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν*, quae verba glossator sibi explicanda putavit, id ipsum fere sonant, quod voluit: *instituta aliorum populorum laudare suisque civibus in exemplum proponere.* Ita saepius pronomina ista ansam dederunt glossematum. Ut Xenoph. Anab. Cyr. I. 1. *Τότε ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι πόλεις πλὴν Μιλήτου. Ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, [ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον,] τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν.* Non difficile foret glossemata odorari, si ita sua se specie ubique proderent. Nemo tamen ante Marklandum de fraude nostri loci monuit. FR. A. WOLF. Reiskium Bekkerus summo iure secutus est. Tantum enim abest ut hoc membrum pannus sit e margine illatus, ut, si cum Halensi editore deleas, periodi sensum obscures breviloquentiâ haudquaquam Demosthenicâ. Confer. Krügeri Commentatt. post Dionysii Halicarn. Historiographica p. 292. SCHAEFER.

P. 489. v. 11. *Ἀθηναίων*] Pro *Ἀθηναίων* est in Lessing. *Θηβαίων*. REISK.

P. 489. v. 12. *ἀλλ', ἃ — καὶ ποιεῖν*] Suspicor Demosthenem sic reliquisse: *ἀλλὰ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει ταῦτ' ἐπαινεῖν, ἃ ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. sed receptae apud eos formae gubernationis civilis convenit, ut ea laudentur, quae ut fiant prorsus necesse est atque inevitabile.* REISK. Vir doctus, qui modo nihil vidit, repente nunc oculatissimus factus sic ab auctore scriptum coniicit: *ἀλλὰ τῇ — καὶ ποιεῖν. sed receptae — atque inevitabile.* Viderint acutiores; ego correctionis praestantiam non assequor. FR. A. WOLF. Qui ipse caecutivit ubi Reiskium nihil vidisse criminatur, hunc viri egregii seque haud raro oculatioris errorem leniter proculque habita irrisione notare debuit. SCHAEFER.

P. 489. v. 14. *τοιούτων ἐθῶν*] quibus nos scilicet utimur in ornandis viris bene de rep. meritis. A codice August. primo abest *ἐθῶν*. Neque hoc male. Subauditur tum *τιμῶν* ex proximo. REISK. *ἐθῶν* omisit Bekker. Vel sic *τῶν τοιούτων* est generis neutrius nec subauditur *τιμῶν* e sequentibus. SCHAEFER.

P. 489. v. 15. *ἃς*] Aldinae, cui deest, addidit corrector Weimar. et Lessing. REISK.

P. 489. v. 16. *ἅπαξ*] Forte cum MSS. melioris notae, Ven. Vindob. Obsop. Aug. Ital. Bodl., *ἅπας*. TAYLOR. *ἅπας* August. primus, Bavaricus, item Lessing. *ἅπαξ* bene habet. *ne semel quidem, nullo unquam tempore.* REISK. Codd. magno numero *ἅπας*,

probante Tayloro. At cur *universus* populus? Misere friget illud ἅπας. Contra sensum adiuvat ἅπαξ h. *plane*, *omnino*. FR. A. WOLF. ἅπας Bekker. Bene, *universus populus*, *ne iis quidem exceptis*, *qui adhuc favent legi Leptineae*. ἅπαξ laudarem, si locus sic scriptus esset: ὡς ὑμεῖς ἀπεύξαισθ' ἂν ἅπαξ ἐνταυθοῖ γενέσθαι. SCHAEFER.

P. 489. v. 16. ἐνταυθοῖ] ἐνταυθοῖ pro ἐνταῦθα et alibi occurrit in Atticis. FR. A. WOLF. ἐνταυθὶ Dindorf. SCHAEFER.

P. 489. v. 16. τὰς — καθ' ἕκαστον] Hinc manifesto apparet ἕκαστον talibus in formulis semper esse generis neutrius. SCHAEFER.

P. 489. v. 18. τὴν καλουμένην γερουσίαν] Et appositum καλουμένην docet, et aliunde scimus, hoc proprium nomen senatus Lacedaemoniorum fuisse. Inflectitur tantum ab Atticis ad aures suas, quum e Spartana dialecto fuerit γερωνία aut potius γερωσία. Athenis autem senatus nunquam aliter dictus quam βουλή. De summa auctoritate Lacedaemonii senatus quod legimus, confirmant alii: Isocrates Panath. p. 389., qui Lycurgum ait instituisse, τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι, μεθ' ὅσηςπέρ φασι καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτήν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν. Plutarchus Lycurg. p. 43. C. et p. 55. E., ubi senatori Spartano tributum dicit τὸ σύμπαν κράτος ἐν τῇ πολιτείᾳ, κύριον ὄντα *) καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας καὶ ὅλως τῶν μεγίστων. Pausanias III. 11. p. 231. Ἡ γερουσία συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας. Cicero Cat. Mai. c. 6. *Apud Lacedaemonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes.* Quem locum comparans cum nostro Budaeus Annott. pr. ad Pandect. p. 269. adfert simul Aristotel. de Rep. II. 7. p. 110., ubi ἡ ἀρχὴ αὕτη dicitur ἆθλον τῆς ἀρετῆς, plane ut a nostro. FR. A. WOLF. νικητήριον τῆς ἀρετῆς Plutarcho p. 55. E. SCHAEFER.

P. 489. v. 18. ἐγκριθῇ] Verbum est proprium. κρίσις dicebatur illa senatorum electio, cuius modum describit Plutarchus l. c., qui modus non immerito παιδαριώδης visus est Aristoteli, alia quoque in senatu Spartano improbanti. FR. A. WOLF.

P. 489. v. 21. τῆς ἀρετῆς ἆθλον] V. not. ad v. 18. SCHAEFER.

P. 489. v. 21. κυρίῳ] Tertius casus κυρίῳ est a suppresso τινὶ ad ἐστί, structura iam alibi explicata. Conf. not. ad p. 485, 11. FR. A. WOLF. Male servavit vulgarem post v. ἆθλον inter-

---

*) Voluit κυρίῳ ὄντι. SCHAEFER.

punctionem, quam attractio, quae causa est dativi κυρίῳ, plane aspernatur. Nec cogitandum de suppresso τινί. Infra p. 494, 1. οὔτ' ἴσως ῥᾴδιον αἰτίῳ γενέσθαι. ubi Interpretes eandem ellipsin inculcant. SCHAEFER.

P. 489. v. 21. τῶν ὁμοίων] Ὅμοιοι apud Lacedaemonios aliud significabat, quam apud alios Graecos. Sic enim vocabant nobiles suos, e quibus senatus, ἡ γερουσία, constituebatur. Sic apud Xenophontem lib. 3. Hellenic. de Cinadonis coniuratione: οὗτος δὲ ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανίσκος, καὶ τὴν ψυχὴν εὔρωστος, οὐ μέντοι τῶν ὁμοίων. PALMER. Qui fuerint οἱ ὅμοιοι, valde dubito an ex veteribus satis sit compertum. Cives in rep. Laced. eminentiores fuisse, docent quidem omnia, eoque redeunt, quae notavit Morus ad Xenophont. Hellen. III. 3. 5. Sed eorum dignitatem magis definitam si quaeras, nusquam invenias. Ac non omnino assentior Palmerio Exercitt. in opt. auctt. gr. p. 629. putanti hoc nomine eos dici, e quibus senatus constitutus sit; minus etiam Angerio, qui Ephoros intelligit. Adeo is mirabatur fortasse, magistratum tam potentem ab Oratore plane omissum. Enimvero cogitare debebat, ne regum quidem Spartanorum ullam mentionem fieri, et potestatem Ephororum, quamvis iam tum satis magnam et insolentem, magis in bellicis quam domesticis rebus valuisse, tum horum mentionem auctori a consilio loci alienam videri potuisse. FR. A. WOLF. Quidni vocem h. l. sensu vulgari intelligamus? *cum paribus* (hominibus eiusdem dignationis), *mit seines gleichen.* SCHAEFER.

P. 489. v. 22. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. Bene ἡμῖν Bekker. Conf. v. 27. SCHAEFER.

P. 489. v. 22. ἀραὶ] [ἀρχαὶ.] Codd. nonnulli, ut Cant. Bodl. Regg. ε. η. Aug. et Ital., ἀραί. Inscite. Locus quidem est insanus, sed non ibi dolet. Lege enim omnino: ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαὶ, ὅπως—sine καί. Mox v. 25. cum Lindenbr. Ven. et Ital. pro στέφανοί τε lege στέφανοι δὲ. ut est in Vindob. Respondet enim hic locus superioribus, ταύτης μὲν ὁ δῆμος κύριος. Iam periodum impense restitutam mecum contempleris. ταύτης [i. e. πολιτείας] μὲν ὁ δῆμος κύριος, καὶ ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαὶ, ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται· στέφανοι δὲ καὶ ἀτέλειαι—καὶ τοιαῦτά ἐστιν, ὧν ἂν τις ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν τύχοι. *Apud vos* quidem *reip. dominus est populus, et magistratus et leges cautiones sunt, ne quis alius dominus sit: praestantibus* autem *viris praemia sunt proposita coronae — et eius generis alia.* TAYLOR. Vulg. ἀρχαί. ἀραὶ August. primus, quomodo correxi nil territus ab illis veluti diris, quibus S. Fabricius (aut Wolfius) et Taylorus hanc lectionem quasi devoverunt; quorum hic *inscite*, ille *apage* adscripsit. Ego vero *Bene veneris* adscribam. Demosthenes ἀραὶ (*dirae*) dedit, ἀρχαὶ inepti et tardi grammaticastri mentem oratoris non assequentes. Quavis in concione diris devove-

bantur insidiatores libertatis popularis. REISK. καὶ ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαί. Praeclare Taylorus vidit, superfluum et delendum esse postremum καί, vulgo ante φυλακαὶ lectum: idque iudicium ita verum est, ut nihil amplius ad sanitatem loci requiratur. Liquido simul apparet, quid scribas in errorem deduxerit. Nempe nomen φυλακαί, scil. εἰσί, non viderunt esse pro φυλάττουσιν, ab eoque sequentia pendere, ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται. At φυλακή graece dicitur, ut latine *custodia*, pro *custode* sive pro *eo, quo quid custoditur*. De latinis succurrit nunc unus locus Livii VI, 1., de graecis v. Wesseling. ad Diodor. I, 2. *) Hinc sensus scripturae nostrae oritur hic: *Apud vos omnium rerum arbiter* (κύριος ταύτης h. τῆς πολιτείας) *est populus, et cavent magistratus legesque, ne quis alius imperio potiatur.* De *legibus* quidem nihil dubium, quippe quas constat plurimum valere ad liberae civitatis statum firmandum. Ne vero ἀρχαὶ legibus non bene iunctae videantur, cogitandum, *annuos magistratus* et obnoxios rationibus apud populum reddendis praeclarum in tali republica munimentum esse libertatis, adeo ut et ipsa vocabula ἀρχῶν, *magistratuum*, antiquus loquendi usus non temere de alio quam libero populo frequentarit. Ita Cicero in Bruto c. 14. dicit civitatem per Brutum regia dominatione liberatam et *magistratibus annuis, legibus iudiciisque devinctam.* Haec si Reiskius advertisset, lectionem ἀρχαὶ non dixisset tardis grammaticastris deberi, praelata alia paucorum codicum in marg. Ben., quam prope ominosam dixeris, ἀραί. Ea autem viro audaci ita placuit, ut nihil territus diris, quibus eam alii certatim devovissent, suum *Bene veneris* succlamans in textum invexerit. Hae ἀραί, *exsecrationes*, videntur ei capiendae de praeconio, quo singulis ecclesiis insidiatores popularis libertatis damnari solebant. Nota res ex Aristophane, et egit de ea Petitus LL. AA. p. 289. Commentum sane lepidum! Nam si ista vox praeconis, si vanus iste ritus pro fulcro libertatis haberi potest, quidni eodem iure τοξόται possint, quorum manibus improbi a suggestu arcebantur? Sed quod etiam magis mireris, proxima verba, καὶ φυλακαί, ab eodem editore explicantur de *magistratibus.* Itane vero? Magistratus a loco non alienos censet, modo exsecrationes accedant? Talia refellere non placet: adeo sunt putida. FR. A. WOLF. Non mirer, si quis hoc in Wolfium retorquens placere neget Wolfiana refellere; adeo esse putida. Reiskii scriptura verissima est insigniterque gravis, servata etiam Bekkero. Riserit cavillator vocem illam praeconis ut vanum ritum ficulneumque fulcrum libertatis; certe Atheniensis populi optimus quisque multum abfuit ut rideret. Vae civitati, cui tales ritus, quos religio sanxit maiorum, sunt ludibrio! SCHAEFER.

*) Wesselingii locis adde Demosth. ex Orat. Timocrat. p. 779. A. [ed. Francof.]. IDEM *in Ind.*

P. 489. v. 23. φυλακαὶ] Id est magistratus, quibus iniunctum esset, ut viderent, ne quid detrimenti libertas civilis caperet. REISK. Recte interpretatur. SCHAEFER.

P. 489. v. 25. δὲ] Vulg. τε. δὲ August. primus, Lindenbr. Venet. Vindob. Ital., probante Tayloro. Et sic correxi. REISK. V. Taylorus ad v. 22. SCHAEFER.

P. 489. v. 26. τύχοι] τύχῃ P. Manutius. REISK.

P. 489. v. 26. καὶ ταῦτ' ἀμφότερα κ. τ. λ.] Cur h. l. tam belle tractentur Lacedaemonii, cur tam acerbe Thebani, dixi in Prolegomm. Alio tempore si Orator de his populis dixisset, longe dixisset aliter. Sic et Isocrates et alii variant stilum pro tempore, quum de Thebanis scribunt. FR. A. WOLF.

P. 489. v. 27. καὶ τἀκεῖ] Absunt ab editione P. Manutii. REISK. καὶ τὰ ἐκεῖ Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 489. v. 27. ἡμῖν] ὑμῖν Ald. P. Manut. REISK.

P. 489. v. 27. τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων κ. τ. λ.] Wolfius hunc locum interpretatur perinde ac si textus ita punctis ordinaretur: τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας, τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ. Et omnino recte. Ita explicat Ulpianus: ἡ εὔνοια ἐκεῖ ἐκ τοῦ εἶναι πάντας τοὺς ἄρχοντας ἴσους, ἐνταῦθα δὲ ἐκ τοῦ λαμβάνειν τὰς ἀξίας (lege τοὺς ἀξίους) τιμάς. Longe aliter versio Italica: *Percioche ne' governi de pochi l' havere tutti egual parte tiene d' accordo i signori*, et Batava: *Quia in paucorum principatu dominos reip. concordes facit, si pari potestate omnes fruantur.* TAYLOR. ὅτι τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ. Constructionem mutata leviter distinctione adiuvi. Iam iunges: ὅτι τὸ πάντας τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις ποιεῖ ὁμονοεῖν τὰς διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας. Ubi notabis, maximum bonum oligarchiis tribui concordiam inter optimates, cum servitute ceterorum omnium fere coniunctam, et huic splendide opponi Atheniensium libertatem. De forma Spartanae reip. protrita omnia. Atheniensibus quum ea videretur vulgo esse ὀλιγαρχία, ipsi Lacedaemonii gratiore vocabulo ἀριστοκρατίαν dicere malebant. Vere mixta erat et antiquiori Romanae similis, ut bene Menander scribit de Encom. III, 1. Ceterum conf. cum hoc loco nostro Thucydideum II, 37. FR. A. WOLF. In Reiskiana sic interpunctum: τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας, τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους ὁμονοεῖν ποιεῖ. Deletis subdistinctionibus, ut oportebat, locum continuavi. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 490. v. 3. ἑαυτοὺς] ἀλλήλους. SCHAEFER.

P. 490. v. 3. γε τοῦ] Bekkerus: „τοῦ γε S. Y. O. k. r. s." Hoc ordine Dindorf., quem v. praefat. p. VIII. s. Sic p. 464, 15. καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ εἶναι χρήματα —. Melior hic ordo

est inque librorum dissensu, nisi alia obstent, praeferendus: quippe enclitica propius refertur ad articulum quam ad praepositionem. Quod si loci sensus posceret nominativum aut accusativum, sic scriptum legeremus: καὶ μὴν τό γε μηδὲ Θηβαίους —. Alia ratio est eorum locorum, qui carent articulo: nam per se intelligitur encliticam ibi continuo sequi debere praepositionem. V. not. ad p. 502, 10. SCHAEFER.

P. 490. v. 4. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 490. v. 5. μεῖζον — πονηρία] Hinc Aristides ad Athenienses de iisdem: Ὑμῖν φιλανθρωπίας, ἐκείνοις δ' ὠμότητος περίεστιν. T. I. p. 450. Et conf. totam Plataicam Isocratis. Probrum ὠμότητος *truculentiam* reddas sensu eo, quo veteres Latini dixerunt. Ἀπήνειαν interpretatur Apsines p. 702., ubi huius loci sententiam profert, verbis mutatis. Nam ita solent Rhetores, idemque facit Syrianus Comment. ad Hermog. p. 28., ubi respicit Orat. nostrae p. 461. et 489. Notum est de Thebanis *Boeotorum in crasso aëre natis*, quam parum ingenii acumini et artibus tribuerint. Satis docet Nepos Alcib. c. 11. Hinc passim ἀναισθησία et ἀναλγησία eorum traducta et ferox asperumque ingenium. Adiectum crimen πονηρίας debebatur illis propter mala, quae a Persico inde *) bello Atheniensibus et reliquae Graeciae intulerant. Res sunt notissimae. FR. A. WOLF.

P. 490. v. 7. μήτ' οὖν ἐκεῖνοί ποτε κ. τ. λ.] Votum est δημοτικόν. Ex Euripidis Hecub. 329. expressum esse Musgravius ad hunc versum monuit. Locus is sane per est nostri similis, at sententia eiusmodi, ut cuique bono civi, reip. suae amanti, sponte in animum venire debuerit. Simplices sunt homines illorum temporum, qui id clare eloquantur, quod principes hodie in animo taciti cogitant. FR. A. WOLF.

P. 490. v. 10. ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκαν] Orchomenum Thebani everterunt in incolas crudeliter saevientes Olymp. circ. 104, 1., uti prius fecerant in Plataeenses et Thespienses. Sed illud unum facinus h. l. memoratur, cuius adhuc memoria esset recentior. Vid. Demosth. pro Megalop. p. 155. B. 158. A. [ed. Francof.] Diodor. XV, 57. et 79. et ibi Wesseling. Obscurius est, quid illud sibi velit συγγενεῖς. Alias συγγένεια necessitudo est inter metropolin et eius colonias. Potuit tamen eadem continere ἐπιγαμίαν, de qua supra ad p. 475, 10., aliudve simile vinculum, vel antiquissima aetate populorum ortum. Pertinet huc locus Or. de Cor. p. 504. E., ubi Thebani Atheniensibus iuncti dicuntur τῇ συγγενείᾳ καὶ τῷ ὁμοφύλῳ. FR. A. WOLF. Conf. quae ad illum locum notavi Apparat. T. II. p. 257. SCHAEFER.

P. 490. v. 10. Ὀρχομενίους] Ὀρχομενὸν Paris. quintus. REISK.

---

*) Immo *inde a Persico bello*. SCHAEFER.

Bekkerus: „ὀρχομενὸν S. Y. O.“ Ὀρχομενὸν Dindorf. Satis probabiliter. SCHAEFER.

P. 490. v. 11. ὑμεῖς] ἡμεῖς Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 490. v. 12. λόγῳ μετὰ τῶν νόμων] Verbo λόγῳ continetur *ratio* et *oratio*, quibus res et caussas nostras parium iudicio subiicimus. Opponitur *vis*, aliena a libera civitate. μετὰ τῶν νόμων, quod alibi effertur σὺν τοῖς νόμοις, *ducentibus*, *praeeuntibus legibus*. Vulgare est κατὰ τοὺς νόμους. FR. A. WOLF.

P. 490. v. 13. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 490. v. 15. νόμους] τρόπους Paris. secundus, quintus, septimus, margo Bavarici cum γρ. REISK.

P. 490. v. 16. βέλτιον ἐκείνους πράττοντας ὑμῶν] *meliore illos fortuna rerum uti*, *quam vos*. Frequentissima sunt πράττειν εὖ, καλῶς, εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως, πράττειν κακῶς, ἀθλίως, ταπεινῶς, similia. Verum aliud sonat, quod sequitur, καλῶς ποιοῦντες. Quae formula, participio ad aliquod nomen relato, orationi iniicitur, ubi nos iniicimus *dei beneficio*, significantes, nihil nos invidere, gaudere potius et congratulari. Demosth. Philipp. IV. p. 100. F. [ed. Francof.] ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Aeschin. in Ctesiph. p. 465. E. φατὲ μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὥς καὶ ἐστέ, καλῶς ποιοῦντες etc. FRID. WOLF. Notabile hanc formulam, ut h. l., etiam ibi poni, ubi significatur πάθος, non ἐνέργημα. SCHAEFER.

P. 490. v. 21. τὸν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 490. v. 21. τὸν λογισμὸν] ὁ λογισμός, *ratiocinatio*, *le raisonnement*. Contra ponitur *experientia*, *fortuna*, *qua populus adhuc bona usus sit*. FR. A. WOLF.

P. 490. v. 21. τῆς γε τύχης ἕνεκα] Sumta videtur haec ἔννοια ex Lysiae Orat. in Nicomach. p. 854, 9., ubi antiqua maiorum sacrificia ait servari oportere, εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης, *si ob nihil aliud*, saltem ob fortunam, *quae ista sacrificia est sequuta*. MARKLAND.

P. 490. v. 23. παρὰ πάντα ταῦτ'] ἢ παραλιπόντα ταῦτα πάντα, ἢ πρὸς τούτοις ἅπασι. H. WOLF. Aut potest esse *tacitis*, *praeteritis*, *omissis his omnibus*, *etiamsi illa omnia taceantur*, aut *ad haec omnia*, *in his omnibus*, ut sit sententia: *Si me oportet*, *quid his in rebus omnibus iustum et aequum esse censeam*, *proloqui*. Malim tamen παραλιπόντα ταῦτα. In quam coniecturam Wolfii me ad h. l. non contemnenda induxit annotatio. REISK. παρὰ πάντα ταῦτα. h. e. χωρὶς πάντων τούτων, *omissis his omnibus*, ut recte Wolfius interpres. In notulis vero idem adscripsit verba: ἢ παραλιπόντα — ἅπασι. Hinc facili nisu nascitur coniectura Reiskio pro παρὰ πάντα legenti παραλιπόντα. Sed conf.,

ne longius abeas, infra p. 506, 8. et Aristid. Declam. §. 62. FR. A. WOLF.

P. 490. v. 24. ἐκεῖνο ἔγωγ' ἂν] Verba sic ordinata dat August. primus: ἐκεῖνό γ' ἂν ἔγωγ'. REISK. ἐκεῖν' ἂν ἔγωγ' Bekker. SCHAEFER.

P. 490. v. 27. τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας] Deleri iubet has voces Lambinus. Nimirum vir ille doctissimus putavit, eas fuisse exegeticas τοῦ ὧν. Cui lubentissime adsentior. TAYLOR. μεγάλοι τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας bene habet, tametsi a Lambino et Tayloro improbatum. Idem est atque κατὰ τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ δεσποτείαν. Subauditur aliqua seu praepositio seu alia vox genitivum regens, e. c. ἐπὶ, *magni in principatu suo*, vel λόγῳ, vel κατὰ λόγον, *per quae magni illi sunt ratione oligarchiae* —, id est, *quas per artes illorum potentia crescit atque confirmatur.* Latini pariter *magnus dominationis.* Sententia haec est: *neque item hoc aequum censeo, ut, cum vos ex hac parte vel occidere eum nil sitis dubitaturi, si quis apud vos eorum quid paret atque moliatur, per quae illorum potentia atque imperium paucorum in multos tam attollitur atque invalescit, tum ex altera rursus parte nil recusetis aures dare vestras illis, si qui auctores vobis sint, ut ea tollatis, per quae libertas populi vestri efflorescit.* REISK. [δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσὶ.] Additur hic in omnibus editionibus, etiam postrema, τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας. Ita tempus erat optime monentibus Lambino et Tayloro morem gerere. Et pluribus quidem de caussis verba haec mihi suspecta sunt. Primum insolentior est hic usus vocis δεσποτείας de civitate, qualis erat Thebana. Tum, quod caput est, verba cum reliquis plane nulla sana structura coëunt, ut ratio loquendi emendata et Attico scriptore digna exeat. Nihili est ars, qua in illis defendendis editor postremus abutitur. Utinam nos uno aliquo loco docuisset, vocem μέγας usitate cum genitivo construi, sicut alia adiectiva passim solent. Scribit quidem, latine pariter dici *magnus dominationis.* Neque ego ignoro, a Latinis, qui graecam syntaxin imitantur, similia adiectiva, *praecipuus, egregius, praeclarus*, etiam *ingens* a Sallustio et Tacito, cum secundo casu poni. Illud tamen ignoro, et Reiskianam latinitatem puto esse, non Romanam. Adscripta h. l. verba videntur explicandi caussa ad ὧν μὲν aut ad τούτων, deinde intrusa ab eo, qui haec pronomina vaga et minus perspicua putaret. Neque pannum habuit Scholiastes in codice suo, quod facile ex eius interpretatione eruent, qui nasum habent. Ceterum periodi huius partes eleganti circuitu posita sunt, quum hic sit ordo structurae: οὐδέ, κἂν βούλεσθαι ἀποκτεῖναι τὸν παρ' ἡμῖν κατασκευάσαντα (*introducere tentantem, molientem* *)) τι τούτων, δι' ὧν

*) Immo *molitum. molientem (introducere tentantem)* est κατασκευάζοντα. SCHAEFER.

nea oratio illa XXV annis post hanc nostram habita est, et, ut hoc nihil putes, tres inscriptiones ibi leguntur, non una. Quare missis hisce nugis omnibus posui, quod ab auctore profectum arbitror, *τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπίγραμμα, aliquam talem inscriptionem ex hermis.* Huiusmodi mendis nihil in libris facilius. Et forsan satius fuisset reponere *τοιοῦθ' ὑμῖν*, quod propius sonaret vulgatae, *τοῦθ' ὑμῖν*. FR. A. WOLF. Multum erravit vulgatam, quae est longe sanissima, infelici coniectura corrumpens. Vere Reiskius ait Aeschinis illum locum huius nostri velut interpretem esse. Quod dum Wolfius facete scilicet deridet, vereor ne procacioribus se ipsum praebeat deridendum. Scilicet mentio Atheniensium, qui maiorum aetate de republica egregie meriti epigrammatis Hermarum honorem tulissent, tam definita erat, nullus auditorum ut ambigere posset, quodnam Leptines epigramma ad recitationem esset electurus. At, inquit, tres inscriptiones in Aeschinis oratione leguntur, non una. Hoc pernegabit quicunque Aeschinea legerit Wolfio curiosius. Omnes enim versus *) illic citati unius fuerunt inscriptionis ita tripartitae, ut trium singuli Hermarum suam sibi partem epigrammatis insculptam haberent. SCHAEFER.

P. 491. v. 7. *ἀσύμφορον*] Vulg. *ἀσύμφερον*. *ἀσύμφορον* August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. index Lamb. Et sic correxi. REISK.

P. 491. v. 7. *λέγεσθαι*] *γενέσθαι* Paris. septimus. REISK.

P. 491. v. 8. *οὐ*] Recte *οὐδὲ* Dindorf. e libris Bekker. SCHAEFER.

P. 491. v. 8. *κἀκείνους*] Scilicet *τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων*, illos fortes viros, qui maiorum memoria bene de rep. meriti sunt. REISK. Intelligendi *οἱ ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς τυχόντες* SCHAEFER.

P. 491. v. 10. *εἰ μήτε — τῶν ὕστερον*] Neque hoc videtur esse Demosthenis, sed scriptum fuisse in margine ad ista: *τίς ἄξιος, εἰπάτω*] *εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον.* inde in contextum admissum. MARKLAND. *μηδεὶς*, scilic. *ἄξιός ἐστι*. Demonstrare vult, mentiri Leptinem eos affirmantem nullo dignos honore a rep. habitos esse. Concludit sic. Aut digni honore fuerunt illi veteres viri fortes, aut indigni. Si indigni, nemo unquam penes nos fuit honore dignus. Negas enim tu diserte, illos quidem honore fuisse dignos, qui nuper essent honorati. Sed infelix et misera est resp., quae caret viris honore dignis. Nostra autem resp. est, ipso te teste, beata. Necesse igitur est, ut ea viris honore dignis haud caruerit. Sed negas, honorem, qui meritis eorum deberetur, a rep. habitum esse. Fuit ergo

*) Aeschini *ποιήματα* dicti. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 30. et 257. Add. Polyb. IV. 31. 5. SCHAEFER.

resp. immemor et ingrata. Sed nefas est tanta contumelia remp. adspergere. Fuit ergo memor et grata et gratiam retulit bene de se meritis, parem quidem illam ad mores illorum temporum, tametsi mediocrem ad nostros. REISK. Nusquam decessor meus longior est, quam ad h. l. Quod ipsum facit, ut et nobis explicate dicendum sit, quamvis nihil aliud quam capitalem sententiam Marklandi sequamur. Locus igitur, qualem vulgo editores exhibent, primum, quid offensionis habeat, ipse latine versus ostendat: *Si quis etiam illos*, h. e. qui maiorum nostrorum memoria bene de republ. meruerunt, *indignos honore fuisse putabit*, *dicat nobis*, *quisnam dignus sit:* [*si neque quisquam eorum, qui priore tempore vixerunt, nec qui posteriore:*] *si vero neminem putabit, reipublicae nostrae vicem doleam*, *quod nemo per tot saecula in ea honore ac praemiis dignus exstiterit.* Iam in istis verbis uncinatis experiatur, quisquis volet, fortunam suam; trahet ea retrahatque ad utramcunque partem periodi velit: si quid inde sani coloris extuderit, eum Fortunae filium unicum perhibebo. Mihi quidem, quo saepius ad ea verba redii, propensius ad veritatem visum est, irrepsisse post illud, *τίς ἄξιος εἰπάτω*, notam marginis, *εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδείς, μήτε τῶν ὕστερον.* Quod iudicium Marklandi est, et tale, quod viro veniam aliorum, quae passim ab eo festinatius scripta notavi, impetrare possit: adeo illud rectum, acutum, verum est. Sed eorum caussa, qui tardiore harum rerum sensu utuntur, age, ad eundem modulum, quem haec periodus habet, novam fingamus et membratim fere parem, si forte ita illi facilius verum assequi possint. Fingamus, esse quendam adeo superbi iudicii, ut in historia scribenda nec veteres neque recentiores satis probet, neutrosque dignos censeat, quos imitetur ipse historiam scripturus, eumque hominem ab aliquo culpatum his verbis: *Si tu etiam illos*, h. e. Graecos et Latinos, *reiicies nec satis dignos imitatione esse censebis, dicas velim nobis, quis tandem dignus sit:* *s i n e c a n t i q u o r u m q u i s q u a m n e q u e r e c e n t i o r u m :* *si vero neminem dices, fastidium tuum mirer, cui nemo inter tot praestantissimos in hoc genere auctores vel laude tua vel imitatione dignus videatur.* Vix quisquam erit in arte scribendi adeo rudis, quin colo illo, diductis literis a nobis expresso, omnem sanitatem structurae disperdi primo statim adspectu intelligat et emblema tam inconcinne illatum furca expellendum iudicet. FR. A. WOLF. Itaque colon *εἰ μήτε—τῶν ὕστερον* uncis inclusit: non facturus, opinor, si legisset versum *nemone nec priorum nec posteriorum.* Marklandum errasse notulas raptim scribentem non miror: miror Wolfium, qui saepius ad haec verba rediisse ipse fateatur. — *οἱ πρότερον* sunt, qui ante *ἐκείνους*, *οἱ ὕστερον*, qui post vixerunt. SCHAEFER.

P. 491. v. 10. *πρότερον*] *προτέρων* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 491. v. 11. ὕστερον] ὑστέρων Paris. primus et septimus, August. primus. REISK.

P. 491. v. 11. συναχθεσθείην] συναχθοίμην, margo Lutet. cum γρ. συναχθείην Ald. Sed corrector Weimaranus vulgatam reposuit. REISK.

P. 491. v. 13. καὶ μὴν εἴ γε ὁμολογῶν κ. τ. λ.] Dilemmate adversarius ab utraque parte sic constringitur, ut effugium vix pateat. Aut nullos unquam cives praemiis dignos vixisse dicendum erit, aut rempubl. erga suos ingratam esse. FR. A. WOLF.

P. 491. v. 14. δείξει] δείξῃ August. primus. REISK.

P. 491. v. 14. δείξει] Non *monstrabit*, (neque enim hoc monstrare potuit Leptines, ut mox dicitur,) sed *monstrare volet* aut *conabitur.* Nisi ita sumatur, legendum erit λέξει, *dicet*, ut φήσει paullo ante. MARKLAND. δείξει nunc poni de solo conatu apertum est. FR. A. WOLF. Nec de conatu intelligendum nec mutandum in λέξει. Quippe ipsum δεικνύναι passim idem valet quod λέγειν. V. Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 540. SCHAEFER.

P. 491. v. 14. μηδενὸς] Scilicet ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ τιμὴν προσήκουσαν ἐπιφέροντος. REISK.

P. 491. v. 14. δήπου] δήπου, arctius iungendum illud cum ἀχαρίστου, ironiae cuidam inservit: *civitatis ingratae, si diis placet.* FR. A. WOLF. Confudit δήπου cum ironico δή s. δῆθεν. Verte: *nempe civitatem ut ingratam accusat.* Nihil h. l. ironici; omnia graviter serioque dicta sunt. SCHAEFER.

P. 491. v. 15. δεῖν] [δεῖ.] Legitur δεῖν in Ben., unde id transiit in Reiskianam. Minus recte, in hac quidem locutione. Conf. notata ad p. 463, 7. ac Ruhnken. et Toup. ad Longin. c. 33., quanquam hi non satis inter se consentiunt. FR. A. WOLF. Mihi quoque δεῖ, quod Wolfii dederunt, unice probatur. οὐδ' ὀλίγου δεῖ i. q. πολλοῦ δεῖ. SCHAEFER.

P. 491. v. 15. ἐπειδάν τις — ἀνάγκη φαίνεσθαι] si quis literas suas, subtilitatem suam dicendi facultatemque ad flagitia fraudesque conferat, necesse est ut conclusiunculae eius abnormes sint, a quibus auresque et mentes refugiant. REISK. *si quis, insidiosis argumentis usus, ad res non consentaneas,* aut *quae male inter se congruunt, orationem subdole traducit, necesse est eam subabsurdam fieri,* h. e. *ita disputando conclusiunculas ineptas et absonas exire.* Subiicit hoc auctor irretitum satis dilemmate suo Leptinem tenens. FR. A. WOLF. ἐπὶ μὴ προσήκοντα πράγματα verte *ad res alienas*, i. e. ad res cum oratione non coniunctas, ad quas οὐ μετοιστέον τὸν λόγον. Magis etiam Reiskius a vero sensu aberravit. SCHAEFER.

P. 491. v. 16. κακουργῶν] Lege cum marg. Morel. πανουργῶν: atque etiam infra p. 494, 26. πανουργότατον pro κακουργότατον ex eadem auctoritate. TAYLOR. κακουργῶν, oratione ne-

quam, captiosa et insidiosa utens. REISK. Verbum κακουργεῖν, ut et κακούργως cum aliis huius familiae, solenne puto de disputatore captiosis rationibus agente aut verum malitiose occultante. Plato Gorg. p. 483. A. et 489. B. κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις. De Rep. I. p. 341. B. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει. Et paullo superius ibidem: Οἴει μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντά σε ἐρέσθαι, ὡς ἠρόμην; Hinc Aristides Declam. Leptin. §. 17. iungit κακουργίαν et συκοφαντίαν. Frustra ergo Taylorus laudat lectiones marg. Ben. πανουργῶν et p. 494, 26. πανουργότατον. FR. A. WOLF. V. Reiskius ad p. 494, 26. et conf. Pollux IV. 48. 49. SCHAEFER.

P. 491. v. 17. δυσχερεῖς] Λόγοι δυσχερεῖς tales sunt, in quos incurrere solet disputator res dissimiles fallendi gratia componens, *repugnantia inter se et absurda.* Passim eo sensu in Metaphysicis Aristotelis legimus τὰ δυσχερῆ, αἱ δυσχέρειαι, ut XI. 8. p. 962. Duvall. FR. A. WOLF. Malim componere, quod legimus v. 7., λόγον ἀσύμφορον τῇ πόλει λέγεσθαι κ. τ. λ. Mox post φαίνεσθαι praestat, ut vulgo, etiam in Reiskiana, plene interpungi. SCHAEFER.

P. 491. v. 18. τ'] Abest a Bavarico. REISK.

P. 491. v. 20. πρότερον] προτέρων Paris. primus et quintus. REISK.

P. 491. v. 21. ἡμῶν] Vulg. ὑμῶν. ἡμῶν Paris. primus et quintus, August. primus, P. Manut. REISK.

P. 491. v. 21. τἄλλα πάντα] Non male τἆθλα πάντα. *honores et praemia omnia.* ut p. 489, 21. τῆς ἀρετῆς ἆθλον. Scholiastes tamen agnoscit τἄλλα et explicat per πράγματα. MARKLAND. Scilicet πράγματα, ut bene Schol. Nam auctori suo relinquimus coniecturam τἆθλα πάντα. Nihil huc facit comparatum τῆς ἀρετῆς ἆθλον p. 489, 21. FR. A. WOLF. Aliud quod Marklandi coniecturae ita obstat, ut ne Graeca quidem dici possit, v. in Porsoni nota ad Eurip. Phoeniss. 1277. SCHAEFER.

P. 491. v. 22. ἦν ἐπὶ τοῖς — ἔθεσι] *pendebant e moribus.* SCHAEFER.

P. 491. v. 25. ὅτου] ὅπου. REISK. Est, opinor, vitium aut Ald. aut P. Manut. SCHAEFER.

P. 491. v. 25. ἠβουλήθησαν] Vulg. ἐβουλήθησαν. ἠβουλήθησαν Paris. septimus, August. primus. REISK. ἠβουλήθησαν scripsit Reiskius ex Par. 7. et Aug. 1., tacitus, ut solet in talibus. Ac poterat non male reiici vulgatum ἐβουλήθησαν, quum plurimis in locis Demosthenis id verbum iam dudum omnes cum augmento Attico ediderint. Quanquam codices in ea re paene solos sequendos putem; quod ipsum statuo de simili varietate, quae est p. 492, 3. ηὐπόρει. Certe hoc alterum non constanti usu dixerunt Attici. Conf. inter se Etymol. M. p. 400. l. 28. et Eustath. ad Il. α. p. 135. Rom. FR. A. WOLF.

P. 491. v. 26. *Λυσιμάχῳ*] Harpocratio: *Λυσίμαχος. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. ἦν δὲ Ἀριστείδου υἱὸς τοῦ Δικαίου ἐπικληθέντος.* Vide quae habet Valesius. Haec adduxi, ut cognoscat lector, quis fuerit hic Lysimachus. Plura fortasse alibi de dono, quod a populo consecutus est. TAYLOR. Est hic Lysimachus filius magni Aristidis, in summa paupertate defuncti, ipse quidem, quod Ulpiano facile credamus, nulla admodum re de civibus suis meritus; ut id praemii non sua, sed patris caussa ipsi datum videatur. Nec fortasse verba, *ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων*, aliter olim acceperunt, quam pro perfunctoria laude. *) Coniicio hoc ex iis, quae de neglecta educatione et moribus hominis apud veteres legimus, velut Plat. Menon. p. 94. A. Lach. p. 179. C. et Aeschin. Dial. I. §. 6. De donatione eadem fere nostro narrat Plutarchus in Aristid. p. 335. C. *Λυσιμάχῳ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπέταξεν, Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος.* Aliter multo Suidas v. *πλέθρον*, quem locum Valesius comparavit ad Harpocrat. p. 50. Sed de quatuor drachmis diurnis Wolfius quaerit, utrum *διὰ βίου*, an *μέχρι του*? Prius quin verum sit, nullus dubito, praesertim quum rem ex ratione temporum videam Lysimacho obtigisse aetate provectiori; qua ipsa re magnitudo doni aliquanto minuitur. Nempe non potuit Alcibiadis psephisma fieri ante Olymp. 87., neque etiam post 92. Paruit Euboea Atheniensium ditioni ab Olymp. 68, 2. ad 92, 1. Vid. Herodot. V. 77. Thucydid. VIII. 95. seqq. et Dukeri ad hunc not. p. 73. Ante Olymp. 87. autem Alcibiades vix potuit forum attingere, natus, mea quidem sententia, Olymp. 82., non, ut vulgo putatur, 84. Isto vero tempore quomodo insulae illius bonis resp. sit usa, bene hic locus monstrat. Quocum confer Isocrat. Paneg. c. 31. Denique *γῆ πεφυτευμένη* est *terra arboribus consita*, opposita *τῇ ψιλῇ* h. *ἀδένδρῳ, ἀροσίμῳ*. Homerus Iliad. ι, 576. *τέμενος, τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο.* FR. A. WOLF. V. Photius c. 174. SCHAEFER.

P. 491. v. 27. *γῆς πεφυτευμένης*] ubi inter segetes etiam arbores fructiferae et vitiferae sunt. Huic opponitur, ut opinor, *ἡ ψιλή*, ager frumentarius. Nannius: *centum iugera agri consiti, centum item sationalis contributa fuisse.* H. WOLF.

P. 491. v. 28. *ἔδοσαν*] *ἔδωσαν* Ald. REISK.

P. 491. v. 28. *ἀργυρίου*] *ἀργειρίου* P. Manut. REISK.

P. 492. v. 1. *τῆς ἡμέρας*] *καθ' ἑκάστην ἡμέραν.* Utrum vero *διὰ βίου*, an *μέχρι του*? H. WOLF. Plutarchus l. c. *εἰς ἡμέραν ἑκάστην*. V. not. ad p. 491, 26. SCHAEFER.

---

*) Vix putem. Infra p. 492, 11. *τοὺς χρηστοὺς* dixit eundem Lysimachum cogitans. Conf. not. ad p. 459, 5. SCHAEFER.

P. 492. v. 1. τούτων] Forte περὶ τούτων. H. WOLF. Probo Wolfii coniecturam περὶ τούτων, tametsi in vulgata libri mei omnes consentiant. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 492. v. 3. εὐπορήσει] εὐπορεῖ Cant. TAYLOR. Est παρὰ προσδοκίαν. Exspectabant enim auditores et dixisse debuit ἀπορεῖ, *indiget*, ut bene notat Ulpianus: sed verbo male ominato abstinuit et pro eo precatione utebatur, ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. Unde scribendum videtur νῦν δὲ εὐπορῆσαι, in optativo. MARKLAND. Exspectatur post priora simplex et praefractum ἀπορεῖ. At euphemismus praetulit εὐπορήσει, h. e. *speramus tempus omnibus rebus abundans aliquando esse rediturum.* Sic acceptum futurum, si rem cogites, ad votum redit, ut hactenus Scholiastes scribere potuerit ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. Ex his verbis tamen Marklandus coniicit legendum νῦν δὲ εὐπορῆσαι, modo optativo. FR. A. WOLF.

P. 492. v. 6. ταῦτ'] Abest ab August. primo. REISK.

P. 492. v. 7. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 492. v. 7. λέγε] Abest ab August. primo. REISK.

P. 492. v. 12. οἷσπερ] ὥσπερ index P. Manut. REISK. Bekkerus: „ὥσπερ Υ. Ο.“ V. not. ad p. 93, 15. SCHAEFER.

P. 492. v. 12. ἡμεῖς] Sic etiam Bavaricus, sed cum ὑ super prima litera. REISK.

P. 492. v. 12. ἕτερόν τι τοῦτ' ἂν εἴη] *id nihil huc pertinet, nihil valet ad propositum nostrum.* Alias hoc ita effertur, ἄλλος ἂν εἴη λόγος, aut, λόγος ἕτερος οὗτος. FR. A. WOLF.

P. 492. v. 15. ἡμῶν] Ex Wolfianis Taylorus traxit ὑμῶν, ortum fortasse ex eo, quod praecedit, καὶ τοῖς προγόνοις ὑμῶν. Attendi autem nunc debebat primae personae verbum, συγχωρήσαιμεν. FR. A. WOLF.

P. 492. v. 16. ἀφαιρεθεῖεν] Augerium, qui mallet ἀφαιρεθείημεν, *auferremus*, fefellit constructionis ratio, quae est talis: τί; μᾶλλον δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν (i. e. ἀφαιρεθείησαν) διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς; *quid? num minus esset iniustum eos, quibus hoc tempore aliquid dedimus, spoliare?* Scribendum autem τί cum signo interrogandi. FR. A. WOLF. In ipso textu hoc signum omisit: recte. Continuanda enim sunt τί μᾶλλον. SCHAEFER.

P. 492. v. 16. οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες κ. τ. λ.] Fortasse: ἀλλ' οἱ δόντες μὲν πάλαι, ὕστερον δὲ etc. Quanquam receptam lectionem non improbem: οἱ δόντες μὲν, πάλιν δ' ὕστερον — ἀφαιρούμενοι. Sed quid hoc: οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες — δεινόν εἰσιν οὐδὲν εἰργασμένοι? Quare οὐδὲν, cum loci sententia sit, ut Interpretes recte expresserunt? Wolfius: *Nec enim, qui non dederunt,* sunt accusandi. Nannius: *Non enim, qui nihil dant,* — gravia faciunt. Delebis profecto istud οὐδὲν, quod fortasse olim notavit

varietatem lectionis, cum, quod scribitur *οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες*, in aliquibus Codd. exarari potuit: *οὐδὲ γὰρ οἱ μὴ δόντες* etc. TAYLOR. *οὐδὲν* adsit, absit, nil refert. Sententia, utrumvis optabis, manet eadem. Si servatur, redundabit attice post negationem et reddendum erit per *τι*. *Nil enim quicquam peccant, qui negant ea, quae danda haud putant.* REISK. Miris intemperiis agitatus in hoc loco Taylorus laborat, ut sanum vitiet. Nihil dicam de altera eius coniectura, quam ipse non nimiopere probat. Altera vero, quod post *εἰσὶν* sedulo iubet expungi *οὐδέν*, quod sententiae repugnare ait, haec ergo coniectura non tantum omnium librorum fidei, sed, quod caput est, omni rationi sermonis adversatur. Dicit Demosthenes: *Neque enim, qui non dederunt, quae omnino non placuit dare, quidquam mali fecerunt; at faciunt ii, qui, quod antea dederunt, postea rursus adimunt, idque nulla de caussa.* Satis constat, post voces negativas pro *τὶ* poni *οὐδὲν* et *μηδέν*, et a Latinis *quidquam*, etsi hodie ibi plures, et tales quoque, quos saepe summos viros salutant, pessime scribunt *aliquid*. In Graecis quot locos Taylorus ita debuerat nobis corrumpere! Quoties etiam falce critica duo simul verba recidere! Ut in illo Euripid. Cycl. 120. *Ἀκούει οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός* etc. etc. FR. A. WOLF.

P. 492. v. 18. *δόντες*] *διδόντες* Paris. septimus. REISK.

P. 492. v. 18. *δ'*] Abest ab edit. P. Manut. REISK.

P. 492. v. 19. *κἀκείνους — ἀφῃρημένους*] *κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῳ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους*. Id est *ἀφῃρῆσθαί τι τοῦτο ἐκείνων, ἃ ἔδοσάν τινι*. FR. A. WOLF. *quarum rerum alicui dederant aliquam, hanc eripuisse.* Idem recurrit p. 493, 20. Vexavit locus Seagerum, cuius hanc legas notam Diar. Classic. LVI. p. 258.: „*ἀφῃρημένους τοῦτο, ὧν ἔδοσάν τῳ τι!* Heu miserum Priscianum! Vae capiti eius! Restituendum puto vel *δεῖξαι κἀκείνους, ΩΣ ἔδοσάν τῳ τι, τοῦτ' ἀφῃρημένους*, vel *ὧν ἔδοσάν τῳ, ΤΟΥΤΩΝ τι ἀφῃρημένους*." Delenda autem hypostigme post *δεῖξαι* posita, qua caret Reiskiana. SCHAEFER.

P. 492. v. 20. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 492. v. 21. *καίτοι τό γ' αἰσχρὸν ὁμοίως*] Forte *καίτοι τοῦτό γε αἰσχρὸν ὁμοίως*, aut *τό γε αἰσχρὸν ὁμοίως ὑπάρχει*. H. WOLF. *τό γε αἰσχρὸν*, id est, *ἡ αἰσχύνη καὶ τὸ ὄνειδος*, subaudi *ἀμφοτέροις πάρεστιν*. *tametsi turpitudo utique exemplo adhaerescit tam vestro quam maiorum, quod imitaremini.* Tametsi haud infitier, orationem paulo fore luculentiorem, si vocabulum *αἰσχρὸν* iteretur ad hunc modum: *τό γε αἰσχρὸν αἰσχρὸν ὁμοίως*. *quod natura sua turpe est, id ubique locorum pariter turpe est.* REISK. Ad *ὁμοίως* suppl. *ὑπάρχει* vel *μένει*, *turpitudo par est et eadem*, seu res fiat exemplo, sive nullo fiat. *ὁμοίως* idem valet, quod in hoc genere alias *οὐχ ἧττον τούτου ἕνεκα*. Wolfius cur

malit καίτοι τοῦτό γε αἰσχρὸν ὁμοίως, aut τό γε αἰσχρὸν ὁμοίως ὑπάρχει, equidem non video. Neque magis illud, cur Reiskius luculentiorem putet orationem fore sic mutatam, τό γε αἰσχρὸν αἰσχρὸν ὁμοίως. *quod natura sua turpe est, id ubique locorum pariter turpe est.* Luculentum sane hoc, sed maius quiddam est, quam auctor voluit. FR. A. WOLF. Scilicet foret locus communis, hîc quidem satis inepte positus. SCHAEFER.

P. 492. v. 21. μηδεὶς] μηδ' ἂν εἷς August. primus. REISK. Recepit hoc Bekker. simulque ἔχοι v. 22. Placet. Subaudi εἰ καὶ βούλοιτο. SCHAEFER.

P. 492. v. 22. ἔχει] ἔχοι Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 492. v. 22. τίνος — ἔργον;] *cur nostra demum aetate talis rei exemplum edatur?* FR. A. WOLF.

P. 492. v. 22. εἵνεκ'] Iam aliquoties nobis obvium εἵνεκα ne quis ab Attico scriptore alienum credat, haec forma in libris et Platonis et Demosthenis tam crebro occurrit, vix ut scribis imputari possit. Tuetur etiam Thomas: Καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων, Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι· Θουκυδίδης δὲ ἀεὶ ἕνεκα. Et ita semper poetae quoque Atticorum ἕνεκα eademque vi οὕνεκα habent, nusquam tamen εἵνεκα. Vid. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 74. et alibi. FR. A. WOLF. ἕνεκα Dindorf., hîc quidem libris tacentibus. SCHAEFER.

P. 492. v. 22. ἡμῶν πρώτων] [ἡμῶν πρῶτον.] Melius cum Augustano: ὑμῶν πρώτων. TAYLOR. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 492. v. 22. ἡμῶν] ὑμῶν P. Manut. Vindob. In August. primo non hoc est, quod ait Taylorus, sed illud vulgatum. REISK.

P. 492. v. 22. πρώτων] Vulg. πρῶτον. πρώτων August. primus. Et sic correxi. REISK. Recte habet πρῶτον, nec opus scriptura Aug. 1. nuper inducta, πρώτων. Non cogitavit vir doctus, qui id fecit, latinam consuetudinem Graecis obtrudendam non esse, peccans in eadem re in Dionys. Halic. V. 17. VII. 21. aliisque locis. Supra tamen p. 478, 11. nihil mutavit in verbis ὑφ' ὑμῶν μόνων, licet ibi fuisset excusatius. Confer quae de simili genere contra Ernestium scripsit I. F. Heusinger. ad Ciceron. Offic. I. 7. 5. FR. A. WOLF. πρῶτον revocavit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 492. v. 22. καταδειχθείη] καταδειχθῇ Bekker. e libris notae melioris. Sic autem etiam sine libris scribendum erat: nam vulgata soloecismo laborat. Quippe vis sententiae indicantis, quid opus sit facto, solum admittit coniunctivum, optativum aversatur. Erravit novissimus editor Lycurgi p. 264. SCHAEFER.

P. 492. v. 25. ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν — κρινεῖν] Verba οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων — — τῷ νόμῳ legi postu-

lant sic, ut audiatur, duobus primariis membris ea interiecta esse; infinita autem δικάσειν et κρινεῖν pendere a participio ὀμωμοκότες. Sic caussa in promtu est, cur editores mutarint olim male scriptum κρίνειν. Non minus vero cavendum erat alterum vitium, quo indivise scribunt κρίνειν καλῶς. Orationi interpositum hoc καλῶς, approbationis vox. Conf. p. 496, 2. et p. 506, 8. Ceterum ad οὓς ἀφαιρεῖται e verbo ἔλαβον sumendum est ἐκεῖνοι, ne quis tentet τὰς ἀτελείας, ἃς ἀφαιρεῖται *). Rem ipsam quod attinet, iudicum Atheniensium iusiurandum iisdem paene verbis refert Pollux VIII. 10. 122. Ὁ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μὴ εἰσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, i. e. *ex aequo et bono, nulloque cuiusquam amore aut odio.* Reliquos locos, ubi hoc occurrit, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν, v. apud P. Fabrum de Magg. Rom. in Thes. Sallengr. T. III. p. 1163. Non id tamen inest in Heliastarum iureiurando, cuius formulam legimus in Demosth. adv. Timocrat. p. 796. [ed. Francof.]. Nostri iurisiurandi adactionem Athenis singula iudicia praecessisse credibile est, ut et apud Romanos, quorum eadem fuit consuetudo. Vid. Iustinian. L. XIV. C. de Iudic. FR. A. WOLF.

P. 492. v. 25. κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν] Pollux VIII. 10. hoc iusiurandum iudicum Atheniensium memoriae prodidit: ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μὴ εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. Hunc vero ritum seu solennitatem non satis expressit Wolfius in sua interpretatione. Alii melius. Nannius: *Illud quoque in animo et oculis esse debet, quod huc venistis eo iuramento* [iureiurando] *adstricti: primum* ut secundum leges iudicaretis, *non Lacedaemoniorum aut Thebanorum aut priscorum nostrorum progenitorum, sed secundum nostri temporis iura, ex quorum edictis hae immunitates datae, quas iste sua rogatione tollit: deinde ut, ubi leges nihil exprimunt, ibi iudicaretis ex sincera aequitate animi, quae singulis quibusque legibus a vobis adhibenda est.* Italus: *Dovete ancor questo, Atheniesi, considerare et havere dinanzi agli occhi, che hora sete quà venuti havendo giurato* di giudicare secondo le leggi, *non de' Lacedemoni* etc. TAYLOR.

P. 492. v. 26. τοὺς] τοὺς secundum abest a Paris. primo, August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 492. v. 28. ἔλαβον τὰς ἀτελείας] Subaudi οὗτοι vel ἐκεῖνοι. REISK.

P. 492. v. 28. τῷ νόμῳ] Subaudi τῷ ἑαυτοῦ. REISK.

P. 493. v. 1. καὶ] Subaudi repetitum a communi e v. 25.

---

*) Quomodo interpretatus est Nannius. V. not. sequ. SCHAEFER.

ὁμωμοκότες. *et vos huc convenisse iuratos in hanc formulam: Περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν. Vos oportet meminisse, religione iurisiurandi vosmet vos obligasse in hanc formulam, vos mente aequi studiosissima rem esse iudicaturos, ubi leges taceant.* Erat enim haec iusiurandi formula, qua adstringebantur iudices, antequam ad iudicandum admitterentur. REISK.

P. 493. v. 1. νόμοι] οἱ νόμοι Paris. primus. REISK.

P. 493. v. 1. κρινεῖν] [κρίνειν] Cum Bodl. et Ital. κρινεῖν in futuro, ut δικάσειν ἥκετε supra p. 492, 26., a quibus hoc etiam pendet. Ita sensit Wolfius. TAYLOR. Vulg. κρίνειν. Praetuli κρινεῖν ob praemissum δικάσειν. Sed post hunc infinitivum sive praesentis sive futuri temporis punctum erat ponendum, quod feci *) ad exemplum editionis P. Manutii. Est enim haec oratoris ἐπίκρισις. *Recte quidem id a vobis factum. Recte enimvero vos in hanc formulam iurastis.* V. p. 496. et 506. REISK. Post κρινεῖν etiam in Bekkeriana plene interpunctum est. SCHAEFER.

P. 493. v. 2. τὸ τοίνυν τῆς γνώμης — ἵν' εὐορκῆτε] Memoriter citat Tiberius p. 36. SCHAEFER.

P. 493. v. 2. τὸ τοίνυν — τὸν νόμον] τὸ τῆς γνώμης, id est, ταύτην τὴν γνώμην. *Hanc sententiam tanquam regulam transferte, admovete ad universam legem Leptinis.* FR. A. WOLF. τὸ τῆς γνώμης vereor ut recte interpretatus sit. Intelligam *quod attinet ad* τὴν γνώμην, h. e. quod iusiurandum vos iubet κρίνειν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. SCHAEFER.

P. 493. v. 3. οὖν] οὐ August. primus, Bavaricus. Non male, non sic tamen, ut ideo vulgatam mutari necesse sit. Sententia erit illa lectione admissa: *Negatisne vos aequum esse, ut benefactores nostros honoremus? Nos vero aequum et iustum aimus esse.* Miror tamen, cur non idem codex ante δίκαιον ἔχειν ἐὰν v. 4. hanc infitiandi particulam pariter iterarit; quod utique consentaneum erat fieri. Sed vulgata bene habet. REISK. Vulgatam ecquis non praeferat? SCHAEFER.

P. 493. v. 4. δαί] δ' August. primus. δὲ Bavaricus. REISK. δ' Dindorf. — Post particulam Reiskiana et Bekkeriana habent hypostigmen: quomodo etiam Dindorfius distinxit. Scribam: τί δέ; ὅσ' ἂν δῷ τις ἅπαξ δίκαιον ἔχειν ἐᾶν; SCHAEFER.

P. 493. v. 4. ἂν] ἐὰν Paris. primus. REISK.

P. 493. v. 5. αὐτοί] Delirat Ulpianus. Luce clarius est αὐτοὶ opponi τοῖς προγόνοις. FR. A. WOLF. Ulpianus: αὐτοὶ δὲ ἢ πρὸς διαστολὴν τοῦ Λεπτίνου, ἢ ὅτι πλέον ἐχέτωσαν τῶν ἄλλων φρονήσεως οἱ Ἀθηναῖοι. SCHAEFER.

---

*) Non fecit typotheta. SCHAEFER.

P. 493. v. 7. παραδείγματα] Scilicet τοῦ διδάσκειν vel tale quid. *exempla, argumenta, unde constet.* REISK.

P. 493. v. 7. μεγάλα εὖ παθόντες] V. not. ad p. 471, 12. SCHAEFER.

P. 493. v. 8. ἀπαιδεύτους — ἀμαθεῖς] *inurbanos* Wolfius. *inscitos* Nannius. *ignoranti* Italus. TAYLOR. ἀμαθεῖς nihil aliud est, quam ἀπαίδευτοι, h. *illiberales, elegantiae morum expertes.* Quippe ἀμαθίαν Attici dicunt leniter suo more pro ἀγροικίᾳ. FR. A. WOLF. Conf. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. p. 382. IDEM *in Ind.* Italum sequi malim. Statim enim legimus διότι ἐκεῖνο ἀγνοοῦσιν. SCHAEFER.

P. 493. v. 10. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. primus. REISK.

P. 493. v. 11. ἐκεῖνο] ἐκεῖνοι Paris. sextus. REISK.

P. 493. v. 13. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι Paris. primus, August. primus. REISK. οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 493. v. 17. ἐξέσται] ἔσται Bekker. SCHAEFER.

P. 493. v. 17. καὶ] καὶ primum abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 493. v. 17. χαλκοῦς ἱστάναι — πλὴν τούτου] Est apud nostrum saepe χαλκοῦν τινὰ ἱστάναι, *aeneam statuam alicui ponere.* Conf. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 165. πλὴν τούτου, *excepta immunitate*, ad verbum *excepto eo, de quo nobis agitur.* Sic locum adde iis, quae explicui ad p. 471, 12. De infinito τὸ τιμᾶν itidem egi superius ad p. 457, 17. FR. A. WOLF.

P. 493. v. 18. βούλησθε] βούλησθαι P. Manut. REISK.

P. 493. v. 18. πλὴν τούτου] Scilicet τοῦ διδόναι τὴν ἀτέλειαν. REISK.

P. 493. v. 18. μὲν] Abest ab August. primo. REISK. Male abest. Refertur enim ad ἀλλὰ μὴν p. 494, 8. SCHAEFER.

P. 493. v. 20. καταλιπεῖν] καταλείπειν Paris. primus, August. primus. REISK. καταλείπειν Bekker. Utrum praestet, docet quod legitur p. 494, 11. SCHAEFER.

P. 493. v. 20. φήσει] Malim φησί, et ὅτι, ἂν ὧν ἐδώκατε. [Vid. Var. Lect.] WOLF. φησὶ August. primus. REISK. Aug. 1. et hic et p. 494, 9. exhibet φησί, quod et Wolfius coniecit. Frustra. Tempus futurum spectat ad orationem, qua Leptines respondere debuit. Ac sic fere iudicari potest varietas haec, quam multi habent alii loci Oratorum. Conf. quae scripsi ad p. 488, 27. FR. A. WOLF.

P. 493. v. 20. τοσοῦτον] τοσοῦτο August. primus. REISK. τοσοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 493. v. 20. ὅτι] Bekkerus: „ὅτ' S. Y. O. k. r. s.“ V. not. sequ. Vix igitur repugnem, si legas: τοσοῦτο λέγω· ὅταν, ὧν —. Conf. not. ad p. 496, 8. SCHAEFER.

P. 493. v. 20. ἂν, ὧν] ὧν, quod abest ab Aldina, adscripsit corrector Weimaranus ad hunc modum: γρ. ὅτ' ἂν ὧν ἐδώκατε. Sed postmodum alia manus post ἂν addidit ὅ. Etiam Lessingianus ὧν addidit. Non culpabo vulgatam: hoc tantum monebo, ὧν si omittatur, necesse fore, ut post τι v. 21. addatur εἰ vel εἶτα. REISK. Ex Ald. et Herv. excidit ὧν, culpa typothetae haud dubie. Nullo pacto id pronomen abesse potest aut mutari. Sic in marg. Vin. pro eo adscriptum ὅ ex ignorantia fluxit verae structurae. At eandem habuimus antea p. 492, 19. FR. A. WOLF. Vulgata non modo non culpanda, sed unice tenenda: nec vidit Reiskius, ὧν si omittatur, additamento illo suo pessumdari constructionem. SCHAEFER.

P. 493. v. 21. ἀφέλησθε] Vulg. ἀφελῆσθε. ἀφέλησθε Paris. septimus, August. primus, P. Manut. Et sic correxi. Vulgata est ex Aldina traducta. REISK.

P. 493. v. 23. τῆς σιτήσεως] Vulg. τὸ τῆς σιτήσεως. τὸ abest ab August. primo. Tota dictio ἢ τὸ τῆς σιτήσεως abest ab editione P. Manutii. ἢ bis iteratum non idem videtur significare, sed primo quidem loco *aut*, altero vero *quam*. Propterea etiam illud τὸ auctore codice Augustano delevi, tametsi ipsemet ultro suspicatus ante essem delendum. Statuae honos aut, si mavultis, ille, qui ius epulandi in prytaneo impertit, videturne is vobis certior atque stabilior, quam honos immunitatis? Existimatisne vos illi magis quam huic posse confidere? si (nam pro ἢν legi malim ἢν, id est ἐὰν) si itaque constiterit, vos immunitatem, quam antea dedissetis, deinde rursus eripuisse? Post δόντες subaudiendum erit αὐτὴν, si scilicet ἢν pro ἢν admittatur. REISK. Reiskius ad normam Aug. 1. delet articulum ante τῆς σιτήσεως, et idem deinde prodit se malle ἢν πρότερον, *si antea*, simul posterius ἢ non *aut*, sed *quam* reddendum docet, ita vertens locum: *Statuae honos —— rursus eripuisse?* In his ut non dicam, ἢν pro ἐὰν cum indicativo soloece iungi, ipsa versio ostendit errorem viri docti in particula ἤ. Nam cur primarium illud τί neglexit, quod ad tria, quae sequuntur, simul pertinet? Sensus hic est: *Quid horum, dico statuae honorem, vel ius epulandi, vel immunitatem, quid horum certius et stabilius manebit, si unum ex iis, immunitatem, adimere placuerit?* Hanc autem ademtionem tanquam certam rem fortius exprimens relativum ἢν ponit pro εἰ ταύτην. Sic et Graeci solent et Latini. FR. A. WOLF. Articulum ante τῆς σιτήσεως cum Wolfio Bekkerus revocavit. Ego cum Reiskio sic facio, ut Oratorem dedisse suspicer: τί γὰρ ἔσται πιστότερον τὸ τῆς εἰκόνος καὶ τῆς σιτήσεως ἢ τὸ τῆς ἀτελείας. Sensus: Nihilo certior erit honor statuae iusque epulandi quam immunitas. V. v. 15. et 17. et conf. not. sequ. SCHAEFER.

P. 493. v. 24. εἰ μηδὲν — δυσχερὲς] Forte εἰ μηδὲν ἔμελλε τοιοῦτ' ἔσεσθαι δυσχερὲς, *si nullum tale incommodum futurum*

esset. Nisi scribendum: εἰ μηδ' ἔμελλε τοῦτ' etc. MARKLAND. *etiamsi hoc, quod modo dixi, nullo pacto incommodum futurum esset,* seu, *etiamsi haec difficultas non esset futura.* δυσχερὲς eodem fere sensu, quo antea p. 491, 17., et μηδὲν est μηδαμῶς, *nullo modo*, uti saepe οὐδὲν et μηδὲν in Atticis. Haec tantilla res fortasse vexavit Intpp., ut coniicerent aut εἰ μηδὲν ἔμελλε τοιοῦτ' ἔσεσθαι, aut εἰ μηδ' ἔμελλε τοῦτ' ἔσεσθαι, aut εἰ μηδὲν ἔμελλεν ἐκ (vel ἀπὸ) τούτων ἔσεσθαι δυσχερές, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό γε καλῶς —. Crebro id evenit, ut, quum ad locum medicina undique afferatur, nulla opus sit. FR. A. WOLF. οὐδὲν et μηδὲν sic usurpata non Atticorum propria sunt, sed communia omnium Graecorum. Similiter intelligendum τί v. 22., si mea me non fallit suspicio. SCHAEFER.

P. 493. v. 25. ἐκεῖνο] Post ἐκεῖνο addi velim γε. Vel potius totum locum ita malim conceptum: εἰ μηδὲν ἔμελλεν ἐκ [vel ἀπὸ] τούτων ἔσεσθαι δυσχερὲς, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό γε καλῶς —. REISK.

P. 493. v. 26. ἢ] Restitui ἢ ante ἅπαντας ex editione Parisiensi 1570. TAYLOR. Abest ab August. primo, Bavarico, Ald. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 493. v. 26. ἅπαντας — εὐεργετοῦσιν] *omnes (etiam minus insignibus in remp. meritis conspicuos) prorsus iisdem praemiis dignabitur, quibus eos, quorum merita sunt maxima et amplissima.* Casum tertium cum verbis τῶν αὐτῶν constructum nemo ignorat vel ex usu latinae linguae. FR. A. WOLF.

P. 493. v. 26. τῶν αὐτῶν] Intellige honorem statuae iusque epulandi. SCHAEFER.

P. 493. v. 27. τοῦτο] τοιοῦτο Paris. septimus. REISK.

P. 493. v. 28. μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν κ. τ. λ.] Videlicet magna beneficia civium non possunt *) esse nisi in magnis casibus reipubl. Contrarium est ἐν πολιτείᾳ, *salvis rebus, republ. bene constituta.* Supra p. 463, 21. ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ. FR. A. WOLF. ἐν εἰρήνῃ καὶ πολιτείᾳ, *pacis tempore inque administratione reipublicae.* SCHAEFER.

P. 493. v. 28. ἡμῖν] ὑμῖν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 494. v. 1. ῥᾴδιον αἰτίῳ γενέσθαι] Id est, ῥᾴδιόν τινι γενέσθαι αἰτίῳ, *neque forte cuilibet homini facile est magna beneficia conferre reipublicae.* Notet hanc ellipsin vocis τις Demosthenis studiosus, ut intelligat istud p. 485, 12. ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίους, quod plenum ita foret: ἔπειτα ὁ Σόλων κελεύει τινὰ, λύοντα τοὺς ἐναντίους νόμους, τιθέναι νόμους. Sic et

---

*) Immo *solent.* SCHAEFER.

p. 489, 20. ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι etc. subintellige τινὶ post ἆθλον, ut scias, quare dicatur κυρίῳ. Passim in hac Oratione invenies. MARKLAND. αἰτίῳ τινὶ Cod. Ven. TAYLOR. Ad αἰτίῳ addit etiam Lessing. τινὶ, quod necesse esse negat Marklandus. Malim ῥᾴδιον οὐδενὶ πολλάκις αἰτίῳ. *neque facile cuiquam est saepe magnis meritis remp. promereri.* Non tamen ideo vulgatam culpabo, in qua τινὶ debet tacite addi et πολλάκις e superioribus repeti. REISK. Ad dativum αἰτίῳ supple τινί, aut οὐδενί ἐστιν, quod genus saepe antea explicui. Coniectura Reiskii vana est, οὔτ' ἴσως ῥᾴδιον οὐδενὶ πολλάκις αἰτίῳ γενέσθαι. Vix opus nunc apud animum repeti πολλάκις, nedum ut adscribi debeat. Eadem temeritate idem ante ἐν εἰρήνῃ recepit ex Aug. 1. ἄν, et ante τιμὰς adiectivum aliquod coniecit deesse, καθηκούσας aut simile. Ceterum, ne vulgata versio te fallat, hunc tene ordinem verborum: μετρίων δὲ καὶ — συμφέρειν καιρὸν γενέσθαι ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ χρῆναι διδόναι τὰς τιμάς. FR. A. WOLF. De ellipsi pronominis indefiniti v. not. ad p. 489, 21. coll. not. ad p. 457, 10. Reiskio πολλάκις iteranti cave adsentiaris. Quippe Orator negat rem illam omnino facilem factu esse. SCHAEFER.

P. 494. v. 2. ὧν ἂν] Vulg. ὧν. Addit August. primus ἄν. Addidi. REISK. Cum Halensi editore delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 494. v. 5. τὰς τιμάς] Post τὰς videtur deesse καθηκούσας vel tale quid. REISK.

P. 494. v. 6. καὶ] Etiam honores et praemia dividi et alia aliis dari pro magnitudine meritorum debent, prout merita alia aliis pariter maiora et minora sunt. REISK. Bene Reiskius caussam additae particulae καὶ notans: *Etiam — debent*, h. e. *prout merita cuiusque maiora aut minora sunt.* FR. A. WOLF.

P. 494. v. 6. τὰ τῶν δωρεῶν] *quae ad dona spectant, quae pro donis dantur.* SCHAEFER.

P. 494. v. 7. λαμβάνῃ] λαμβάνει August. primus. REISK.

P. 494. v. 8. ὑπὲρ ὧν γε κ. τ. λ.] Id est, εἰ χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτου, ὅταν φήσει —. *quod ad illum locum attinet, eique si occurrendum est, cum dicet —.* REISK. H. e. ὑπὲρ ἐκείνων γε, ἃ φήσει Λεπτίνης καταλιπεῖν τὰς τιμὰς τοῖς εὑρημένοις. *Quantum vero ad id, quod Leptines dicet* etc. Est haec posterior pars responsionis. In priore a verbis ἐγὼ δ' ὑπὲρ ὧν μὲν τῇ πόλει confutavit *respectu reipublicae* id, quod Leptines obvertere poterat, non omnino praemia tolli sublata immunitate: nunc ipsos respicit *hoc praemio ornatos.* FR. A. WOLF. Verte: *De iis autem, quae se relinquere dicet adeptis honores.* SCHAEFER.

P. 494. v. 8. καταλιπεῖν] καταλείπειν P[illegible]s. primus, August. primus. REISK. καταλείπειν Bekker. V. not. ad p. 493, 20. SCHAEFER.

P. 494. v. 9. φήσει] φησὶν August. primus. REISK. V. not. ad p. 493, 20. SCHAEFER.

P. 494. v. 9. οἱ μὲν — οἱ δὲ] οἱ μὲν sunt ii, qui *pluribus donis impertiti* videbantur suo iure postulare posse, ut maneret sibi totum nec ulla parte imminutum, quod olim accepissent *propter beneficia in remp. a se profecta*, ἕνεκα τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῶν. In his postremis ne iunctim accipe τῶν αὐτῶν, *eorundem*, neu Reiskii argutiis crede. Verissime iam Wolf. Et similis ambiguitas est in Hom. Il. β. 685. 713. 718. et alibi. Deinde οἱ δὲ sunt *una tantum immunitate donati*. Quippe tales queri poterant, se ludos fieri (φενακίζεσθαι) ab eo, qui diceret, non omnia praemia hac nova lege aboleri. Aboleri enim id ipsum, quod unum sibi obtigerat, satis erat miseris. Atque ad hos eosdem pertinet, quod sequitur, ὁ ἄξια τῆς ἀτελείας εὖ πεποιηκέναι δόξας, id est, auctore ipso statim interprete, *talis qui propter merita sua uno immunitatis dono dignus est habitus*. δοκεῖν sollenne de populo, quatenus decernit et scita facit *). De structura autem εὖ πεποιηκέναι ἄξια τῆς ἀτελείας vid. notata ad p. 471, 12. Ceterum paullo ante legitur ἁπλᾶ καὶ δίκαια. Id alibi effertur adverbiis δικαίως καὶ ἁπλῶς, ut de Cor. p. 482. B. [ed. Francof.]. Opponitur, quod quis profert τοῦ παρακρούσασθαι ἕνεκα. Conf. ad p. 483, 27. FR. A. WOLF.

P. 494. v. 10. ὅσα — εὐεργεσιῶν] ὅσα ἔδοτε αὐτοῖς ἕνεκα τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῶν, τουτέστιν, ὧν ὑπῆρξαν αὐτοὶ εἰς ὑμᾶς. Hoc noto, ne quis τῶν αὐτῶν *eorundem beneficiorum causa* interpretetur. Mox, scil. v. 11., τὸν ὡς καταλείπεταί τι λέγοντα. et p. 495, 4. τοῦτο δίκαιον ἡγοῦμαι. et ibid. ὃ δὲ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν, ἐὰν ἄρα ταῦτα. H. WOLF. Sententia est: Fac aliquem magno quodam beneficio patriam ornasse praemiumque illius triplex abstulisse, tametsi unum modo et simplex esset beneficium. Ille iam negabit aequum esse partem aliquam detrahi illi triplici praemio, quod velut aequale et par simplici beneficio redhostimentum a rep. abstulisset, minuique praemium, beneficio nil minuto, sed eodem manente. REISK. Iure haec Reiskii argutias dixit Halensis editor ad v. 9. SCHAEFER.

P. 494. v. 11. τὸν] αὐτὸν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 494. v. 11. καταλείπεται] καταλείπεσθαί Bavaric. Ald., ubi Weimar. ad modum vulgatae correxit. Notavit eundem errorem Wolfius quoque [ad v. 10.]. REISK.

P. 494. v. 11. τι] Post λέγοντα transposuit Bekker. Quod

*) Verum hoc. Sed de illa vi verbi δοκεῖν h. l. non cogitandum. SCHAEFER.

utrocunque loco ponas, ordo verborum hoc in colo advertendus est. SCHAEFER.

P. 494. v. 12. ἄξια—δόξας] Notabilis ea locutio. δόξας εὖ πεποιηκέναι, et eousque εὖ, ut τὰ εὖ πεποιημένα ἄξια sint ἀτελείας. Id quod eo libentius commemoro, quoniam ea, quae occurrit p. 471, 12., sit huic plane germana ideoque minus sollicitanda, ἄξια τούτων ἐνόμιζόν εὖ πάσχειν. ubi dicitur εὖ πάσχειν ἄξια ἀτελείας, ut hic πεποιηκέναι. Locum omnino vide. TAYLOR.

P. 494. v. 15. ἔχει] ἔχοι Paris. primus. REISK.

P. 494. v. 16. μὴ τοίνυν — τοῦτ' ἀφέλῃ.] Pronomen οἵδε refer ad eos, qui unum praemium impetrarant, immunitatem; ἐκεῖνοι ad eos, qui tum hoc, tum aliis donis pluribus fruebantur. Horum priores, utpote qui minora beneficia in remp. contulissent, facilius tanquam indigni traduci poterant, ὡς φαῦλοι. Mox ad ἀφαιροῦ e nostri sermonis indole τι aut μηδὲν adiici debuisset *). Sententiam pressius ita verte: *Noli igitur hoc praetextu, quod hos ut malos accusas, illos spoliare; aut rursus propterea, quod illis aliquid a te relictum dicis, his, quod unum habent, eripere.* Totius loci ratio subtilior est illa quidem, sed apta ad persuadendum. FR. A. WOLF. τῶνδε, qui immunitate indigni esse praedicabantur. — ἐκείνους, qui non immunitatem tantum, sed et σίτησιν et statuas habebant. — τούσδε, qui immunitatem solum habebant. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 258.

P. 494. v. 16. τῶνδε] τούτων Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 494. v. 17. ἀφαιροῦ—ἀφέλῃ] Dicta nullo significationis discrimine, quod a temporum diversitate pendeat. Conf. not. ad p. 483, 17. σκέψασθε—καὶ λογίσασθε p. 538, 6. ubi libri non contemnendae notae habent σκέψασθε — καὶ λογίζεσθε: quod et ipsum ferri possit. SCHAEFER.

P. 494. v. 17. καταλιπεῖν] καταλείπειν Paris. primus, August. primus. REISK. καταλείπειν Bekker. V. not. ad p. 493, 20. SCHAEFER.

P. 494. v. 20. εἰ τῶν πάντων — ἢ ἐλάττονα] Recte Wolfius: *si aliquem sive parva sive magna iniuria afficiemus.* Structura nota est, ἀδικεῖν τινὰ μεγάλα, μικρά etc, FR. A. WOLF.

P. 494. v. 20. ἢ] ἢ prius abest a Bavarico. REISK. Delevit Bekker. Revocavit Dindorf. Iure, ut opinor. Conf. mea in H. Stephani Thes. c. 6000. B. 6005. C., quibus accedat Herodoteum V. 106. ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀνασχήσειν. SCHAEFER.

---

*) Caute scripsit: neque enim vera pronominis ellipsis est. SCHAEFER.

P. 494. v. 21. ἂν ἀντευποιήσωμέν] [ἂν ἀντευποιήσομέν.] Rarius ponitur ἂν cum futuro. Si tamen consentiant codices, nihil mutarem. Sed probabilius videtur ἀντευποιήσωμέν. Et ita disertim iam invenio in editione Parisiensi Benenati, longe optima, quod ad contextum adtinet. MARKLAND. Ita legitur quoque in editionibus antiquis et MSS. TAYLOR. Vulgata scriptura habet ἀντευποιήσομέν, futurum infectum indicativi cum ἂν coniunctum. Neque omnino haec constructio abhorret ab usu, quamvis soloeca visa et aliis, et vero etiam Dawesio Miscell. crit. p. 104., quem locum acrius excutere debebat Burghess. Non enim Homeri exemplis hac in re multum conficitur, quippe qui poeta ex ratione antiqui sermonis brevibus vocalibus pro longis uti soleat, qua observatione utemur aliquando etiam in aliis rebus. Sed sunt in Atticis quoque exempla particulae ἂν cum futuro illo iunctae, atque erunt plura, quo correctius id genus scriptorum editum erit. Docte igitur Brunckius fecit in Aristophan. Nubb. 465. et 1157. *) Nec iuncturae huic ratio grammatica obstat, quum omnino magna illius futuri et modi subiunctivi sit cognatio. Conf. Theod. Gazam IV. p. 128. et 175. Basil. edit. At talia optarem ut faverent iis, quae l. c. adscripsit Dawesius de *perfecto voculam ἂν non raro adsciscente.* Nam hoc quidem plane novum est et non solum ab optimorum auctorum usu abhorrens, sed diserte quoque damnatum a summis Grammaticis, Apollonio Dysc. III. p. 205. et Gaza l. c. Quid? quod illud dubitationem habet, an recte fiat, quod a duobus praeclaris viris ἂν cum praesenti indicativi nuper sociari coepit, atque adeo de mera coniectura. Vid. Toup. Emendd. in Suidam p. 306. et Brunck. ad Aristophan. Plut. 885. et alibi. Sed amplioris hoc est indaginis. Illuc nunc revertor, ubi dedi ἀντευποιήσωμέν. Id feci, partim quia praeteritum sententia flagitat, partim ex meliorum librorum auctoritate. FR. A. WOLF. Bekkerus: „ἂν om. F. k. — ἀντευποιήσομεν F. k. s." Scilicet, particulâ per sequentes litteras elisâ, fuerunt qui coniunctivum corrumperent in indicativum. De Wolfio Kiddius l. c.: „Haec regula [Dawesii] Wolfio ad Demosthenis Leptin. p. 343, 4. minime placet; sed aliud est dicere, aliud refellere." Sane insunt in viri egregii ad h. l. annotatione quae, si adhuc viveret, ipse, opinor, erat retractaturus. SCHAEFER.

P. 494. v. 21. ἀντευποιήσωμέν] Conf. not. ad p. 476, 21. SCHAEFER.

P. 494. v. 23. μὴ] Bekkerus: „μὴ om. S. Y. O." Delevit Dindorf. Neque ego requiram. SCHAEFER.

---

*) Assentior Kiddio ad Dawes. Miscell. crit. p. 166. b. probanti optativum ἐργάσαισθ'. Post ἔτι autem ponenda subdistinctio. V. L. Bos. Ellips. p. 253. SCHAEFER.

P. 494. v. 25. πάνϑ' — ἔσται] Verba sic ordinata dat August. primus: πάντ' ἄπιστα ὅσα ὁ δῆμος δίδωσιν ἔσται. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 494. v. 26. κακουργότατον] κακουργηκότατον Paris. septimus. Videtur in illo codice fuisse aut κακουργητικώτατον aut κακουργητότατον (a positivo κακούργητος). γρ. πανουργότατον margo Lutet., quae videtur Lambini coniectura esse, quam ubique locorum pene inculcat. REISK. V. not. ad p. 491, 16. SCHAEFER.

P. 494. v. 27. πρὸς τὸ — πεῖσαι] Verba sic iunge: πρὸς τὸ πεῖσαι ὑμᾶς ἀφελέσθαι τὰς ἀτελείας. SCHAEFER.

P. 494. v. 28. γὰρ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 495. v. 1. τὰ ἀναλώματα] τἀναλώματα Bekker. Sic p. 464, 18. SCHAEFER.

P. 495. v. 1. αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι] Immunes qui essent, triplici illi onere erant relevati, conferendarum scilicet pecuniarum ad choros publicos, tum ad gymnasia, denique ad epulas solennes. Videtur itaque post voc. γυμνασιαρχίαι deesse αἱ ἑστιατορίαι vel tale quid. Duo tantum genera contributionum non videntur satis implere amplitudinem vocabuli ἅπαντα ταῦτα. Quare tertium adhuc accedat velim. REISK. αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι. Nemini ante Reiskium hic locus scrupulum iniecit. Ille primus bene suspicatur, post vocem γυμνασιαρχίαι deesse καὶ αἱ ἑστιατορίαι aut quidpiam simile. Bene, inquam: modo aliquid simile reperiatur. Nam ipsum hoc, ἑστιατορία, nondum credo aut Demosthenis fuisse, aut alius Attici cuiusquam. Sed sane tale quid h. l. exspectatur. Nam quum duo genera munerum posita sint, qui tandem tertium genus, nec illud minus solenne, praetermitti potuit, praesertim post vocem ἅπαντα? At mihi non de vitio istiusmodi, sed plane de glossa suspectus locus est. Omittam nominativum horum verborum, αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι, quo ipso casu mihi quodammodo fraudis vestigium proditur. Omnia haec Grammatico quidem ad perspicuitatem necessaria videri poterant; auctori eiusve auditori quamlibet rudi vix poterant. Clara sunt per se ταῦτα ἅπαντα τὰ ἀναλώματα, eaque etiam supra suffecerunt in loco huius simillimo p. 464, 18. Ita hic iam quartus pannus est, quem Oratori male sedulae manus assuerunt. Ac tales pannos quam plurimos adhuc in Oratoribus graecis patienter ferimus, quin dudum detectos retinemus, scilicet ne minus integras editiones vendere videamur. Sic in Lycurg. adv. Leocr. p. 136. absona ista, μὴ παρέχοντας συγγνώμην, puerilem glossam vocis ἀπαραιτήτους, stomachus Hauptmanni pertulit, nec minus aliam similem laciniam p. 141., etsi in utroque loco optima monuerat Taylorus. Sed in hac Lycurgi Oratione etiam plura huius generis restant detegenda. Ita illud quoque l. c., μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημά-

των, quod Reiskius corrigit, ego non aliter quam una litura corrigendum duco. FR. A. WOLF. Igitur quinque haec verba uncis inclusit. Mihi quoque videntur e margine illata. SCHAEFER.

P. 495. v. 4. *τούτων*] [*τοῦτο*.] Recte Wolfius [ad p. 494, 10.]. *ἀτελεῖς εἶναι τούτων* edit. Paris. *τοῦτον* caeterae. TAYLOR. *τοῦτον* Ald., quod corrector libri Weimar., item Wolfius in Annotatt. reformant in *τοῦτο*, quod est in edit. P. Manut. ad hunc modum: *ἀτελεῖς εἶναι, τοῦτο δίκαιον ἡγοῦμαι*. Malim *καὶ τούτων*, *etiam horum*, sacrorum puta. REISK. Ald. et Herv. *τοῦτον*, nullo sensu. Igitur Felic. Man. Wolf. et Tayl. dederunt *τοῦτο*, ut esset, *ἀτελεῖς εἶναι, τοῦτο δίκαιον ἡγοῦμαι*. Et hoc si novos patronos inveniat, non mirer. Praetuli tamen Ben. scripturam, *τούτων*, quam tum in primarum editt. mendo latere, tum Scholiastae unam prae oculis fuisse arbitror. Persuadent id Scholii verba: *εἰ καὶ ἱερῶν ὁ δῆμος ἀτέλειαν ἐθέλει διδόναι, οὐ χρὴ ἀντιλέγειν· ἐγγὺς θεῶν αὐτὸν ποιῶν*. Quae quamvis sint insulsa nimium et putida moribusque Atheniensium repugnantia, quum totius loci tenor doceat, nunquam in illo populo cuiquam datam *ἀτέλειαν ἱερῶν*, quod etiam nefandum fuisset; verum tamen ut explicatio pessima sit, lectione nititur bona et sincera. Ne multa; *τούτων* ad nihil aliud trahendum erat, quam ad nomen praecedentis periodi primarium, *τῶν ἀναλωμάτων*. Quae una res non animadversa locum tam diu obscuravit. Obscuritatis remedium speciosum est, non verum, in Felic. scriptura, *τοῦτο*. Progressio enim sententiae hoc videtur postulare, ut *τοῦτο* non prius quam in ultimo membro positum clausulam distinguat. Omnis vis sententiae est in his duobus, *δίκαιον* et *δεινόν*. FR. A. WOLF. Verissime Wolfius, mireque erravit Reiskius, cum et *καὶ* vellet additum et *τούτων* de sacris intelligeret. SCHAEFER.

P. 495. v. 4. *ὃ δὲ νῦν — ἄρα ταῦτα*] Wolfius in annot. [ad p. 494, 10.] admonet ita legendum esse, ut est in Paris. h. l., ad quam e reliquis libris editis nihil habeo discrepantis lectionis annotatum. Quidnam igitur ille suis in libris reperit? REISK.

P. 495. v. 6. *ἐπὶ τῷ τῶν θεῶν ὀνόματι ποιεῖν*] Id est, *facere obtentu nominis deorum, quasi fieri oporteat deorum et religionis gratia*. Eodem pertinet *ἐπιφημίζειν τοὺς θεούς*, *deos afferre caussam, ut culpam suam hac specie praetexant*. In proximis ne inepto Scholio fidem habeas, aut iis, qui vertunt *ut nec ab homine facta improbarentur*, aut Augerio corrigenti *ὑπ' ἀνθρώπου πραχθέντα*. Verba *ἐπ' ἀνθρώπου* sic accipies: *humana auctoritate*, Conf. ad p. 473, 8. Sententia ipsa quam est vera, quam generosa, quam Christiano homine digna! Quanto minus malorum vidisset orbis, si semper homines ab ista calumnia religionis abstinuissent! Nimirum id praeceptum nusquam legitur in libris sacris, nisi violenter huc trahere velis locum II. Timoth. III. 5. FR. A. WOLF.

P. 495. v. 7. ποιεῖν] H. e. δεῖξαι δίκαιον ὑμᾶς ἀφελέσθαι. SCHAEFER.

P. 495. v. 7. οὐκ ἀσεβέστατον] Ita recte Vindob. et editiones omnes superiores, pro quo Francofurtenses nulla, quod sciam, aut necessitate aut auctoritate adducti reposuerunt οὐ κἀσεβέστατον. TAYLOR.

P. 495. v. 8. πράξουσι] πράξουσιν Dindorf. SCHAEFER.

P. 495. v. 8. ὡς γοῦν ἔμοιγε] Vulg. ὡς ἔμοιγε. Post ὡς addunt γοῦν Paris. primus, quintus, septimus, August. primus, P. Manutius. Et pro ἔμοιγε dant ἐμοὶ iidem codices. Correxi ὡς γοῦν ἔμοιγε. REISK. Reiskius scripsit ὡς γοῦν ἔμοιγε δοκεῖ. Scilicet γοῦν addunt Par. 1. 5. 7. Aug. 1. Sed eosdem libros dare ἐμοὶ, non ἔμοιγε, fortasse non attendit vir aliud agens. FR. A. WOLF. Revocavit igitur vulgatam ante Reiskium scripturam. Sed Bekkerus dedit ὡς γοῦν ἐμοί. Hoc est *sallem ut mihi videtur:* illud *ut mihi quidem videtur.* SCHAEFER.

P. 495. v. 10. πάνθ'] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 495. v. 10. τοὺς θεοὺς ἐπιφημίζων] *praetexens honestum et speciosum deorum nomen* Reiskius Ind. Graecit. p. 245. V. Interprett. ad Luciani Prometh. in. T. I. p. 203. s. ed. Bipont. et not. ad v. 6. SCHAEFER.

P. 495. v. 11. ἐπ' ἀνθρώπου] V. not. ad v. 6. SCHAEFER.

P. 495. v. 12. ταὐτὸν] Vulg. ταὐτό. ταὐτὸν August. primus. REISK. Recte ταὐτὸν, ut tollatur hiatus. Infra v. 20. ταὐτὸ, sequente consonâ. SCHAEFER.

P. 495. v. 13. τὸ τῶν ἱερῶν] Videtur hic τέλος deesse. *traducunt* λειτουργιῶν *nomen ad pensiones vel contributiones, quae sacrorum causa fiunt.* V. p. 496, 5. REISK. *nomen liturgiarum captiose traducentes ad tributum, quod sacrorum caussa fit,* h. e. *nomina haec duo callide inter se permutantes.* Utrum ad ἱερῶν repetas ὄνομα, an τὸ τῶν ἱερῶν accipias τὰ ἱερά, ad sensum prope nihil interest. Itaque parum tribuo coniecturae, quam Reiskius temere ex p. 496, 5. petit. FR. A. WOLF. τὸ τῶν ἱερῶν absolute sumendum: *quidquid ad sacra spectat.* Conf. p. 493, 22. 23. SCHAEFER.

P. 495. v. 15. Λεπτίνην — μάρτυρα] Qua specie Leptines argumento suo uti potuerit, docet Oratio adversus Midiam, in qua noster ipse passim choragiam ad munera sacra trahit. Sed illum nunc praeclare ita refutat. Immunitatem posteris Harmodii et Aristogitonis olim datam, palam est fideque columnarum testatum, non sacrorum esse, quippe quorum nemini civi esse immuni licet, sed liturgiarum civilium. Iam posteros illos lege sua eximit Leptines et horum praemium disertis verbis ratum habet. Sequitur itaque, nisi forte illos novo dono augere voluit, minime

virum ignorasse, aliam esse immunitatem ἱερῶν, aliam λειτουργιῶν, quin etiam se id probe scisse, ipse testatur. FR. A. WOLF.

P. 495. v. 15. αὐτὸν ὑμῖν] ὑμῖν αὐτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 495. v. 15. παρέξομαι] παρασχήσομαι Paris. primus, quintus, septimus, August. primus, Bavaricus, P. Manut. παράσχομαι Ald. REISK. παρασχήσομαι Bekker. SCHAEFER.

P. 495. v. 16. γράφων — φησὶν] Construendo iunge verba γράφων et φησίν. FR. A. WOLF.

P. 495. v. 16. τὴν ἀρχὴν] Vulg. ἀρχὴν. Videtur articulus τὴν deesse. γράφων γὰρ τὴν ἀρχὴν τ. ν. V. v. 23. et 27. Quare ausus sum eum sponte mea addere. REISK. ἀρχὴν dictum puta absolute pro ἐν ἀρχῇ. Exempla vocis ἀρχὴν sic sine articulo positae dedit Lennepius ad Phalarid. Epp. p. 83. Alia ratio est deinde, ubi bis legitur τὴν ἀρχὴν τοῦ νόμου. Ita hoc inducere non debebat Reiskium et Augerium, ut hic quoque ponerent γράφων γὰρ τὴν ἀρχήν. FR. A. WOLF. Articulum recte omisit etiam Bekker. ἀρχὴ enim perinde ut τέλος est ex iis substantivis, quae solenniter ἄναρθρα ponuntur, nisi definitio quaedam aut relatio articulum addi poscat. SCHAEFER.

P. 495. v. 17. λειτουργῶσιν] λειτουργήσωσιν Paris. primus, August. primus. REISK. λειτουργῶσι Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 495. v. 17. ἀτελῆ μηδένα] Vulg. μηδένα ἀτελῆ. Invertit August. primus. REISK. μηδένα ἀτελῆ εἶναι. Invertit Reiskius ex Aug. 1., deliciis suis, ἀτελῆ μηδένα εἶναι. FR. A. WOLF. Reiskianum ordinem tenuit Bekker. Alterum videatur commendare iteratio eorundem verborum p. 496, 3. Sed conf. p. 465, 18. et 20. SCHAEFER.

P. 495. v. 20. τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψεν;] τί μαθών, τουτέστι, δι' ἥντινα αἰτίαν; τίνι λογισμῷ; sicut τί παθών, διὰ τί πάθος; τί ἐπῆρεν αὐτόν; H. WOLF. Cl. Marklandus παθὼν (v. ad p. 471, 12.), uti in marg. Paris. TAYLOR. γρ. παθὼν margo Lutet., sine dubio e Lambini coniectura, sed ea vana. τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψεν; pro τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψεν; *qua motus re, qua mente, quo consilio hanc adscripsit clausulam?* Vitiosa haec est traiectio. REISK. Levem traiectionem verborum τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψεν cursim tangere sufficiat. Conf. not. ad p. 482, 20. Tam paucis vero non licet nobis defungi in formula τί μαθών. Quippe hanc librorum omnium et scriptorum et impressorum lectionem sollicitat in marg. suo Lambinus, quique hunc sequitur, Marklandus, proposita coniectura, τί τοῦτο παθών. Atque hoc ipsum in Aristophane, quoties τί μαθὼν occurrit, reponi iubet Brunckius, etiam optimis codd. invitis, potius in difficiliore scriptura plane consentientibus, atque is ita ubique loquitur, ut periculum sit, ne bona locutio a tantis viris in dubium vocata ex auctoribus aliquando eiiciatur et e civitate detur-

betur. Vide viri acutissimi notas ad Aristophan. Plut. 908. Lysistr. 599. Nubb. 1507. Vesp. 251. Acharn. 826. Forsan ergo non ingrata lectoribus erunt, quae ad harum formularum vim monstrandam additurus sum, ut quam nemo alius, quod sciam, recte explicuerit.*) Nam sunt, qui utrumque, *τί παθών* et *τί μαθών*, promiscue ab Atticis dici putent pro simplici *τί*, *quare, qua de caussa?* Ut Küsterus ad locum Pluti, L. Bos Animadv. ad Scriptt. gr. p. 97. et 192. et alii. Reiskius autem, laudandus utique hoc, quod Marklando non paruit, in Appar. ad Demosth. T. III. p. 1281. [ad p. 850, 21.] alterum, *τί μαθών*, altero contendit magis esse Atticum. Propius veritatem accedit Bisetus in Schol. ad Nubb. l. c. et Wolfius ad h. l., etsi hic non satis certus sententiae est in aliis locis Oratoris. Equidem excussis sedulo et Aristophanis et aliorum exemplis plurimis, ubi constanti fide librorum scribitur *τί μαθών*, compertum habeo, utriusque formae diversam potestatem esse, sed discrimen tenue. Nempe *τί παθών* saepius locum alterius bene occupare poterit, interdum tamen sine detrimento elegantiae non poterit. Sic recte videor graece alloqui posse Lambinum: *τί παθὼν ταύτην τὴν παραδιόρθωσιν προσέγραψας;* rectius tamen multo et significantius: *τί μαθὼν — προσέγραψας;* Etenim *τί παθὼν* omnino est *quanam re affectus? quo casu? quibus intemperiis agitatus? qui fit, ut* etc.? et plane ad *πάθος* quoddam, quod aut volentes aut nolentes patimur, pertinet. Contra *τί μαθών*, ne hic quidem obliterata prima verbi potestate, forma est exprobrantis inconsiderantiam, temeritatem et pravum iudicium ac pertinet, ut Aeschyleo verbo utar, ad *μάθος* quoddam, quod in nobis desiderari patimur; vertique debet *quo argumento? quid secutus? qua ratiocinatione usus?* Quae ipsa vis plane deprehenditur in nostro loco. Ceterum numerarim hoc, *τί μαθών*, ad euphemismum Atticorum. Nam solum sensum si spectes, saepe id reddi potest *cur tam stulte, tam temere* etc. Et in Aristoph. Vesp. 251. additur etiam *ὦ ἀνόητε*. Utrumque ergo si reddes *qua de caussa*, non male quidem latine exprimas, sed pinguius nec satis presse. Conf. Demosth. Philipp. IV. p. 100. F. [ed. Francof.] in Aphob. III. p. 912. E. in Steph. I. p. 974. B. ibique Wolf. et Reisk. Dionys. Halic. de Thucyd. T. VI. p. 951. Liban. Epp. 241. p. 116. etc. FR. A. WOLF. Add. quae congessi in H. Stephani Thes. c. 5920. D. et c. 7244. B. Ceterum quod Reiskius hanc verborum traiectionem dicit vitiosam, multum fallitur. Nimirum Graeci congeneres voces perlibenter continuant. SCHAEFER.

P. 495. v. 21. *ἔστι δεδομένη*] Latina periphrasi, *ἀντὶ τοῦ δέδοται*. H. WOLF.

P. 495. v. 23. *λάβε*] *λαβὲ* Bekker. SCHAEFER.

---

*) Eodem quo tu, Wolfi, modo dudum explicuit cognominis tuus, sed, ut solebat vir eximius, parcus ille verborum, paucissimis. SCHAEFER.

P. 495. v. 25. *ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ*] *ἀντίγραφον* August. primus. REISK. Pluralem tuentur v. 23. et v. 26. V. Moeris p. 7. ibique Piersonus. SCHAEFER.

P. 495. v. 27. *πλὴν ἱερῶν;*] Haec in editt. prioribus et Reiskii habent signum interrogandi. Quod nec reprobo, neque probo plane. Conf. ad p. 485, 10. FR. A. WOLF. Hic quoque signum interrogandi mutavit puncto. Sic etiam Bekker. Mirorque Wolfium nunc addubitasse quod ante pro certo habuerat. SCHAEFER.

P. 495. v. 27. *δὴ*] Potius *δέ*. Praecessit enim *πρῶτον μέν*, cui hic adversatur *δέ*. MARKLAND. Male pro *λέγε δή*, *iam nunc lege*, Marklandus malebat *λέγε δέ*: praecessisse enim *πρῶτον μέν*. Non vidit itaque, *εἶτα* iam pertinuisse ad *πρῶτον μέν*. Sic enim *εἶτα* et *ἔπειτα* ponunt saepissime, nullo *δὲ* adiecto. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 2. *Καλῶς. κατάθες.*] Etiam hic interpellatur scriba, quum tantum e lege recitavit, quantum Oratori ad consilium suum videretur satis esse. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 2. *ὅπως ἂν — εἶναι ἀτελῆ*] Plenius haec et disertius Nannius: *Cum scripsisset, ut ditissimi liturgias subeant*, nemo immunis esto etc. TAYLOR.

P. 496. v. 5. *Ἀριστογείτονος*] [*Ἀριστογείτονος. καίτοι εἰ ἦν.*] Desunt haec tria verba [*καίτοι εἰ ἦν*] in editt. Felic. Manut. et Paris. et in MSS. quamplurimis, Aug. Ital. Vindob. Lindenbr. Obsop. etc. Recte. Supra p. 495, 16. verba legitima, quae produxit Demosthenes, simili clausula finiebantur, qua haec prae manibus. Quidni autem, cum eadem sint? Librarius itaque ad ea oculos adplicuit, verum erroris conscius pergere noluit. Verba igitur haec incongrua, quae delenda notavit, (nam delere utique calligrapho ipsi erat piaculum,) scriba proximus secure admisit. Habes mendum et mendi rationem. TAYLOR. Post *Ἀριστογείτονος* addit Ald. *καίτοι εἰ ἦν.* Taylorus: „Sed illa quatuor verba, scilic. *Ἀριστογείτονος. καίτοι εἰ ἦν*, desunt Vindob. Aug. Ital. Lindenbr. Obsop. codici, edd. Felic. Manut. Paris. Recte.“ Non omnia haec diligentissime sunt tradita. Nam *Ἀριστογείτονος* certe in Paul. et Paris. est. Ex August. nihil hic annotavi. REISK. Taylori annotatio quaeque inde excerpsit Reiskius parum inter se concordant. Uter erraverit, dicant quibus Anglica editio ad manus est. SCHAEFER.

P. 496. v. 5. *τίνος εἵνεκ'*] Scilicet *τοῦτο προσέγραψεν*. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 5. *εἵνεκ'*] *ἕνεκ'* Dindorf. SCHAEFER.

P. 496. v. 5. *εἴγε — λειτουργεῖν*] Legendum, *εἴγε τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ τὸ λειτουργεῖν*, transposito articulo *τὸ*, quemadmodum postulat argumentum et mos Graece scribendi. *τὸ λειτουργεῖν* est *ἡ λειτουργία*, et *τέλος ἐστὶ τῶν ἱερῶν*, scilicet *τελῶν*, *unum est ex sacris muneribus* vel *impensis*. MARKLAND. Post *τέλος* videtur *τελεῖν* deesse. *si pensionem sacris consecratam pendere tantundem est atque* λειτουργεῖν. *τέλος* est praestatio aeris debit-

praescripta et sancita, qua praestatione redimitur ius et fas rei alicuius aut tenendae et possidendae aut faciendae aut fruendae atque participandae. Est itaque τὸ τῶν ἱερῶν τέλος illa pensio aeris, qua acquiritur ius et potestas cum aliis consortibus sacra participandi. Sed locus hic mihi, ut verum fatear, obscurus et vexatus est. REISK. Wolfius vertit: *si quidem obire munera ad sacra pertinet.* Ea ex versione Marklando fortasse subnata est correctio, εἴγε τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ τὸ λειτουργεῖν, articulo transposito. Cui reperto colorem addunt verba, quae sequuntur, τὰς λειτουργίας ὅταν εἶναι φῇς ἱερῶν. Accessit manus lusoria Critici, quem nostis, ita corrigens: εἴγε τὸ τῶν ἱερῶν τέλος τελεῖν ἐστὶ λειτουργεῖν. Sed ne prius quidem repertum accipio; nec omnino essent, credo, hae tricae, si Wolfius ita vertisset, *si quidem tributum sacrorum ad publica munera pertinet*, verso in praedicatum eo, quod nunc subiectum est. Subiecto enim ex more Graecorum et ratione articulum addi solere verum est: occurrunt tamen exempla non raro, in quibus quum duo sint nomina, utrum eorum pro subiecto habeas, nihil refert sententiae. Talemque deputo hunc locum esse. Praeterea qui editione Demosthenis principe aut etiam Wolfii utitur, videbit ante τίνος εἵνεκα olim lectum καίτοι εἰ ἦν. Abest autem haec lacinia a MSS. plurimis et Felic. Man. Ben. Reisk. Et verba ut quisque videt hic locum non habere, ita Taylorus praeclare monstravit ea ex p. 495, 18. sq., ubi membrum eiusdem clausulae sequuntur, ab oscitante descriptore huc ablata esse. FR. A. WOLF. Si Orator scripsisset εἴγε τὰ ἱερὰ τελεῖν ταὐτόν ἐστι καὶ λειτουργεῖν, ecquis h. l. haereret? Atqui idem est sensus vulgatae. SCHAEFER.

P. 496. v. 6. αὐτὸς] αὐτὰ Paris. secundus. REISK.

P. 496. v. 7. ταῦτα] τοῦτο Paris. primus, August. primus. REISK. τοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 496. v. 8. Λεπτίνη] Solus Wolfius in quinto casu. Editiones reliquae Λεπτίνην in quarto. TAYLOR. Vulg. ἔγωγε ἐροίμην Λεπτίνην. Cum Wolfius suo iure usus vocativum hic substituisset accusativo, quod factum laudo, necesse iudicavi me ulterius procedere atque perficere, quod ille inchoatum reliquisset. Itaque dedi ἔγωγέ σ' ἐροίμην, Λεπτίνη. *Libenter equidem te, Leptine, interrogem.* REISK. ἔγωγε ἐροίμην Λεπτίνην. Sic libri omnes, scripti, editi, praeter Wolfium, qui dedit Λεπτίνη, casum vocandi. Hinc progressum se scribit Reiskius perfecisse, quod ille inchoatum reliquisset. Invexit scilicet in textum sua sponte ἔγωγέ σ' ἐροίμην, Λεπτίνη, inserto asterisco, ominosa nota. At si quid duri inest in eo, quod proxime secunda persona sequitur, ad ipsum Leptinem directa, haec conversio orationis ab optimis scriptoribus auctoritatem habet eam, quae vetet quidquam mutari. Vid. quae adscripsi Plat. Symposio p. 10. et quae de subita mutatione personarum apud Oratores infra dicam ad p. 501, 8. FR. A. WOLF. ἔγωγ' ἐροίμην Λεπτίνην Bekker. Iure duumviri egregii

scripturam quam dedit Reiskius repudiarunt. Praeterea placet quod Halensis editor post ἱερῶν v. 11. posuit signum interrogandi: recta enim haec est interrogatio, non obliqua. Post Λεπτίνην autem ponam signum coli. Conf. not. ad p. 493, 20. ὅτι. SCHAEFER.

P. 496. v. 8. καταλιπεῖν] καταλείπειν Paris. primus, August. primus. REISK. καταλείπειν Bekker. V. not. ad p. 493, 20. SCHAEFER.

P. 496. v. 11. φῇς] φῆς Paris. primus. REISK. φῄς Reisk. φῂς Fr. A. Wolf. Quod vel tacentibus libris corrigi debuit. φῇς etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 496. v. 13. γὲ] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 496. v. 13. οὐδ' ἔχουσιν] Post ἔχουσιν videtur ἀτέλειαν deesse. REISK. Subaudi τὴν ἀτέλειαν. *ne habent quidem immunitatem munerum, si modo sacra sunt.* Accuratius dicere debuerat οὐδ' εἰσίν. Nam praecedit οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς. Sed videtur hoc εἰσίν, iam bis positum, fecisse, ut orationem commutaret. Ellipsin vero in verbo ἔχουσιν *) eandem habemus p. 457, 18. 486, 23. 506, 8., quorum locorum nunc immemores fuerunt Reisk. et Auger. Ceterum in genitivo ἱερῶν relato ad λειτουργιῶν vix tiro offenderit. FR. A. WOLF. V. Marklandus ad p. 478, 17. SCHAEFER.

P. 496. v. 13. ἀλλὰ μὴν — τοῦ μετοικίου;] γέγραπται, puta ἐν τῇ στήλῃ, non in lege Leptinis. Iam ad absurda recidere videmus Leptinis cavillationem, nec tam Demosthenis arte captus, quam suis propriis laqueis irretitus laborat. τὸ μετοίκιον pendere μετοίκων fuit proprium. Drachmae fuerunt duodecim annuae. Vid. Petit. LL. AA. p. 248. et Valcken. Animadv. ad Ammon. II. 7. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 17. προσδιώρισας] προσδιορίσας Obsop. προσώρισας Reg. α. Vindob. et Aug. προειρηκας Reg. η. TAYLOR. Scribe προδιώρισας, ut passim. *ante definivisti.* MARKLAND. προώρισας August. primus. REISK. In participio **) hoc, quod membranae varie corruperunt, πρὸς notet *insuper*, ita ut auctoritas Leptinis testimonio columnae accedere dicatur. Ergo Marklando reddamus suum προδιώρισας, coniecturam inutilem. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 17. καὶ μαρτυρεῖ κ. τ. λ.] Haec cum Fr. A. Wolfio et Bekkero continuanda antecedentibus: quippe item pendent a particula ὡς. SCHAEFER.

P. 496. v. 18. τοσούτῳ τὸ πλῆθος] Haec verba analogiam habent in dictione χρόνος παμπληθής, *tempus immensum.* FR. A. WOLF.

---

*) Paulo disertius sic: *quam h. l. in verbo* ἔχουσιν. SCHAEFER.

**) L. *verbo.* SCHAEFER.

P. 496. v. 20. οὔτε φυλὴ — οὐδεὶς ἀντιδοῦναι] Sic vertes: *neque ulla unquam tribus ausa est quenquam ex illorum gente choragum nominare, neque etiam quisquam alius nominatus illos ad permutationem facultatum adigere.* ἐκείνων et statim αὐτοῖς Harmodii et Aristogitonis posteros spectat. Prius pronomen Aug. 1. mutat in ἐκείνου, et idem librarius alibi quoque in formula τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος posterius hoc nomen excludit, studio videlicet emendandi auctoris. Porro quod ex more latini sermonis verti *nominare*, graece est ἐνεγκεῖν *), alias solenniter προβάλλεσθαι, *jemanden in Vorschlag bringen*, h. l. *nomen alicuius, qui choragi muneri obeundo idoneus sit, publice edere*; id quod fuit eius, qui ipse ad hoc muneris vocatus parem se fore negaret **). Rem alibi explicavi. FR. A. WOLF. V. Ind. Graecitat. p. 523. SCHAEFER.

P. 496. v. 21. ἐκείνων] ἐκείνου August. primus, qui etiam saepe ab illa formula, τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, postremum nomen arcet: ideo fortasse, quia Aristogiton improles decessit. Ideoque ἀπ' ἐκείνου dedit, ab Harmodio puta, qui solus posteros reliquit. REISK.

P. 496. v. 21. ἐνεχθεὶς] [ἐνεχθεῖσιν.] Sententia postulare videtur ἐνεχθείς. Sic et Obsop. et Ulpian. ἐνεγκεῖν est designare vel decernere aedilem. Cum autem neget, eos unquam ab ulla tribu designatos esse, hoc dicit, neminem alium aedilem designatum eos ad permutandas facultates (id quod et in trierarchiis fieri solitum) provocare fuisse ausum. H. WOLF. [ἐνεχθείς.] Ita editio Francof. 1604., uti legit Vindob. Bodl. et Obsop. Recte. Atque ita Wolfius interpretatur. Secus versio Italica, secus ista P. Nannii, quae lectionem caeterarum omnium editionum et MSS. sequuntur, ἐνεχθεῖσιν. Wolfius feliciter valde hunc locum expedivit et vindicavit. Nihil certius eius emendatione, nihil explicatione expressius. TAYLOR. Vulg. ἐνεχθεῖσιν. ἐνεχθεὶς August. primus. Correxi ἐνεχθεὶς in nominativo singulari. REISK. Lectionem ἐνεχθεὶς debemus Wolfio, ante quem constanter ediderant ἐνεχθεῖσιν. Illud confirmant Pan. Vind. Bodl. Aug. 1. et vis sententiae. Assumsit etiam Reiskius. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 22. οἷς — λέγειν] οἷς ἂν τολμᾷ λέγειν ἐναντία, οὐκ ἀκουστέον, scilicet αὐτοῦ. H. WOLF. οἷς cohaeret cum ἐναντία, post quod vocabulum additum malim οὗτος. REISK. Quod Reiskius ante οὐκ ἀκουστέον ***) excidisse putat οὗτος, temera-

---

*) V. Prolegg. p. 87. not. 60. Melius autem scripsisset φέρειν. ἐνεγκεῖν h. l. positum est propter ἐτόλμησεν. V. not. ad p. 469, 5. SCHAEFER.

**) Hoc quidem loco dicitur esse tribus. De antidosi sermo est versu proximo: ut vir doctissimus aliud agens ad sequentia aberrasse videatur. SCHAEFER.

***) Hoc quoque aliud agenti excidit. SCHAEFER.

rium est. Hoc potius novum exemplum habemus celeris ab altera persona ad alteram transitionis. Praecessit enim προσδιώρισας, nunc infertur τολμᾷ. Hanc tertiam personam Reiskius mollire volebat. FR. A. WOLF.

P. 496. v. 23. ἐπισύροντες] Forte διασύροντες. [Ita legit Codex unus ex Regiis.] et v. 27. ἐξειλεγμένοι, ab ἐκλέγομαι. et p. 497, 13. φανείη, εἰ μὴ etc. τὸ μόνον videtur abundare. H. WOLF. διασύροντες Paris. sextus, quomodo Wolfius quoque coniecit. ἐπισύροντες bene habet. ἐπισύρειν est festinanter, temere, tumultuarie aliquid agere aut dicere, sive prae ignoratione veri, sive dissimulatione, quo auditores urgendo excludas a sedata rei consideratione. Qui sic loquitur, et ipse super re proposita non incedit, sed quasi volutatur, et coronam circumstantem insistere disputationi non patitur, sed agit ruitque, quo errorem iniiciat. REISK. Duas explicationes huius verbi habet Schol. Quarum neutra probanda. Neque etiam cum Wolfio et Augerio admittenda lectio Par. 6. διασύροντες. ἐπισύρει seu ἐπισεσυρμένως λέγει is, qui rem non subtiliter, non accurate, non veritatis caussa tractat dicendo, sed leviter, perfunctorie ac rapide summa capita perstringens, gravissimum quodque momentum occultans artificiose aut ita transmittens, ut auditor ad aliena abstractus cogitandique otio fraudatus inducatur et circumveniatur. Generalis omnino verbo notio est *supine et negligenter agendi*, sive consulto id fit, seu imprudenter. Nostrates vulgo simillime et origini vocis graecae congrue: *über etwas hinweghuschen*, *etwas hinschleudern*. De graeca voce, quae male passim explicatur, etiam a Marklando ad Lysiam p. 788., pluribus egerunt Reiskius Animadvv. ad graecos auctt. T. IV. p. 335. seqq. et Heynius ad Epicteti Enchir. c. 31. Quo in loco libelli verborum parcissimi admodum vereor ne aliena manus invexerit duo verba μηδὲ ἀμελῶς, glossam antecedentium μὴ ἐπισεσυρμένως. FR. A. WOLF. V. H. Stephani Thesaur. c. 8894. S. SCHAEFER.

P. 496. v. 23. ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοί τινες κ. τ. λ.] Locum hunc ab Intpp. strenue vexatum apud Apsinem reperimus p. 697., sed mutatum adeo, ut, qui in eo rhetor legerit, aliis divinandum lubens relinquam. Legitur ibi: ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι ἀτελεῖς τινες ἄθρόοι ἄνθρωποι δοῦλοι καὶ μαστιγίαι κ. τ. λ. Marklandus autem vulgata, quae et nos edidimus, sic distingui iubet: ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι, τινὲς εἶναι φάσκοντες (*qui se dicunt esse aliquo in numero*), ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσὶν ἄθρόοι, *)

*) Post ἄθρόοι etiam Bekkerus subdistinctionem posuit. Mihi vox, ut vulgo fit, videtur iungenda proximae παμπληθεῖς. Infra p. 557, 28. πολλοὺς ἀθρόους ὑμῶν. coll. p. 558, 8. 559, 6. s. Plato Gorg. p. 146. ed. Heind. πολλοὶ ἀθρόοι ἄνθρωποι. V. not. ad p. 186, 16.: quam notam ubi legerit Lobeckius, fortasse fatebitur hoc Demosthenicum inter genera parallelorum incautius relatum esse Parerg. ad Phrynich. p. 754. SCHAEFER.

παμπληθεῖς ἄνθρωποι. Ubi his, *qui se dicunt aliquo in numero esse*, opponit δούλους καὶ μαστιγίας etc. At talem oppositionem ego hic nullam video. Nam primum si nihil isti aliud quam *dixerunt se esse aliquo in numero*, profecto ne obolo quidem pluris habendi fuerunt, quam qui vocantur simpliciter δοῦλοι καὶ μαστιγίαι. Tum misere illa ratione discerpitur ordo verborum, ut nequaquam mirer, ante Marklandum eam nemini in mentem venisse. In promtu est videre, subiectum orationis esse τινές, et huc referri φάσκοντες εἶναι Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι, et ita periodum accipi debere: *Dicent adhuc fortasse adversarii nostri, homines quosdam reperiri, qui quamvis ne ipsi quidem dissimulent aut occultent, Megarenses et Messenios se esse,* (h. e. *non cives Atticos*) *nihilominus immunitate fruantur ad unum omnes.* ἔπειτα, ut alias εἶτα, est pro ὅμως, quod inprimis fit post sententiam concessivam, quae habet participium. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 62. et Hoogeveen. Doctr. Particc. gr. p. 384. Dein quae leguntur nomina articulo destituta, Λυκίδας καὶ Διονύσιος, optime nostra aut aliqua recentiore lingua exprimas *ein Lycidas, ein Dionysius.* Sed alterum horum prorsus ignoramus; Lycidam vero ipse Orátor docet olim Chabriae servum fuisse, mox populi Athen. proxenum. Addit Schol., hominem conducticio exercitui praefuisse. Iam extrema loci sic scripta sunt in Ald. Herv. Felic. Man., τοιούτους τινὰς ἐξηλεγμένοι, corruptius dehinc τοιούτους τινὰς ἐξειλεγμένοι in Ben. et Wolf., qui vertit: *nam eius generis homines elegerunt.* Quae versio quantum et tenori sententiae et grammaticae rationi repugnet, taedet singulatim arguere. Id quidem iam Marklandus vidit, ἐξειλεγμένοι reddi oportuisse *electi*, non *eligentes.* Verum ut hoc participium cum Reiskio activo sensu sumamus, quibus demum fidiculis illud superius ἐροῦσιν huc retorquebimus? Assentior itaque Marklando hactenus, quod emendat καὶ τοιοῦτοί τινες ἐξηλεγμένοι, seu potius ex usu Attico ἐξεληλεγμένοι, ab ἐξελέγχεσθαι, *argui, convinci.* Atque haec si vera manus Demosthenis fuerat, facile illa mutari potuit ab iis, qui quum sensum verborum assequi non possent, scribere mallent id, quod intelligerent. Sic ἐξηλεγμένοι τοιοῦτοι, scil. ὄντες, sunt *palam convicti esse tales, quales Lycidas et D.* h. e. *notae nihilo melioris, quam illi.* Ipse tamen Marklandus verba bene emendata ita distinguit: καί, τινες ἄλλοι, δοῦλοι καὶ μαστιγίαι (Λυκίδας καὶ Διονύσιος καὶ τοιοῦτοί τινες) ἐξηλεγμένοι. *et alii quidam, servi et verberones* (*v. c. Lycidas et Dionysius et tales nonnulli*) *convicti.* Nos nihil praeterea in textu mutamus, nec in hac distinctione σαφήνειαν Demosthenis agnoscimus. At melius repertum si quis habuerit, id cupide amplectemur. Reiskium audire non potuimus. FR. A. WOLF. Edidit igitur καὶ τοιοῦτοί τινες ἐξηλεγμένοι. Reiskii scripturam Bekkerus servavit. Quam unice veram Hieronymoque ceterisque omnibus, si unum excipias Marklandum, bene intellectam vide qua vir tam doctus

calumnia vexaverit. Sed satis ipse dedit poenarum. Primum enim parum vidit formam ἐξηλεγμένοι non posse ferri in scriptore Attico, ut qui non agnoscat nisi ἐξεληλεγμένοι *). Deinde, quod gravius etiam est, fugit eum ἐξελέγχεσθαι hoc sensu usurpatum iungi, non adiectivo, sed participio **): ut ὄντες non subaudiri possit, sed addi debuerit. Quod autem se videre negat, quibus fidiculis illud superius ἐροῦσιν viri egregii huc retorserint, nempe nullis opus est fidiculis ad retorquendum quod ipsum per se satis concinne aptatur. SCHAEFER

P. 496. v. 23. εἶναι φάσκοντες] Subaudi αὐτοί. *ipsi affirmantes neque infitiantes, se Megarenses et Messenios esse.* Exspectabam tamen: — Μεσσήνιοί τινες ὄντες, πολῖται ὑμέτεροι εἶναι φάσκοντες. *quidam, qui, cum sint Megarenses et Messenii, tamen se pro civibus Atheniensibus ferant.* REISK. Vanissima suspicio. SCHAEFER.

P. 496. v. 25. ἀθρόοι] ἅθροοι cum aspero August. primus. Et sic quoque p. 499, 6., et, si bene memini, sic constanter ubique. REISK. ἄθρóοι Bekker. V. not. ad p. 186, 16. SCHAEFER.

P. 496. v. 25. παμπληθεῖς] Bekkerus: „παμπλήθεις s." V. not. ad p. 347, 8. Hinc apparet, cur adverbium legatur scriptum παμπλήθως. V. H. Stephani Thesaur. c. 7702. D. SCHAEFER.

P. 496. v. 26. μαστιγίαι] μαστηγίαι August. primus. REISK.

P. 496. v. 27. τοιούτους τινὰς ἐξειλεγμένοι] Wolfius: *eius generis homines elegerunt.* Non recte: nam ἐξειλεγμένοι passivam habet significationem, *electi*, non *eligentes*. Codices ἐξηλεγμένοι, ab ἐξελέγχομαι, *convincor*. Bene. Lego et distinguo: καί τινες ἄλλοι, δοῦλοι καὶ μαστιγίαι (Λυκίδας, καὶ Διονύσιος, καὶ τοιοῦτοί τινες) ἐξηλεγμένοι, vel ἐξεληλεγμένοι, prout scribere amant Attici. *et alii quidam, servi et verberones* (*Lycidas* nempe, *et Dionysius, et tales nonnulli*) *convicti.* Versu 23. distingue: ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι, τινὲς εἶναι φάσκοντες, ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσιν ἀθρόοι, παμπληθεῖς ἄνθρωποι. et verte τινὲς εἶναί φάσκοντες *qui se dicunt esse aliquo in numero:* quibus opponuntur δοῦλοι καὶ μαστιγίαι ἐξηλεγμένοι. Sic Orat. adv. Midiam p. 582,

---

*) Legitur quidem in Platonis Charm. p. 81. ed. Heind. ἐξηλεγμένος, sed per scribarum errorem. Genuinum ἐξεληλεγμένος est in Bekkeri editione. SCHAEFER.

**) Ipse Wolfius Ind.: „Ἐξεληλεγμένος cum participiis constructum. Conf. Orat. II. in Aristog. p. 847. D. [ed. Francof.] et Dinarch. in Philocl. p. 91." Demosthenis locus legitur p. 807, 2.: de quo scripsi ad Hecubam Porsoni p. 31. ed. tert. Lips. Dinarcheo accedat alius eiusdem oratoris p. 92. Tam certum est et stabile hoc idioma hellenismi, ut scriptores orationem duorum concursu participiorum ad nostrum sensum asperare quam in soloecismum prolabi maluerint. SCHAEFER.

27. τὸ δοκεῖν τινες εἶναι προσειληφότες. Plenius Lucas Act. Apost. VIII. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. Paulus simpliciter εἶναί τι, *esse aliquid*, eodem sensu Galat. II. 6. et VI. 3. MARKLAND. ἐξηλεγμένοι Ald. Paul. Quod Lessingianus liber et Wolfius [ad v. 23.] ita corrigit, ut dat Paris. et ipsa quoque Wolfii editio. Si ἐξειλεγμένοι ab ἐκλέγω repetitur, tum necesse erit *Δυκίδας* pro accusativo plurali accipere ideoque etiam *Διονυσίους* in eodem casu legere; quo pacto erit sententia: *posteaquam assertionis suae comprobandae ergo delegerint Lycidas quosdam et Dionysios et alios eiusdem farinae.* Nam potest utique participium hoc perfecti passivi vim activi obtinere, quod frustra negatur. Quod si autem repetatur ab ἐξελέγχειν, tum erunt *Lycidas* et *Dionysius* nominativi singulares, et praeterea τοιοῦτοί τινὲς legendum hac sententia: *et alii quidam servi iique mastigiae, ut Lycidas et Dionysius et alii quidam, qui essent convicti ex eodem genere, ex eadem faece plebis esse.* ἐξεληλεγμένοι, ὅτι εἰσὶ τοιοῦτοι, δοῦλοι δηλονότι καὶ μαστιγίαι. REISK. V. not. ad v. 23. ἐξειλεγμένοι dictum significanter: quippe indicat fraudem operosam. SCHAEFER.

P. 496. v. 27. δὴ] δὲ Vindob. REISK.

P. 496. v. 27. τούτων] Sic recte editt. vetustae, non τοῦτ', ut Francofurtana. Pariter τὰ ψηφίσματα p. 497, 1. ex iisdem. Iniuria enim aberat articulus ab ea, quam sequimur. TAYLOR. Vitium illud [τοῦτ'] natum est ex eo, quod operae Wechel. non intelligerent, quid sibi vellet compendium seu sigla, qua operae Herwag. terminationem των expresserant. REISK.

P. 496. v. 28. ὅταν ταῦτα λέγωσι] Iungens haec antecedentibus sic interpungit Bekkerus: ὑπὲρ δὴ τούτων ὡδὶ ποιήσατε, ὅταν ταῦτα λέγωσι· κελεύετε —. Mihi vulgaris interpunctio magis probatur: nam ὡδὶ ποιήσατε mediae insertum enuntiationi parum placet. SCHAEFER.

P. 497. v. 1. ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσιν οὗτοι] Scilicet ἐψηφισμένοι vel γεγενημένοι vel γεγραμμένοι. Sed malim hoc additum. REISK. Id est ἐξ ὧν ψηφισμάτων ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι. Bene sic carebimus triplici coniectura viri docti, qua addi mavult ἐψηφισμένοι vel γεγενημένοι vel denique γεγραμμένοι. Conf. nos ad p. 486, 25. FR. A. WOLF. Nusquam ἐν idem valere potest quod ἐκ. Bene Reiskius: „Scilicet γεγραμμένοι." Sed cave hoc addas. *psephismata, quae horum tenent nomina ut adeptorum immunitatem.* SCHAEFER.

P. 497. v. 1. δεικνύναι] δεῖξαι Paris. quintus et septimus, August. primus. REISK. δεῖξαί Bekker. SCHAEFER.

P. 497. v. 3. πρόξενοι — παρ' ὑμῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 23. SCHAEFER.

P. 497. v. 3. πολιτευομένων] πολιτευμένων P. Manut. V. v. 15. REISK.

P. 497. v. 5. *τοιοῦτοι*] *δοῦλοι καὶ μαστιγίαι.* SCHAEFER.

P. 497. v. 6. *παραγόντων*] *πραττόντων* Cod. Reg. *β. ταραττόντων* marg. Morel. TAYLOR. *πραττόντων* Bavarici textum, sed margo dat vulgatam cum *γρ. γρ. ταραττόντων* margo Lutet., quae coniectura Lambini videtur esse. REISK. H. e. *παραγέτωσαν*, ut paullo mox *ζητούντων* pro *ζητείτωσαν*. Ipsum *παράγειν*, sicut inde ductum *παραγωγή*, locum habet in cavillatione rhetorica, qua auditor subdole a proposito abducitur; unde saepe iuncta *παράγειν* et *φενακίζειν*. Male in marg. Ben. est *ταραττόντων*, ex eoque corruptum *πραττόντων* in Par. 2. et Bav. Simile verbum ad p. 462, 7. tetigi, *ἀπάγειν*. FR. A. WOLF. *πραττόντων* non corruptum e *ταραττόντων*, sed, ut bene Reiskius, e *πραττόντων* Lambinus coniectando elicuit *ταραττόντων*. SCHAEFER.

P. 497. v. 7. *ὁ*] *ὁ* secundum abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 497. v. 8. *ἄλλος ἴσως*] *ἴσως ἄλλος* Bekker. SCHAEFER.

P. 497. v. 8. *διὰ τοὺς — πρόξενοι γεγόνασι*] [— *γράφοντας, ἑτοίμως πρόξενοι γεγόνασι.*] Muta interpunctionem: *διὰ τοὺς μίσθοῦ τὰ τοιαῦτα γράφοντας ἑτοίμως, πρόξενοι γεγόνασι. qui lucri caussa talia facile scribunt.* qui *parati* sunt talia scribere. MARKLAND. Vulg. — *γράφοντας, ἑτοίμως πρ. γ.* Distinxi aliter: comma a prima voce ablatum pone secundam posui. *propter eos, qui promte alacriterque talia decreta pro mercede scribunt.* REISK. Iunxerant ante Marklandum omnes *ἑτοίμως πρόξενοι γεγόνασι*, idque forsan aliquis ferendum putet. Sed malui cum illo, cui et Reiskius paruit, incisum ponere post *ἑτοίμως*, ut sit: *propter eos, qui eiusmodi decreta pretio atque mercede scribunt f a c i l e s e t p a r a t i.* Ceterum pravum hunc morem Athenis tum fuisse, ut quaestui haberent remp., nemo dubitet, qui ex Aeschinis Or. in Ctesiph. p. 427. meminerit fraudum in honoribus tribuendis versari solitarum. Nostrum autem illud fraudis genus eo facilius fieri potuit, quia *προξενία ornamentum* erat, non *magistratus*. Vid. hac de re Valcken. Animadv. ad Ammon. III. 10. FR. A. WOLF. *Προξενία* honor in posteros quoque cedens. Vid. Xenoph. Hellen. VI. 1. 4. IDEM *in Ind.* Subdistinctionem a Reiskio post *ἑτοίμως* positam delevi. Nec Bekkerus distinxit. *ἑτοίμως* autem iungendum esse participio *γράφοντας* ecquis dubitet? SCHAEFER.

P. 497. v. 11. *πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους*] Malim *πολλῶν ἀγαθῶν ὑμῖν αἰτίους.* REISK. Reiskius et Augerius malunt *πολλῶν ἀγαθῶν ὑμῖν αἰτίους.* Emendatio ex eo genere est, quod antea notavi ad p. 488, 18. FR. A. WOLF.

P. 497. v. 12. *ὑμῶν*] *ὑμῖν* August. primus. REISK.

P. 497. v. 12. *πῶς γὰρ — κατὰ τοῦτο*] Vulg. *πῶς γὰρ καὶ κατὰ τοῦτο οὐχί. οὐχὶ* ponit August. primus post *πῶς γάρ*, item Lessing. Bavar. Venet. Vindob. Bodl. Ital., quod Taylorus ele-

gantius habet. Correxi sic verbis transpositis: πῶς γὰρ οὐχὶ καὶ κατὰ τοῦτο. REISK. Taylorus: „Plerique Codd., Ven. puta, Vindob. Aug. Bodl. Ital., elegantius paulo: πῶς γὰρ οὐχὶ καὶ κατὰ τοῦτο. *Percioche come ancora in questo non ricevera gravissima ingiuria Cabria?* Vid. ad p. 482. pen." Ut Anglus elegantiam in particula καὶ quaesivisse videatur. SCHAEFER.

P. 497. v. 13. εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσειε] [εἰ μὴ ἐξαρκέσειε.] Editiones vetustae cum MSS., ut Vindob., εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσειε. Quam vocem primus exturbavit Wolfius. Vid. ad p. 496, 23. Noluissem sane contra fidem auctoritatemque Codd. TAYLOR. μόνον non solum in annotatt. proscripsit Wolfius, sed etiam ex editione sua expulit, non probante Tayloro. REISK. Praepropere sua sponte Wolfius eiecit μόνον male abundare vocem ratus. Nam et alii sic loquuntur, v. c. Xenophon M. S. I. 1. 15. Lycurgus in Leocrat. p. 155. Nec illud sine sensu. εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσειε est *si hoc unum iis non sufficeret.* FR. A. WOLF. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 497. v. 15. ἐξαρκέσειε] ἐξαρκέσει Paris. primus, August. primus. *si licuerit, si datum ipsis fuerit, si potuerint perficere.* ἐξαρκεῖν non solum significat *sufficere*, sed etiam *satis magnum valere ad consequendum, perficiendum aliquid.* Quare Wolfio utique vitio dandum est, quod μόνον eliminavit. REISK. ἐξαρκεῖν hic quoque valet *sufficere.* ἐξαρκέσει autem vide ne praeferendum sit. Et sic Bekker. Mutarunt qui ob sequens ἀφέλοιντο etiam in priori membro optativum requirerent, parum illi reputantes in huiusmodi enuntiationibus bimembribus haud raro prius membrum definite, posterius hypothetice dici. Orator, opinor, hoc vult: Factio ista satis habere debebit tale mancipium in Chabriae dedecus proxenum fecisse. Quod si hac una re non contenti, praetextu indidem sumto, immunitatem viro de republ. tam egregie merito datam abolerent, ecquis negaret summam Chabriae iniuriam fieri? SCHAEFER.

P. 497. v. 15. τὰ τοιαῦτα] *ad istum modum;* κατὰ τὰ τοιαῦτα. FR. A. WOLF. Ne audias. πολιτεύεσθαι ipsum per se regit accusativum. V. p. 151, 5. 226, 28. Plura habet Ind. Graecitat. p. 412. SCHAEFER.

P. 497. v. 15. πολιτευομένοις] πολιτευμένοις Ald. πεπολιτευμένοις P. Manut. REISK.

P. 497. v. 17. τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων] Notabilis positura encliticae. V. not. ad Longi Pastoral. p. 363. Recurrit eadem horum verborum structura p. 501, 28. SCHAEFER.

P. 497. v. 19. ἀτελής] Post ἀτελής videntur haec pauca verba excidisse: οὐδεὶς γὰρ ἀτελής. REISK. οὐ γάρ ἐστιν — ἀτελής. Inter haec et sequentia Reiskius suspicatur deesse *haec pauca,* οὐδεὶς γὰρ ἀτελής. Quin nihil deest, et bene stringit argumentum. *Neque enim Lycidas, nec alius quisquam, qua est*

proxenus (propter hanc dignitatem) immunis est, nisi si populus ei nominatim et proprie immunitatem concesserit. Res ipsa loquitur. Potuit aliquis proxenus immunis esse; ita vero singulari decreto populi Atheniensis ad eam rem opus fuit. FR. A. WOLF.

P. 497. v. 19. μὴ] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 497. v. 20. οὐκ — οὐδ'] οὔτ' — οὔθ' August. primus. Loco οὐκ etiam Paris. primus dedit οὔτε: ut non dubitem in eo alterum quoque οὔτε aut οὔθ' fuisse. REISK.

P. 497. v. 21. ἀναισχυντῶσιν] Sic editt. et MSS. pro ἀναισχυνθῶσιν, quod est in Francofurtana. TAYLOR. Vitiosum ἀναισχυνθῶσιν est in editt. Wolf. Herwag. et Francof. REISK.

P. 497. v. 21. οὐχὶ καλῶς ποιήσουσιν] *sin impudenter affirmabunt, nihil praeclari facient aut laude dignum.* Frigus sententiae mendum arguit. Lego οὐχὶ καινῶς ποιήσουσιν, *non more novo facient:* solitum enim hoc illis. MARKLAND. Est formula creberrimi usus apud oratores ideoque non damnanda neque frigoris alicuius accusanda. Lenis et civilis est increpatio, in qua vis inest eadem atque in illa acerbiore, *factum improbe, flagitium teterrimum!* REISK. Urbane, de more Atticorum, pro κακῶς seu κακούργως ποιήσουσιν. Conf. p. 499, 8. Sed exempla ubique sunt, ut mirificus sit Marklandus, qui propter frigus sententiae corrigit οὐχὶ καινῶς ποιήσουσιν. Etiam Reiskius hic aliquando mecum facit. FR. A. WOLF.

P. 497. v. 21. ὃ τοίνυν μάλιστα πάντων κ. τ. λ.] Locum hunc citat Aristides *Τέχν.* p. 258. REISK. Oratoriam quandam technam in h. l. notat Aristides Art. p. 467. Παρὰ πάντα ἀξιοπιστίας τό τε ἐπισημαίνεσθαι τοῖς εἰσαγομένοις καὶ τὸ ὑπερβολαῖς χρῆσθαι· ἐπισημαίνεσθαι μέν, ὅταν λέγῃς· ὃ τοίνυν μάλιστα — βούλομαι. τοῦτό ἐστιν ἀρχόντων τῶν προειρημένων τῷ μέλλοντι εἰσάγεσθαι. ἡ δὲ ὑπερβολὴ ἐν τῷ ἑξῆς· εἰ γάρ τις κ. τ. λ. Varietas lectionum in verbis ibi laudatis levis est. FR. A. WOLF.

P. 497. v. 22. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 497. v. 25. ὑμᾶς] Abest ab edit. P. Manut. REISK.

P. 497. v. 26. συγχωρήσειεν] συγχωρῆσαι τούτοις Aristides *T.* p. 258. REISK.

P. 497. v. 26. ἓν] Sic est in August. primo, non ὤν, quod Fabricius illinc retulit. REISK.

P. 497. v. 26. γε] γ' recte Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 497. v. 26. οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο] κἂν τὰ λοιπὰ καλῶς ἔχειν δόξειε. H. WOLF. Hic quoque excidisse videtur οὐκ propter

sequens οὐδ᾽. Lego et distinguo: ἕν γε αἰσχρὸν οὐκ, οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη, etc. *una saltem turpitudo, etiamsi quidvis acciderit, tolli non potest*, etc., id est, *tolli potest nullo modo, nulla suppositione, quicquid acciderit;* hoc enim significat οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο. MARKLAND. Recte sententiam huius dictionis exponit Marklandus: quod autem emendare conatur, in eo operam ludit. REISK. Notanda formula οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο, latine *nullo pacto, nulla ratione*. Demosthenes de Cor. p. 501. E. [ed. Francof.] loquens de Philippo: οὕτως ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν, ὡς οὐδ᾽ ἄν, εἴ τι γένοιτο, ἔτι συμπνευσόντων ὑμῶν καὶ τῶν Θηβαίων. Sed nihil frequentius his exemplis, quorum nullum favet Marklandi coniecturae. FR. A. WOLF. Quin ne graecam quidem esse deputo. Continuanda autem ἕν γε — ἀναιρεθείη. Male Reisk. interpunxit: ἕν γ᾽ αἰσχρὸν, οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη. Nec rectius Fr. A. Wolf.: ἕν γε αἰσχρὸν οὐδ᾽ ἄν, εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη. Utraque enim interpungendi ratio disiungit iungenda: haec οὐδ᾽ et εἰ, illa ἂν et ἀναιρεθείη. Videlicet οὐδ᾽ ἂν formula est tam crebro usu trita, ut etiam ibi locum habeat, ubi τὸ ἑξῆς particulae potentiali aliam assignare sedem videatur. *) SCHAEFER.

P. 497. v. 26. ἀναιρεθείη] ἀφαιρεθείη Paris. quintus. REISK.

P. 497. v. 27. ὃ συμβήσεται — τῇ πόλει] Iunge ὃ συμβήσεται τῇ πόλει, non κυρίου γενομένου τῇ πόλει, ut aliquos feciase video. FR. A. WOLF.

P. 498. v. 1. ποιήσαντας] Post ποιήσαντας addi velim ὑμᾶς. REISK. Scilicet τὴν πόλιν aut ὑμᾶς. Vid. not. ad p. 488, 18. Nam Criticus Lipsiensis hic quoque addi volebat ὑμᾶς. FR. A. WOLF.

P. 498. v. 1. ἕν τι τοῦτο] Vulg. τοῦτο ἕν τι. ἕν τι τοῦτο August. primus. REISK. Reiskius dat ἕν τι τοῦτο, tum pro τῶν ἄλλων αἴσχιον eodem modo αἴσχιον τῶν ἄλλων, etiam v. 3. ἔστι νόμος ὑμῖν. Omnia haec ex caro Aug. 1. τῶν ἄλλων αἴσχιον est αἴσχιον ἢ τοῖς ἄλλοις, *populis* puta. FR. A. WOLF. τοῦτο ἕν τι cum Halensi editore bene restituit Bekker. SCHAEFER.

P. 498. v. 2. αἴσχιον τῶν ἄλλων] Vulg. τῶν ἄλλων αἴσχιον. αἴσχιον τῶν ἄλλων August. primus. REISK. τῶν ἄλλων αἴσχιον Fr. A. Wolf. Praestat Reiskianus ordo, qui etiam Bekkero placuit. SCHAEFER.

P. 498. v. 3. ἔστι νόμος ὑμῖν] Vulg. ἔστιν ὑμῖν νόμος. ἔστι

---

*) Idem valet de formula οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ, quam vulgo male intellectam adeoque sollicitatam temerariis coniecturis iure tuetur sciteque explicat Elmsleius ad Euripid. Med. 911. Passim latet neglecta in farragine varr. lectt., sed in textum inferenda haud cunctanter, e. c. in Xenophont. Cyrop. V. 4. 12. SCHAEFER.

νόμος ὑμῖν August. primus. REISK. ἔστιν ὑμῖν νόμος Fr. A. Wolf. et Bekker. Placet. SCHAEFER.

P. 498. v. 3. ἔστι νόμος ὑμῖν κ. τ. λ.] Attigi hanc legem in animadversione ad p. 487, 24. FR. A. WOLF.

P. 498. v. 5. ἐξαπατήσῃ] ἐξαπατήσει Ald. P. Manut. REISK.

P. 498. v. 5. κἂν] καὶ ἐὰν margo Lutet. Puerilis annotatio, praesertim si Lambini ea coniectura sit. REISK. Pro Lambini coniectura quis habeat? Est interpretantis, ne quis parum cautus confundat cum altero κἂν, quod valet *etiamsi, vel si.* SCHAEFER.

P. 498. v. 6. εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθ'] εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε δὲ editt. vetustae. Modo v. 7. in quibusdam Codd. τοῦτο αὐτὸ ποιοῦντες, et αὐτοὶ ποιοῦντες sine τοῦτο. Quo pacto in Reg. α. Mox (scil. v. 15.) deest τοῦτο ante δημοσίᾳ. TAYLOR. Vulg. εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε δὲ. δὲ abest a Bavar. et Paul. Wolf. Tayl. Delevi. REISK.

P. 498. v. 7. ζημίαν] Vulg. τὴν ζημίαν. τὴν abest a Paris. primo et August. primo. Delevi articulum. REISK. Articulum exemit Reiskius exemplo Par. 1. et Aug. 1. Ego vero nihil muto, qui additum articulum saepius legisse meminerim in hac formula, ut in simillima ista θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι, ubi nunquam ab Atticis omittitur. FR. A. WOLF. Aristaenetus II. Epist. 1. μὴ θάνατος ἔστω τοῦ πλημμελήσαντος ἡ ζημία. ad q. l. novissimus editor p. 615. s.: „De more hic est articulus. Demosth. in Steph. 1. t. 4. p. 233. ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία, ταῦτα ποιεῖς. Idem in fine Leptineae: τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος ἡ ζημία. Inde patet in hac Oratione §. 114. Wolfium optime edidisse θάνατον τὴν ζημίαν ἐτάξατε, quum Reiskius — articulum sustulisset. In Thucydide II. 24. θάνατον τὴν ζημίαν ἐπέθεντο, ubi a codd. nonnullis articulus abest, nec Wass. audiendus." Erravit vir egregius cum Wolfio confundens quae diversi sunt generis. Recte dicitur θάνατος ἡ ζημία, nec potest dici aliter: sed non minus recte θάνατον ζημίαν τάττειν, ἐπιτίθεσθαι etc., cum hae locutiones articulo facile careant. Itaque in Historico ob tot Codicum consensum bene ediderunt θάνατον ζημίαν ἐπέθεντο. Xenophon M. S. II. 2. 3. ζημίαν θάνατον πεποιήκασιν. Sed Hellen. I. 1. 15. ἐπεκήρυξέ τε, ὃς ἂν ἁλίσκηται ἐς τὸ πέραν διαπλέων, θάνατον τὴν ζημίαν. *) ubi articulum, si libri damnarent, ego quidem non requirerem. SCHAEFER.

P. 498. v. 7. αὐτοὶ] Sic etiam Bavaricus, sed cum o super secunda diphthongo ad indicandum, aliis in libris αὐτὸ legi. REISK. V. Taylorus ad v. 6. SCHAEFER.

P. 498. v. 10. τὰ δοκοῦντα] Vulg. καὶ τὰ δοκοῦντα. καὶ abest a Paris. secundo et quinto, August. primo, Bavarico. Delevi

*) Accedat hic locus collectis in Bosii Ellips. p. 364. SCHAEFER.

copulam ab hoc loco alienam. REISK. Revocavi particulam καὶ extritam a quatuor librariis, Par. 2. 5. Aug. 1. Bav. et nuper Reiskio. Eandem tamen idem textui reddidit Or. adv. Midiam p. 637. C. [ed. Francof.] in verbis: πῶς γὰρ κρίνων ἄνθρωπον καὶ δοκοῦντα καὶ ὄντα βίαιον —. At ibi plane eodem modo librarii oscitarant, et quidem non quatuor, sed quinque. Amant Graeci καὶ sic iteratum. FR. A. WOLF. Vere Reiskius copulam dicit ab hoc loco alienam. καὶ τὰ δοκοῦντα καὶ ὄντα ne graecum quidem est: Graeci enim dicunt καὶ τὰ δοκοῦντα καὶ τὰ ὄντα. Vides Lipsiensem Criticum aliquanto melius didicisse Halensi, ubi amarint Graeci καὶ sic iteratum. SCHAEFER.

P. 498. v. 11. χαλεπῶς—ἔχων] Bene interpretatur Reiskius χαλεπαίνων Ind. Graecitat. p. 533. οἷς ἀηθῶς ἔχει p. 500, 16. SCHAEFER.

P. 498. v. 11. ἔτι] Abest a Paris. primo et septimo, August. primo. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 498. v. 12. τὸ μὴ ταῦτα ποιεῖν] Lingua, nisi fallor, postulat τοῦ μὴ ταῦτα ποιεῖν. Ita quoque Wolfius, qui addit δεῖν ante ποιεῖν. MARKLAND. Imo vero vulgata melius mori graecitatis convenit. τὸ μὴ ταῦτα ποιεῖν, id est, περὶ τὸ μὴ δεῖν ταῦτα ποιεῖν, *super eo, quod non deceat ea facere.* REISK. Lingua, inquit Marklandus, postulat τοῦ μὴ ταῦτα ποιεῖν, ut fere Wolfius coniecit, τοῦ μὴ δεῖν ταῦτα ποιεῖν. Equidem et hic vulgatum tueor, idque exemplis, qualia vide apud Valckenar. et Brunck. ad Euripid. Hippolyt. 48. Vertendum autem sic: *Neque enim ulla dubitatio relinquitur, an ea nobis sint facienda, quae ipsi prius turpia iudicavimus.* FR. A. WOLF. τὸ μὴ ταῦτα ποιεῖν est accusativus pendens a substantivo ἀμφισβήτησις. οὐδὲ γὰρ — ποιεῖν i. q. οὐδὲ γὰρ ἀμφισβητεῖται τὸ μὴ ταῦτα ποιεῖν. Verbum autem δεῖν cum lateat in particula vetante μὴ, facile intelligitur neque addendum nec subaudiendum (Ind. Graecitat. p. 32.) esse. SCHAEFER.

P. 498. v. 12. τις] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 498. v. 13. δεῖ] Abest ab edit. P. Manut. REISK.

P. 498. v. 15. [τοῦτο]] Abest a Paris. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncis exigit Reiskius τοῦτο, quod abest a Par. 1. Paullo vero post, ante ἀφέλοιτο, eandem vocem nobis reliquit, nullo scilicet ibi librario peccante. μηδὲν τοῦτο est *nihil tale, nihil ex hoc genere.* Plane, ut dicitur τὶ τοῦτο. FR. A. WOLF. Uncos amovit etiam Bekker. Recte. Sed cave iungas μηδὲν τοῦτο vertasque *nihil tale*, quod est μηδὲν τοιοῦτο. τοῦτο et hic et v. sq. habet eam vim, quam indicavi ad Dionys. Halic. de C. V. p. 106. Perquam autem notabile est, quod nunc refertur ad negativas voces μηδὲν et οὐδέν: cuiusmodi exempla sunt e rarioribus. SCHAEFER.

P. 498. v. 15. [τοῦτο] δημοσίᾳ ποιοῦντες φανήσεσθε] F. τούτων δημοσίᾳ π. φ. ut constructio sit, ὅπως φανήσεσθε ποιοῦντες

δημοσίᾳ μηδὲν τούτων ὧν ἰδίᾳ φυλάξαισθ' ἄν. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 258. Immo μηδὲν ὧν — per attractionem dictum est pro μηδὲν ἐκείνων, ἃ —. Ad φυλάξαισθ' ἂν autem e sequentibus repetendum ποιῆσαι. SCHAEFER.

P. 498. v. 16. οὐδὲν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 498. v. 18. τούτους] Abest a Bavarico. REISK.

P. 498. v. 21. πεποιηκότα,] Dele subdistinctionem, qua Reiskiana caret. SCHAEFER.

P. 498. v. 21. εὕρετο] εὕρατο Paris. septimus. REISK.

P. 498. v. 21. εὕρετο ἔχειν] Malim εὕρετο ἐκείνην, scilicet τὴν δωρεάν. REISK. Interpunxi ante ἔχειν, ut amoverem caussam erroris, qui delusit Scholiasten et Reiskium, quorum ille coniunctum εὕρετο ἔχειν duro quodam et insolenti modo capit, hic nos beat emendatione sua, εὕρετο ἐκείνην, h. e. τὴν δωρεάν. Ne tamen forte nunc infinitivus ἔχειν trahatur ad εἶναι ἀνάξιον τὴν δωρεάν, qui tertius adhuc error superest, sic verborum ordo institui debet: ἢ (φασίν) ἔχειν μὴ πεποιηκότα ἐφ' οἷς εὕρετο, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν ἐγκαλοῦσί τινι. *Si quem dicent immunitate frui, vel qui nihil fecerit earum rerum, propter quas eam impetravit* etc. Ita sententia poscit, et lex sermonis, et gemina structurae ratio p. 464, 11. s., ubi κεκτῆσθαι nihil aliud est, quam nostro loco ἔχειν. In seqq. ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν inprimis cogitandum de eo, quod quis post donum acceptum peccare potuit, id quod supra fuit p. 486, 26. μετὰ ταῦτα ἀδικούντων. Sed verbum ἐγκαλοῦσι ad adversarios relatum deflectit paullum ab instituta structura, ex qua participium exspectes. FR. A. WOLF. Adeo deflectit, ut structuram faciat prorsus intolerabilem. Quod si vera esset viri doctissimi ratio, Orator fere sic scripturus erat: ἢ μὴ πεποιηκότα ἐφ' οἷς εὕρετο ἔχειν ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ἐγκαλούμενον. Scilicet Wolfius duas hic classes hominum indicari putavit; alteram eorum qui non fecerint ob quae immunitatem acceperint, alteram eorum qui quid contra remp. commiserint: quas classes tanquam formas complectatur generalis notio τοῦ εἶναι ἀναξίους. Falso. Demosthenes enim non duas enumerat classes, sed tres: primam τῶν ἀναξίων, alteram τῶν οὐ πεποιηκότων ἐφ' οἷς εὕροντο, tertiam τῶν ἄλλο ὁτιοῦν ἐγκαλουμένων. Ne dubites, compara quae leguntur p. 486, 25. ss. πρόφασις δικαία κατὰ τῶν ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτ' ἀδικούντων, ἢ ὅλως ἀναξίων. SCHAEFER.

P. 498. v. 21. ἄλλο] ἄλλ' Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 498. v. 22. τὸν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 498. v. 25. θέντων αὐτῶν] MSS. Aug. Obsop. Ven. Vindob. Lindenbr. et Regg. α. ε. θέντας αὐτούς. Simoni Fabricio Marcopibertano, qui Augustani Codicis variantes lectiones excerpsit, neutra lectio placet. Maluit ille θέντων αὐτοί, id est, ut ait, ἀντὶ τοῦ θέτωσαν. Inficete. Sensus est integerrimus et lectio

proba: *γράφεσθαι κατὰ τὸν νόμον, ὃν παρεισφέρομεν νῦν ἡμεῖς, ἢ θέντων ἡμῶν* (male edit. Francof. *ὑμεῖς* et *ὑμῶν*), — *ἢ θέντων αὐτῶν. sive nos eam tulerimus, sive ipsi tulerint,* ut recte interpretatur bonus Wolfius aliique. TAYLOR. *θέντας αὐτοὺς* Weimar. Lessing. Bavaricus, August. primus. Sed negat Fabricius seu potius Wolfius, hanc sibi lectionem placere: sententiam postulare *θέντων αὐτοὶ*, h. e. *θέτωσαν*. Seu probes *θέντων αὐτῶν*, seu *θέντας αὐτοὺς*, perinde est. Accusativi redibunt ad *κελεύετε γράφεσθαι* v. 22. REISK. *θέντας αὐτούς*. In editis libris, quotquot vidi, legitur *θέντων αὐτῶν*, quod si auctoritatem haberet, nemo reprehenderet. Verum optimi codd. dant aliud, *θέντας αὐτούς*. Cui consensui librorum addendus Scholiastes, qui, diligentius ab editoribus inspectus, nonnihil interdum profuisset ad veram lectionem detegendam. Iam nemini dubium esse debet, quin vulgata lectio hoc quoque loco a sciolo ad similitudinem prioris membri reficta sit. Quod idem in simili fecit Reiskius de Cor. p. 504. C. [ed. Francof.] prorsus sine libris *ἐνθυμηθέντας* edens pro *ἐνθυμηθεῖσι*. Conf. Markland. ad Lysiam pag. 364. Sed ne nunc quidem opus est ad antiptosin quandam confugere. *θέντας αὐτοὺς* refer ad verba, quae totius periodi primaria sunt: *κελεύετε τούτους τοὺς ἐροῦντας — γράφεσθαι*. Nihil certius. FR. A. WOLF. *θέντας αὐτοὺς* etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 498. v. 25. *ὅταν — νομοθέται*] Scilicet *αὐτοί*. An vero *cum creati fuerint legumlatores alii?* H. WOLF. V. not. ad *γένωνται* v. 25. SCHAEFER.

P. 498. v. 25. [*τὸ*] *πρῶτον*] Simplex *πρῶτον* sine articulo dant August. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Articulum uncis inclusi. REISK. *πρῶτον*. In Ben. est *τὸ πρῶτον*, quod unde sit, nescimus. Certe articulo carent Aug. 1. et Bav. cum editt. princc., neque eo opus. Proxima sententia de privatis inimicitiis Leptineae factionis egregie facit ad persuadendum. FR. A. WOLF. Articulum omisit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 498. v. 25. *γένωνται*] Quinam? Leptinesne et socii eius? an alii quidam? Dubitavit hoc ipsum iam dudum Wolfius. Totus hic mihi locus obscurus est ideo, quod rationem creandorum legislatorum haud teneo. Non poterat, quo quisque tempore vellet, eo legem ferre? Exspectandus erat aliquis ordo temporis ad locum in legislatoribus obtinendum? Eratne perpetuus magistratus *τῶν νομοθετῶν*, penes quem promulgatio atque explicatio, item emendatio legum esset? quo a collegio qui abesset, eine legem ferre non licebat? REISK. V. Fr. A. Wolfii Prolegomm. p. 142. s. SCHAEFER.

P. 498. v. 26. *τῷ μὲν — Εὔβουλος*] Ergo Diophantus et Eubulus repererant immunitatem? REISK. Plures a Demosthene memorantur Diophanti, plures Eubuli. Et de Eubulis quidem erudite egit Ruhnkenius Histor. Oratt. gr. p. LXV. seqq., qui docet,

ubicunque Eubulus simplici nomine occurrat, intelligendum esse Anaphlystium, summae auctoritatis demagogum, qui per plures annos cum Oratore nostro remp. administravit. Hoc tamen loco qui viri intelligendi sint, coniectura satis certa non assequor. FR. A. WOLF. Hoc quidem satis manifestum est, homines in numero fuisse τῶν ἀτελῶν. SCHAEFER.

P. 498. v. 28. ἐθελήσουσι] θελήσωσι Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 499. v. 6. ἀθρόους] [ἀθρόα.] Quis non videt, hic esse rescribendum ἀθρόους? Si silerent Codices, ita lubens et otiosus refingerem. Non enim referri debet haec vox ad τὰ δοθέντα, sed ad τοὺς πεποιηκότας, atque in ea relatione tota vis argumenti nititur. Vide sodes: σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ὑμῖν ἔχει — τοὺς εὖ τι πεποιηκότας — τὰ δοθέντα ἀπολωλεκέναι δι' ὑμῶν ἀ θ ρ ό ο υ ς, παρὸν, εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἀνάξιος, ε ἷ ς ἢ δ ύ ο ἢ πλείους, γραφῇ διὰ τούτων ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν κατ' ἄ ν δ ρ α κριθέντας. Atque haec est lectio edit. Morel., Codd. autem Ven., Obsop. Ital. Aug. Vindob. Bodl. Cant. et Parisiensium, duobus exceptis. *) Ita etiam versio Interpretis Italici. Ecce ut creber noster sit sententiis! En αὔξησιν vere mirificam! Non hoc cum illo simpliciter, sed plura cum pluribus confertim et coacervatim comparat: εὖ πεποιηκότας, οἷς οὐδεὶς ἂν ἐγκαλέσαι, cum εἴ τις ἐστὶν ἀνάξιος: deinde νόμῳ et γραφῇ: mox ἀπολωλεκέναι δι' ὑμῶν et τοῦτο διὰ τούτων παθεῖν: et ad postremum denique ἀπολωλεκέναι ἀθρόους et κατ' ἄνδρα κριθέντας. Anne haec sit densitas, quam in nostro tantopere admirati sunt magistri? Ego profecto ita sentio. Vid. Quintilian. X. 1. TAYLOR. ἀθρόα Paris. secundus et quartus, Ald. P. Manut. ἁθρόους cum aspero August. primus. ἀθρόον liber Lessing. REISK. Plura hic contraposita sunt, primum ἃ τ. ἔκ. ὀκνεῖ τοὺς ἐχθροὺς ἀφαιρούμενος ὀφθῆναι — ταῦθ' ὑ. τ. ε. ἀ. φαίνεσθαι, tum εὖ πεποιηκότας — εἴ τίς ἐστιν ἀνάξιος, tum νόμῳ — γραφῇ, tum ἀπολωλεκέναι δι' ὑμῶν — διὰ τούτων h. e. *per factionem Leptineam*, denique ἀθρόους — κατ' ἄνδρα κριθέντας. Monuit de hac arte iam Taylorus, qui simul hinc expulit ineptum ἀθρόα, inculcatum a Par. 2. 4. Ald. Herv. Felic. Man. Wolf. Sinceram scripturam, ἀθρόους, nuper tandem Reiskius reduxit e Ben. Qua scriptura recte iudicant qui omnem vim argumentationis niti dicunt. ἀθρόοι sunt *universi*, *cuncti*; κατ' ἄνδρα κριθέντες, *singulatim*, *viritim in ius vocati*: oppositi utrique

---

*) Ducitur hoc errore Taylorus, in quem saepe incurrit, ut opinetur, Lambinum in ea parte Demosthenis, quam curavit edendam, inspexisse aut expressisse codices regios Parisinos. Alia omnia. Nusquam locorum eos consuluit satis habens lectiones, si quas Morellus ex illis aut ex editt. vetustioribus in marginibus Herw. suae a se annotatas reliquisset, eas in marginibus Lutet. reddere. REISK.

inter se, ut solent ἀθρόοι et οἱ καθ' ἕνα, aut ἀθρόοι et διεσκεδασμένοι. FR. A. WOLF. ἀθρόους Bekker. V. not. ad p. 496, 25. SCHAEFER.

P. 499. v. 6. παρὸν] παρ' ὃν August. primus. REISK.

P. 499. v. 7. γραφῇ — παθεῖν] Locum hunc August. primus ita exhibet: διὰ τούτων ταὐτὸ γραφῇ τοῦτο παθεῖν. Quod illinc retulit Fabricius, κριθέντα γραφῇ, ibi non est. REISK.

P. 499. v. 7. διὰ τούτων] *per hos*, Leptinem eiusque socios. REISK.

P. 499. v. 7. ἄνδρα] ἄνδρας Aldus. Sed correxit Lessing. REISK.

P. 499. v. 7. κριθέντας] κριθέντα August. primus. REISK.

P. 499. v. 8. οὐχ ὑπολαμβάνω] Vulg. ὑπολαμβάνω. οὐχ ὑπολαμβάνω August. primus, Lessing. Vitium vulgatae ex Aldina ductum correxi. REISK.

P. 499. v. 8. ταῦτα] hos puta mores, quorum auctor est Leptines, auferentes honores semel datos. REISK.

P. 499. v. 8. καλῶς] οὐ καλῶς margo Lutet., forsan e coniectura Lambini. REISK.

P. 499. v. 10. [σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο.]] Scilicet τὸ καλῶς ἢ μὴ ἔχειν τι. *Cuius ego rei etiam rationem habeo.* Nisi forte quis censeat τὸ τοῦτο ad ea, quae sequuntur, referendum. H. WOLF. Quodnam? Hoc enimvero reticetur. Apparet hic loci lacunam subesse. Deest momentum id, quod sibi Orator ait in mentem venisse, et par esse, cuius ratio habeatur. Cuius culpa perierit, si periit, haud constat. An ipse Orator oblitus est addere, loco in commentariis vacuo relicto, quem per otium, vacuus aliis curis, suppleret. Sic solemus commentantes cum festinatione. Aut denique delenda est utravis formula, aut ista, σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο, aut haec, καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνόν γε ἀποστατέον τοῦ λόγου: nam utraque idem dicit. Postremo venit in mentem, sitne sic legendum: σκοπῶ δ' εἰ καὶ τούτου, scilicet τοῦ Λεπτίνου ἀξίως ἔχει. *Dubito quoque, sintne hi mores ipso Leptine digni.* Quae forte sit emendandi mollissima ratio. REISK. Haec verba quam nihil huc faciant, quum caecus sit, qui non videat, piget id pluribus verbis demonstrare. Tamen ea, quantum scimus, haerent in libris omnibus, atque adeo a nonnullis defenduntur. Sed Wolfii defensiones parum placent. Nullo pacto verba ad seqq. trahi sinunt particulae, periodi novae indices, καὶ μήν, neque ea melius cum superioribus coëunt. Nam καὶ sic positum est, ut τοῦτο spectet ea, quae sequuntur. Reiskii autem rationes, sive quas molles vocat, seu quae durae sunt et frigidae, apud ipsum legantur iucundius. Quarum una haec est iucundissima, quum Oratorem putat oblitum fortasse post vocem τοῦτο aliquid addere, relicto loco vacuo, quem per otium expleret, ad reliqua perrexisse, sicut soleamus

commentantes cum festinatione. Adeo persuasit sibi vir praeclarus, eadem festinatione Demosthenem egisse in Oratione scribenda, qua ipsum in ea commentanda. Mihi quidem verba illa plane videntur ex emblemate marginis esse et adscripta ad explicandam rariorem locutionem, οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου. Parum promoveas, si scripseris σκοπεῖτε καὶ τοῦτο. Ita aliquando mihi in mentem venit. FR. A. WOLF. Nunquam hoc debuit illi in mentem venire: est enim tam ineptum, ut non modo parum, sed prorsus nihil promoveat. Verissime autem monuit haec verba adscripta esse ab interpretante. Sed hoc ipsum iam Reiskius suspicatus erat, ideoque uncos emblemati primus admovit. Quod cur tandem Wolfius tacuit? SCHAEFER.

P. 499. v. 11. τότε, ὅτε] τότε abest ab August. primo et Bavarico. Contra ὅτε abest ab Aldina. REISK. τότε omisit Bekker. Malim servatum. Compares τέως, ἕως: in qua formula toties eodem modo turbatum est. SCHAEFER.

P. 499. v. 11. τὴν ἐξέτασιν ἣν δίκαιον] ἣν δίκαιον τὴν ἐξέτασιν August. primus. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 13. εἴ τι μὴ] ἀντὶ τοῦ εἰ μή τι. H. WOLF.

P. 499. v. 15. τοῦτο] vos puta malum ab his, quos decretis honoribus privatum eunt, accepisse, posteaquam praemiis a vobis ornati fuissent. REISK. Scilic. vos ab istis iam donatis iniuria esse affectos. *Hoc si adversarii dicent, eorum erit demonstrare, illos* e o t e m p o r e, q u o p e c c a v e r i n t, *iudicium subiisse*. Vertimus haec ideo, ut declaremus verba παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, quae eadem potestate occurrunt et alibi et apud Demosth. de Cor. p. 474. E. [ed. Francof.], ubi probe argutatur Taylorus, et eodem fere modo Schol. posterior ad h. l. Certa multis exemplis est haec vis illius praepositionis de *tempore* positae, quod vulgo *praesens* aut *durans* dicunt, unde lat. verti potest *in* vel *sub*. Ut in loco Xenoph. M. S. II. 1., malis nimium coniecturis vexato, παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν, *sub illius imperio, illo imperante*. Particulae παρὰ in Atticis nunquam propria notio est *propter* *), neque id ἀργία est, si quis γαστρὶ χαρίζεται. Conf. Orat. nostrae p. 465, 5. 7. 473, 25. 483, 10. 490, 22. 500, 12. FR. A. WOLF. παρὰ τοὺς μεγίστους καιροὺς p. 470, 11., pro quo ibid. v. 20. ἐν ὁποίοις καιροῖς, et mox p. 471, 1. τοὺς καιρούς, ἐν οἷς. SCHAEFER.

P. 499. v. 15. φήσουσι] Significanter dictum de iis, qui quid temere iactant. Opponitur δεῖξαι. Sic φήσουσιν et δείξω inter se opponuntur p. 464, 28. SCHAEFER.

P. 499. v. 15. οὐχ ἕξουσι] οὐκ ἔχουσι Paris. sextus, Bavaricus: sed in hoc vulgata est a nova manu superscripta. REISK. οὐκ ἔχουσι Dindorf. Vulgatam tuetur futurum φήσουσι. SCHAEFER.

---

*) Conf. Iuliança nostra p. VIII. SCHAEFER.

P. 499. v. 15. δεῖ] γρ. ἔδει margo Lutet., forsan e coniectura Lambini. Et hoc praeferam. Sententia est: Quod si autem hoc asseverabunt, (consulto sic dico, asseverabunt, non autem, planum facient, nam hoc quidem non poterunt,) respondebo sic: Oportebat hos criminosos statim, recente adhuc crimine, castigari. REISK. Praesens δεῖ poscit ἡ τῶν χρόνων καταλληλότης: nam eiusdem temporis est κεκολασμένους φαίνεσθαι. Adde quod post εἰ φήσουσι aptissime sequitur δεῖ. Sic p. 582, 3. corrig. ὃν εἴ τις ἐᾷ ζῆν, ἀγαπᾶν δεῖ. SCHAEFER.

P. 499. v. 16. παρ' αὐτὰ τἀδικήματα] παρὰ.τἀδικήματα Bekker. Vulgata gravior. Et sic Orator saepius. V. Ind. Graecitat. p. 373. SCHAEFER.

P. 499. v. 20. ὡς ἔπος εἰπεῖν] [ὡς εἰπεῖν.] Forte ὡς ἔπος εἰπεῖν. Et sic habet Ulpianus. Nannius: *ut semel dicam*. H. WOLF. Aberat ea vox ab editt. ante Parisiensem. Habent Codd. Lindenbr. et Aug. TAYLOR. Perperam Nannius, latinus interpres: *ut semel dicam*. Formulam h. l. reddes *ut uno verbo dicam*. FR. A. WOLF.

P. 499. v. 20. ὅσα ἐστὶ] Absunt a Paris. primo, August. primo, Bavarico: sed in hoc a nova manu sunt adscripta. REISK.

P. 499. v. 20. τὰ] Abest a Bavarico, REISK. Recte abest. Et delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 22. πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας] [φύσεως κακίας.] Pravitas est naturae. Ita editio Francofurt. secundum Felician. Manut. et MSS. Ald. Variatur in caeteris. φύσεως καὶ κακίας edit. Ald. Unde scriptum olim fuisse arbitror iuxta ac Morelius edidit: ὅτι παντάπασι πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος. In marg. Benenati, in Obsop. Lindenbr. Ven. Ital. et Schol. φύσει κακίας. TAYLOR. πονηρᾶς abest ab Ald. φύσει κακίας Lessing. et margo Lutet. forsan e coniectura Lambini. φύσεως κακίας (sine copula) August. primus, Bavaricus, item Lessing. edit. P. Manut. index Ald. E discrepantia lectionum, quae hic loci magna est, colligo fuisse olim in libris has tres huius loci lectiones versatas: primam παντάπασι φύσει κακίας σημεῖον. Dicitur illa mentis pravitas, quae homini scelerato veluti cognata insidet, φύσει κακία. secundam παντάπασι φύσεως κακῆς σημεῖον, tertiam denique hanc; παντάπασι πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας συγγενοῦς σημεῖον. Optet quisque, quam ipse velit. REISK. φύσεως κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος. κακία φύσεως est *vitiositas indolis, pravitas animi*. Et hac in lectione acquievi, prodita illa ab Aug. 1. Felic. Wolf. et ind. Ald. Ipse enim Aldus cum Herv. in textu habet φύσεως καὶ κακίας, stellula priori nomini praefixa, e quo temere ortum puto Benenati illud, πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας. In Pan. Ital. Lind. Ven. et marg. Ben. est φύσει κακίας. Haec omnia Reiskius duplici divinatione auget. Nos plane non videmus, cur a vulgata recedendum sit. FR. A. WOLF. φύσεως κακίας etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 23. τύχοι] τύχῃ Bavaricus. REISK.

P. 499. v. 25. οὐδέν] οὐκ Paris. primus, August. primus. REISK. οὐδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 26. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 499. v. 27. γάρ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 28. τῶν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 499. v. 28. πάντων] ἁπάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 28. ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι δημοσίᾳ] Bene supplet Lambinus: τελευτήσασιν ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ etc. Sed elegantior vocum positio: ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσασι δημοσίᾳ etc. Et ita Lysias Orat. funebr. ad fin. ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας — τιμᾶσθαι. Eudocia MS. (penes humanissimum et eruditissimum virum, Ricard. Ellysium, Baronettum) in voce Αἴας: Μενεσθεὺς ἐπ' αὐτῷ λόγον ἡγόρευσεν, ᾧ νομίζουσιν Ἀθήνησι τιμᾶν τοὺς ἐκ τῶν πολέμων τελευτῶντας. De funere Aiacis, Telamonis filii, loquitur auctor, ex quo haec sumsit Eudocia. MARKLAND. Magna quidem probabilitatis species Lambini coniecturam, desiderari hic ἐν τῷ πολέμῳ, commendat. Verumtamen existimem, facile vulgatam defendi posse, ita nimirum, ut δημοσίᾳ, ceu positum in bivio, tam ad τελευτήσασι referatur, quam ad ταφὰς ποιεῖσθε. Tametsi non meminerim uspiam legisse dictionem τελευτᾶν δημοσίᾳ pro *mori pro patria*, nil tamen video, cur ea nequeat id significare. δημοσίᾳ est *publice*, h. e. iussu et auctoritate auspiciisque reipubl.: *mori* ergo *publice* est mortem obire in causa honesta hortatu et missu patriae. Nam de morte solummodo honesta hic agi tota loci series monstrat et insequens ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Saepenumero eiusmodi vocabula semel posita, sed a lectore tacite iteranda et tam ad proxima superiora quam ad inferiora referenda occurrunt. REISK. Ad vocem τελευτήσασι addi debere ἐν τῷ πολέμῳ coniicit in Indice suo Lambinus, quem Marklandus sequitur; nec alienum ab hac opinione se ostendit Reiskius. Defendit tamen is vulgatam scripturam ita, ut δημοσίᾳ, quasi in bivio positum, non minus ad τελευτήσασι quam ad τὰς ταφὰς ποιεῖσθε trahatur. Id quod mirum commentum est. Quamvis enim apud Graecos saepe occurrant δημοσίᾳ θαπτόμενοι, non magis leguntur τελευτήσαντες δημοσίᾳ, quam τελευτήσαντες ἰδίᾳ, neque aliter quam *privatim* quenquam nec graece nec latine scimus mortuum, si eos excipias, *qui ad publicum supplicium ducuntur*, ut δημοσίᾳ τελευτᾶν est apud Aeschinem de fals. leg. p. 409. B. *) Iam equidem etsi locos novi bene mul-

*) Sic p. 1126, 7. ᾧ δημοσίᾳ προσήκεν ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις τεθνάναι. Xenophon M. S. IV. 8. 2. τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν. Neque usquam alio sensu sic dicitur. SCHAEFER.

tos, qui in ista locutione habent verba ἐν τῷ πολέμῳ, tamen ab Lambini emblemate alienior sum, istisque verbis aut nihil nunc opus fuisse, aut, si id putes, eorum sententiam ab auditoribus tacite adiectam arbitror. *) Nam nullas publicas sepulturas Athenienses norant, nisi eorum, qui in bellis pro patria cecidissent. **) Postremum hoc si Wesselingius cogitasset ad Petiti LL. AA. p. 603., cavisset sibi ab errore nuper repetito a Gottlebero ad Thucyd. II. 35. Etenim ut gnarus fuisset noster rerum Romanarum, eadem ratione scribere ista potuit, μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων. Quippe laudationes funebres memorat haud privatas, quales Roma norat, sed publicas et populi iussu celebratas. Quem talem morem Atheniensibus solis h. l. recte vindicari, colligas partim ex eo, quod nusquam simile quidquam de alia natione Graeciae narratur, partim etiam ex verbis Aristidis T. I. p. 190., licet ab hoc rhetore nostrum locum respici dixeris. Ipsius autem huius moris vera origo et institutio a tempore Persici belli repetenda, auctoribus Diodoro Sic. XI. 33. et Dionysio Halic. A. R. V. 17. Oratores λόγους ἐπιταφίους habituri legebantur a senatu, solennitas in Ceramico extra urbem facta. Conf. Meursii Ceramic. gem. c. 22. Restant etiam nunc tales conciones ex antiquitate quatuor, Periclis Thucydidei l. c., Platonis in Menexeno, Lysiaeque et Demosthenis. At huius postremi quae hodie prostat Oratio, ea iam olim obelis Criticorum confossa est, ut praeter alios docet Taylorus Lectt. Lys. c. 3. Lysiacam adhuc tolerarunt patientius. Neque haec tamen ipsa eo stilo scripta, qui senem Lysiam decebat, sed ex Isocratis Panegyrico aliisque orationibus veterum ac veri Lysiae locis eodem paene modo, quo Aristidis declamatio ista, a quodam Sophista composita videbatur mihi olim in Censura Menexeni a Gottlebero editi, quae inserta est Ephemm. Erfurt. litterariis a. 1782. p. 34. Cuius opinionis nondum me poenitet, quum praesertim nuper Valckenarium viderim in eandem incidisse. Vid. Hemsterhus. et Valckenar. Orationes etc. p. 218. FR. A. WOLF.

P. 500. v. 1. ταφὰς] Vulg. τὰς ταφάς. Articulum omittunt Paris. primus, August. primus. Delevi articulum: nam alias etiam καὶ τοὺς λόγους τοὺς ἐπιταφίους esset legendum. REISK. Articulum ex fide Par. 1. et Aug. 1. abiecit Reiskius. Ac potuisset hoc probare exemplis quibusdam neglecti in hac locutione articuli. Sed vereor, ut satis ea omnibus faciant: certe nulla ratio

---

*) Τετελευτηκότες simpliciter pro τετελευτηκότες ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Conf. Demosthen. de Cor. p. 519. D. [ed. Francof.], cuius loci supra non venerat in mentem. FR. A. WOLF. *in Ind.* Locus ille a nostro discrepat: paulo ante enim Orator de pugna dixerat. Ut non mirer Lambinum hic haesisse. Sed vide quae notavi ad p. 500, 1. SCHAEFER.

**) Conf. Pinzgerus ad Lycurg. p. 263. SCHAEFER.

P. 499. v. 25. οὐδέν] οὐκ Paris. primus, August. primus. REISK. οὐδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 26. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 499. v. 27. γάρ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 28. τῶν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 499. v. 28. πάντων] ἁπάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 499. v. 28. ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι δημοσίᾳ] Bene supplet Lambinus: τελευτήσασιν ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ etc. Sed elegantior vocum positio: ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσασι δημοσίᾳ etc. Et ita Lysias Orat. funebr. ad fin. ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας — τιμᾶσθαι. Eudocia MS. (penes humanissimum et eruditissimum virum, Ricard. Ellysium, Baronettum) in voce Αἴας: Μενεσθεὺς ἐπ' αὐτῷ λόγον ἠγόρευσεν, ᾧ νομίζουσιν Ἀθήνῃσι τιμᾷν τοὺς ἐκ τῶν πολέμων τελευτῶντας. De funere Aiacis, Telamonis filii, loquitur auctor, ex quo haec sumsit Eudocia. MARKLAND. Magna quidem probabilitatis species Lambini coniecturam, desiderari hic ἐν τῷ πολέμῳ, commendat. Verumtamen existimem, facile vulgatam defendi posse, ita nimirum, ut δημοσίᾳ, ceu positum in bivio, tam ad τελευτήσασι referatur, quam ad ταφὰς ποιεῖσθε. Tametsi non meminerim uspiam legisse dictionem τελευτᾷν δημοσίᾳ pro *mori pro patria*, nil tamen video, cur ea nequeat id significare. δημοσίᾳ est *publice*, h. e. iussu et auctoritate auspiciisque reipubl.: *mori* ergo *publice* est mortem obire in causa honesta hortatu et missu patriae. Nam de morte solummodo honesta hic agi tota loci series monstrat et insequens ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Saepenumero eiusmodi vocabula semel posita, sed a lectore tacite iteranda et tam ad proxima superiora quam ad inferiora referenda occurrunt. REISK. Ad vocem τελευτήσασι addi debere ἐν τῷ πολέμῳ conficit in Indice suo Lambinus, quem Marklandus sequitur; nec alienum ab hac opinione se ostendit Reiskius. Defendit tamen is vulgatam scripturam ita, ut δημοσίᾳ, quasi in bivio positum, non minus ad τελευτήσασι quam ad τὰς ταφὰς ποιεῖσθε trahatur. Id quod mirum commentum est. Quamvis enim apud Graecos saepe occurrant δημοσίᾳ θαπτόμενοι, non magis leguntur τελευτήσαντες δημοσίᾳ, quam τελευτήσαντες ἰδίᾳ, neque aliter quam *privatim* quenquam nec graece nec latine scimus mortuum, si eos excipias, *qui ad publicum supplicium ducuntur*, ut δημοσίᾳ τελευτᾷν est apud Aeschinem de fals. leg. p. 409. B. *) Iam equidem etsi locos novi bene mul-

---

*) Sic p. 1126, 7. ᾧ δημοσίᾳ προσῆκεν ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις τεθνάναι. Xenophon M. S. IV. 8. 2. τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾷν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν. Neque usquam alio sensu sic dicitur. SCHAEFER.

tos, qui in ista locutione habent verba ἐν τῷ πολέμῳ, tamen ab Lambini emblemate alienior sum, istisque verbis aut nihil nunc opus fuisse, aut, si id putes, eorum sententiam ab auditoribus tacite adiectam arbitror. *) Nam nullas publicas sepulturas Athenienses norant, nisi eorum, qui in bellis pro patria cecidissent. **) Postremum hoc si Wesselingius cogitasset ad Petiti LL. AA. p. 603., cavisset sibi ab errore nuper repetito a Gottlebero ad Thucyd. II. 35. Etenim ut gnarus fuisset noster rerum Romanarum, eadem ratione scribere ista potuit, μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων. Quippe laudationes funebres memorat haud privatas, quales Roma norat, sed publicas et populi iussu celebratas. Quem talem morem Atheniensibus solis h. l. recte vindicari, colligas partim ex eo, quod nusquam simile quidquam de alia natione Graeciae narratur, partim etiam ex verbis Aristidis T. I. p. 190., licet ab hoc rhetore nostrum locum respici dixeris. Ipsius autem huius moris vera origo et institutio a tempore Persici belli repetenda, auctoribus Diodoro Sic. XI. 33. et Dionysio Halic. A. R. V. 17. Oratores λόγους ἐπιταφίους habituri legebantur a senatu, solennitas in Ceramico extra urbem facta. Conf. Meursii Ceramic. gem. c. 22. Restant etiam nunc tales conciones ex antiquitate quatuor, Periclis Thucydidei l. c., Platonis in Menexeno, Lysiaeque et Demosthenis. At huius postremi quae hodie prostat Oratio, eaiam olim obelis Criticorum confossa est, ut praeter alios docet Taylorus Lectt. Lys. c. 3. Lysiacam adhuc tolerarunt patientius. Neque haec tamen ipsa eo stilo scripta, qui senem Lysiam decebat, sed ex Isocratis Panegyrico aliisque orationibus veterum ac veri Lysiae locis eodem paene modo, quo Aristidis declamatio ista, a quodam Sophista composita videbatur mihi olim in Censura Menexeni a Gottlebero editi, quae inserta est Ephemm. Erfurt. litterariis a. 1782. p. 34. Cuius opinionis nondum me poenitet, quum praesertim nuper Valckenarium viderim in eandem incidisse. Vid. Hemsterhus. et Valckenar. Orationes etc. p. 218. FR. A. WOLF.

P. 500. v. 1. ταφὰς] Vulg. τὰς ταφάς. Articulum omittunt Paris. primus, August. primus. Delevi articulum: nam alias etiam καὶ τοὺς λόγους τοὺς ἐπιταφίους esset legendum. REISK. Articulum ex fide Par. 1. et Aug. 1. abiecit Reiskius. Ac potuisset hoc probare exemplis quibusdam neglecti in hac locutione articuli. Sed vereor, ut satis ea omnibus faciant: certe nulla ratio

---

*) Τετελευτηκότες simpliciter pro τετελευτηκότες ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Conf. Demosthen. de Cor. p. 519. D. [ed. Francof.], cuius loci supra non venerat in mentem. FR. A. WOLF. *in Ind.* Locus ille a nostro discrepat: paulo ante enim Orator de pugna dixerat. Ut non mirer Lambinum hic haesisse. Sed vide quae notavi ad p. 500, 1. SCHAEFER.

**) Conf. Pinzgerus ad Lycurg. p. 263. SCHAEFER.

rei est in eo, quod vocabulum λόγους articulo caret. FR. A. WOLF. Igitur articulum revocavit. Cum Reiskio delevit Bekker. Thucydides II. 34. δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων. ad q. l. Bekkerus: „τὰς ταφὰς N." SCHAEFER.'

P. 500. v. 1. ποιεῖσθε] ποιεῖτε Paris. primus, August. primus. Utrumque dat Bavaricus, sed posteriorem lectionem a nova manu. Activum ne probes. Nam tametsi ferri possit ταφὰς ποιεῖτε in activo, tamen non item λόγους ποιεῖν potest populus dici, sed ποιεῖσθαι, hoc est *curare habendas*. Ipse orator, orationis auctor, λόγον ποιεῖν fortassean dicatur; tametsi haud scio, an ne hoc quidem satis graecum sit. Graeci, quod sciam, ποιεῖσθαι λόγον solummodo in medio usurpant, nunquam in activo. Is autem, qui mercede oratorem conducit, dici nullo pacto potest λόγον ποιεῖν, sed solummodo ποιεῖσθαι. REISK. ποιεῖτε pro ποιεῖσθε quidam non bene. Non est plane similis locus Platon. Menex. p. 17., ubi v. notas. FR. A. WOLF. Mihi quidem satis similis videtur: legitur enim illic ταφὰς γὰρ οἶσθα ὅτι μέλλουσι ποιεῖν. Add. not. ad p. 530, 25. Itaque ἐπέχω omnino subdubitans, an ipsam hic manum Oratoris habeamus, qui fortasse haec sola scripsit: πρῶτον μὲν — ἀνθρώπων δημοσίᳳ ποιεῖτε λόγους —. Ut ποιεῖν λόγον et ποιεῖσθαι λόγον perinde inter se differant ac ποιεῖν ἀγῶνα et ποιεῖσθαι ἀγῶνα, de quo discrimine v. Kusterus de V. M. I. 60. Scilicet alii etiam Graeciae populi viros de se bene meritos publice sepeliverunt, ut Syracusani Timoleontem (v. Plutarch. T. II. p. 239. s. R.): soli Athenienses condecorarunt λόγοις ἐπιταφίοις. Quod si recte conieci, et ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι et quod nonnulli dant Codd. (v. Bekker.) ταῖς ταφαῖς ταῖς δημοσίαις e margine in textum irrepsit. Simul non obscurum est, unde h. l. originem ducat tam mira diversitas scripturae. SCHAEFER.

P. 500. v. 1. κοσμεῖτε] Quia orator nomine et iussu populi defunctos pro patria oratione ornabat, ideo dicitur h. l. populus ipse eos ornare. Possit alias quoque κοσμεῖται in passivo legi. *ornantur praeclara facinora.* REISK.

P. 500. v. 6. ἀγῶνας νικῶσι] νικῶσιν ἀγῶνας Bekker. SCHAEFER.

P. 500. v. 6. τοὺς στεφανίτας] Nempe duplicis generis fuerunt οἱ ἀγῶνες, alii στεφανίται *), alii θεματικοί. Conf. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 260. Sed apud Graecos, *nullius rei praeter laudem avaros*, priorum certaminum dignitas habita longe maior. Ceterum notissimi sunt honores victoribus ludorum sacrorum a civitatibus suis decreti, saepe amplissimi, ac prope

*) Immo στεφανῖται. SCHAEFER.

divini, praecipue apud Athenienses, de quibus vide locc. cc. in Petiti LL. AA. p. 131. FR. A. WOLF.

P. 500. v. 7. τούτων] Denuo cogitandum τῶν δωρεῶν. FR. A. WOLF.

P. 500. v. 9. ἡμῶν] ὑμῶν margo Lutet. REISK.

P. 500. v. 9. εὖ ποιῶν — ἀντευποιεῖ] Bekkerus: „ἀντ' εὖ ποιῇ s.“ Quidni scribamus ἀντ' εὖ ποιεῖ? V. not. ad p. 476, 21. SCHAEFER.

P. 500. v. 9. εὖ ποιῶν δοκεῖ νικῆσαι] V. Lennepius ad Phalar. p. 194. a. SCHAEFER.

P. 500. v. 10. τοσαύτας — παρέσχηται] Scilicet ἡ πόλις. Atque ὑπερβολαὶ τῶν δωρεῶν sunt δωρεαὶ ὑπερβάλλουσαι τὰς τῶν ἄλλων εὐεργεσίας, *dona et praemia acceptis beneficiis longe maiora.* FR. A. WOLF. Non *acceptis beneficiis*, sed *donis quae alibi dantur civibus bene meritis.* Est superlatio rei significans summum eius gradum per se spectatae, non comparatae cum re generis diversi. Sensus: *adeo civitas in donis dandis omnem modum excessit.* SCHAEFER.

P. 500. v. 11. ἅπαντα ταῦτα] πάντα ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 500. v. 15. εὐδοξεῖ] εὐδόξει August. primus. REISK.

P. 500. v. 16. οἷς ἀηδῶς ἔχει] V. not. ad p. 498, 11. 582, 4. SCHAEFER.

P. 500. v. 17. ἀφέλησθε] ἀφελέσθαι August. primus. REISK. Voluit, certe debuit, librarius scribere ἀφελέσθε, quod minus probandum. SCHAEFER.

P. 500. v. 17. ἀεὶ] Abest a Bavarico. REISK. Male abest. Solennis huius adverbii usus an abusus in talibus formulis. V. quae congessi ad Gregor. Corinth. p. 169. s. et in Seidleri libro de Vers. Dochm. p. 417. s., quibus haec accedant. Sophocles Oed. Col. 682. κατ' ἦμαρ ἀεί. Mox v. 688. αἰὲν ἐπ' ἤματι. Euripides Electr. 145. ἀεὶ τὸ κατ' ἦμαρ. pro quo simpliciter τὸ κατ' ἦμαρ ibid. v. 182. Oppianus Halieut. IV. 178. ἀεὶ πᾶν ἦμαρ. Demosthenes p. 1450, 6. ἀεὶ καὶ συνεχῶς. pro quo ἀεὶ συνεχῶς Theodorus Metoch. de Polit. Cyren. in Orellii Supplem. ad Nicol. Damasc. p. 92. SCHAEFER.

P. 500. v. 21. σῶν] σῶον Paris. primus, August. primus. REISK. V. Moeris p. 347. SCHAEFER.

P. 500. v. 21. μεθεστάναι] [μεθιστᾶναι.] Forte μεταστῆναι, ἢ μεθεστᾶναι, ἀντὶ τοῦ μεθεστηκέναι. H. WOLF. Vulg. μεθιστᾶναι. μεθεστᾶναι August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. Subit hic mirari, quod idem saepe ad alios quoque locos mirari subit, cur H. Wolfius, cui semper pateret ad membranas Augustanas aditus, eas tanta segnitie atque socordia tractaret, ut nil curaret eas in locis dubiis inspicere. Incidit ipse quoque in veram huius loci emendandi rationem, sed dubitans: a quo dubio eum liberare suae membranae poterant, si diligentius hoc oraculum consu-

luisset. Sed urgebatur nempe multitudine laborum et huius operis spissitudine, quod cito profligare festinabat, homo alioquin non severissimae atque religiosissimae Criticae litare solitus. REISK. μεθεστᾶναι vitioso accentu Reisk. et Fr. A. Wolf.: quo accentus vitio etiam ineptum illud μεθιστᾶναι laborat. SCHAEFER.

P. 500. v. 22. πολλὰ δὲ θαυμάζων κ. τ. λ.] Citant Anecd. Bekk. p. 148, 20. usque ad vocem τεθαύμακα, iterumque ibid. v. 27. usque ad vocem νόμον. SCHAEFER.

P. 500. v. 22. πολλὰ δὲ θαυμάζων κ. τ. λ.] Iam novum telum a Demosthene expromitur, sane quam callidum. Sed id verbo monuisse satis erit. Laborandum nobis in verbis. Primum in voc. τεθαύμακα iuncto cum θαυμάζων discant tirones pravis notionibus temporum imbuti, quae vis sit huius temporis, quod rei perfectae praesens est, non, ut vulgo vocant, praeteritum. Conf. Harrisii Hermen I. 7., librum iis omnibus, qui in utraque lingua ultra plebem sapere volunt, utilissimum. Porro ambigunt editores in extrema periodo, utrum ea, quam nos tenuimus, amplectenda sit lectio [οὐδὲν αὐτὸς — δόξει], an alia haec, οὐδὲν ἂν αὐτὸς ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι δόξαι. Mihi prior longe videtur praestare, ut verba ὅτι οὐδὲν — δόξει certo modo proponantur, ceteris hypothetice interiectis. Conf. omnino notam ad p. 475, 26. Denique quum vulgo scribatur τὰς τιμὰς τῶν εὐεργετῶν, nostram scripturam [τ. τ. τ. εὐεργεσιῶν] exhibent Par. 1. 6. 7. Pan. Ital. Vind. Ven. Aug. 1., eaque commendatur contraposito, τὰς τιμωρίας τῶν ἀδικημάτων. Obsecutus igitur sum Tayloro et Augerio, itidemque p. 504, 12., ubi codices iidem satis constantes eandem lectionem praeferunt. FR. A. WOLF.

P. 500. v. 22. τὸν] Abest a Paris. primo. REISK. Neque habent Anecd. Bekk. p. 148, 21. SCHAEFER.

P. 500. v. 23. τεθαύμακα] *mirabile mihi visum est.* SCHAEFER.

P. 500. v. 25. τάττοι] τάττῃ P. Manut. REISK.

P. 500. v. 27. εὐεργετῶν] Rescribe cum Ven. Obsop. Aug. Vindob. Ital. Regg. α. ζ. η. εὐεργεσιῶν, ut pariter fiat: τὰς τιμωρίας τῶν ἀδικημάτων v. 25. τὰς τιμὰς τῶν εὐεργεσιῶν v. 27. Ita p. 504, 7. τὰς ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις δωρεὰς ζηλώσαντες. Atque etiam ibid. v. 12., cum dicitur τὰς τιμὰς ἀναιρῶν τῶν εὐεργετῶν, iubent Codd. Ven. Obsop. et ex Regiis tres reponere εὐεργεσιῶν. Modo fortasse cum Aug. ἂν et cum marg. Benenati δόξαι: οὐδὲν ἂν αὐτὸς ποιεῖν — δόξαι. Vid. v. 26. TAYLOR. εὐεργεσιῶν August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. Bene εὐεργεσιῶν etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 500. v. 27. οὐδὲν ἂν] Vulg. οὐδὲν. οὐδὲν ἂν August. primus, Bavaricus, Lessing., probante Tayloro. REISK. Iure particulam delevit etiam Bekker. Delenda foret, etiamsi in omnibus libris legeretur. SCHAEFER.

P. 500. v. 28. δόξει] γρ. δόξαι margo Lutet., forsitan e Lambini coniectura, probante Tayloro, confirmante Bavar. et Lessing. REISK. V. Fr. A. Wolfius ad v. 22. SCHAEFER.

P. 501. v. 2. περὶ ὧν — ἥμαρτεν] Rara constructio, cuius exemplum habet Xenophon Hellen. I. 7. 27.: neque enim θανάτου in θάνατον mutandum puto. SCHAEFER.

P. 501. v. 2. ὑπερδιατεινόμενος] Sic erat in Bavarico quoque, sed prior praepositio ὑπὲρ erat punctulis signata ceu delenda. Omittunt eam quoque Paris. primus et septimus, item August. primus. REISK. Simplex διατεινόμενος ex Par. 1. 7. Aug. 1. et quodammodo Bav. fortiori scripturae nostrae nemo anteponat. FR. A. WOLF. Anteposuit Bekker. SCHAEFER.

P. 501. v. 3. ἐγὼ μὲν — οὐ βούλομαι] Post τὸν νόμον nihil lenius exspectatur, quam hoc, ἐκεῖνος ὡς ἀληθῶς οὐδὲν δόξει ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι. Quod elegantiae studiosi videant quam urbane ab Oratore emollitum sit. Similia sunt, quae sequuntur, μήτ' αὐτὸς δόξεις εἶναι βελτίων, μήθ' οἱ πεισθέντες σοι. FR. A. WOLF. Vix dicam Oratorem quae cogitaret urbane emollivisse, sed schema habeam pro exemplo ironiae Socraticae: quo colore mihi quidem totus hic locus videtur tinctus esse. SCHAEFER.

P. 501. v. 5. ἐπαινέσω] Ne habeas pro futuro, quod est ἐπαινέσομαι. SCHAEFER.

P. 501. v. 5. μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη] Citat Tiberius p. 23. Item Scholiastes Hermogenis. V. Reiskius ad p. 297, 16. SCHAEFER.

P. 501. v. 6. μηδὲν] Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 501. v. 6. δόξεις] δόξῃς Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 501. v. 7. εἶναι βελτίων] βελτίων εἶναι Bekker. SCHAEFER.

P. 501. v. 8. διὰ γὰρ τὸ τελευτῆσαι Βάθιππον —] Praecedenti periodo ad Leptinem ipsum directa erat oratio, nunc ad iudices conversa narrat de Leptine. Seiunxi igitur haec a prioribus spatiolo vacuo relicto *), eoque ipso mihi videor oculis certe lectorum rem quodammodo mollivisse, quae pluribus interdum fraudi fuit. Frequentes autem in Oratoribus nostris sunt eiusmodi subitae a secunda persona ad tertiam transitiones. Vide praeter ea, quae ad p. 488, 7. 496, 8. 22. a me notata sunt, infra p. 506, 10. atque adv. Lacrit. p. 956. B. adv. Spud. p. 1019. E. [ed. Francof.] et audacius **) exemplum apud Aeschinem in Ctesi-

*) Non laudo quod seiunxit: particula enim γὰρ prioribus continuat. Melius seiunxisset quae sequuntur, καίτοι καὶ τοῦτ' ἀκούω κ. τ. λ.: quod fecit Bekkerus. SCHAEFER.

**) Non videbitur audacius, si cum Bekkero post χορηγεῖς plene interpungas. Post distinguendum cum Reiskio: καί, τὸ κεφάλαιον, τὸ μὲν βασιλικὸν —. Et, quod caput est, regium quidem —. SCHAEFER.

phont. p. 467. B. Σὺ πλουτεῖς καὶ ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σαυτοῦ χορηγεῖς, (hactenus ad Demosthenem conversus loquitur,) καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ βασιλικὸν χρυσίον παρὰ τούτῳ, οἱ δὲ κίνδυνοι παρ' ὑμῖν (haec ad judices). Nimium cogitandus est in his Orator, non statarius aut velut in corbe inclusus, quales hodie videas, sed quocunque eum animi impetus rapuit, procedens atque ab altera parte spatiosi suggestus ad alterum pergens cum oratione vario corporis motu gestuque animata, quae nobis nunc emortua ante oculos iacet. Tali in oratione oculus, manus, digitus vice interpretis funguntur, qui, quae dura legentibus videri possunt, ea auditoribus facillima praestat ac plena nativae elegantiae. Non mirum ergo, quod proxima statim Leptinem rursus ipsum alloquuntur: καίτοι καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν κ. τ. λ. Breviter hac de re monuit Scholiastes in ed. Ben., cuius in h. l. legitur haec nota: Ὅς αὐτὸν· τὸν Λεπτίνην. μεταβαίνει εἰς δεύτερον πρόσωπον ἀπὸ πρώτου. Ubi quisque videt*) scribendum εἰς τρίτον πρόσωπον ἀπὸ δευτέρου. Sed haec omnia nihil curans is, quem nescio quae fortuna nostra nobis ubique adversarium obiicit, asterisco praefixo scripsit σαυτόν, quodque magis mirere **), non offendit in sequenti pronomine tertiae personae, τούτῳ. Ut ingenuum hominem videas, qui, dum fraudem facit, vestigia fraudis tegere negligit. ***) Ceterum pronomen ὅς redit ad Bathippum, non ad secundariam personam, Aphepsionem. FR. A. WOLF.

P. 501. v. 8. τελευτῆσαι] τετελευτηκέναι Paris. primus, August. primus. REISK. Conf. v. 19. SCHAEFER.

P. 501. v. 10. τουτουὶ] Vulg. τουτουί. Vitium hoc esse videtur typographicum. Melius Bavaricus τουτουΐ. Neque dubito in aliis libris quoque ita esse. REISK.

P. 501. v. 10. Ἀφεψίωνος] Ἀψεφίωνος August. primus. REISK.

P. 501. v. 10. ὅς] Redit ad Bathippum. REISK.

P. 501. v. 10. σαυτὸν] Vulg. αὐτόν. Malim σαυτόν. *temet, o Leptine.* REISK. Verum αὐτὸν revocavit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 501. v. 11. [τῆς κρίσεως]] Absunt a Paris. primo, August. primo. Uncis inclusi. Facile fiat, ut e scholio interlineari irrepserint. REISK. Duo verba, τῆς κρίσεως, uncis ille suspecta fecit, quippe quae abessent a Par. 1. et Aug. 1. Sed hos libros satis nunc constare debet ad scioli correctiones esse mutatos. Reperi

---

*) Ego non video. Verte: *Transit ad aliam personam a priori.* SCHAEFER.

**) Equidem non miror: nam post λόγος plene interpunxit. Conf. not. ad v. 12. SCHAEFER.

***) Quam falso Reiskius fraudis insimuletur, ut intelligas, lege quae scripsit praefat. §. 81. Sed haec similiaque, quae summi homo candoris de sua crisi identidem inculcavit, Wolfius ut non scripta neglexit, negliguntque etiamnunc Wolfii simiae. SCHAEFER.

quidem exempla, ubi *tempora in aliquo negotio praefinita* dicuntur simpliciter οἱ χρόνοι. Talibus autem non abutendum. Aeschines in Ctesiphont. p. 437. E. ἧκον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι. Noster adv. Polycl. p. 1089. D. [ed. Francof.] ὁ χρόνος ἐξήκει μοι τῆς τριηραρχίας. ubi Reiskius nihil, homo inconstantissimus. FR. A. WOLF. Longius Reiskio progressus Bekkerus duo haec verba delevit. Iure, ut puto. Quod autem Reiskius altero illo loco (p. 1218, 12.) intactum reliquit τῆς τριηραρχίας, non inconstanter, ut isti visum est, sed recte et graviter fecit: libri enim in vulgata ita consentiunt, ut de emblemate non possit cogitare nisi levissimus. SCHAEFER.

P. 501. v. 11. νυνὶ] Vulg. νῦν. νυνὶ August. primus. REISK. νῦν male revocavit Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 501. v. 12. τούτῳ] Leptini puta. Dicuntur enim haec ad iudices docendi causa. REISK. Ante 'h. v. Reiskium plene interpunxisse supra dixi, cum negarem me mirari, quod vir egregius in pronomine tertiae personae non offendisset. Nempe si ita interpungatur, facile possit Reiskianum σαυτὸν excusari adeoque defendi Aeschineo conversionis personarum exemplo, de quo v. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 501. v. 13. καίτοι — ἐπεξῆλθον.] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 7. SCHAEFER.

P. 501. v. 13. καὶ] Male omittunt Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 501. v. 13. τρεῖς] τρίς August. primus. REISK. Natum, opinor, inde, quod τρεῖς τινες recte dici non videretur. Falso. Infra p. 666, 27. τινὲς ἄνθρωποι γίγνονται δύο. Argument. poster. Aristocrateae p. 619, 22. μετά τινων δύο. Thucydides VII. 34. ἑπτὰ δέ τινες ἄπλοι ἐγένοντο. Plutarchus T. I. p. 420. R. τρεῖς τινες οἰκέται. T. III. p. 688. περὶ πεντεκαίδεκά τινας. SCHAEFER.

P. 501. v. 13. σέ] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 501. v. 15. τοῦδε] τοῦ Βαθίππου ἢ Ἀφεψίωνος. Forte τῶνδε, τοῦ τε Ἀφεψίωνος καὶ τοῦ Κτησίππου. H. WOLF. Wolfius mavult τῶνδε, ut ad Aphepsionem et Ctesippum referatur. REISK. Utrum Bathippi, an Aphepsionis, dubitans Wolfius adscripsit: τῶνδε, τοῦ τε Ἀφεψίωνος καὶ τοῦ Κτησίππου. Vix dubium puto esse, quin et nunc ὅδε signet Aphepsionem primas agentem in hoc iudicio. Conf. p. 486, 23. FR. A. WOLF.

P. 501. v. 15. οὐκ ἐπεξῆλθον] De legislatore περὶ Στεφάνου dixit: μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον, εἰ δὲ μή, καταβαλόντα ἐν ὑπωμοσίᾳ ἐᾶν. H. WOLF.

P. 501. v. 15. ἐπεξῆλθον] ἐξῆλθον Anecd. Bekk. l. c. V. p. 515, 6. SCHAEFER.

P. 501. v. 15. οὖν] τοίνυν Paris. primus et septimus, August. primus. REISK. Recepit Dindorf. Sed in tam arcto nexu sententiarum semper, quod sciam, ponitur μὲν οὖν. SCHAEFER.

P. 501. v. 17. τοῦ τὰ δίκαια εἰρηκέναι] H. e. τοῦ σὲ τὰ δίκαια γεγραφέναι, quod verbum vulgatior usus fori adhibet. FR. A. WOLF.

P. 501. v. 18. εἰρηκέναι] Subaudi σε. REISK. V. quae adscripsi ad p. 471, 12. τούτων. SCHAEFER.

P. 501. v. 18. εἵνεκα] ἕνεκα Dindorf. SCHAEFER.

P. 501. v. 20. ἢ πεισθεὶς — παρεσκευάσθη] In his notari meretur ratio, qua adversario crimen gravissimum obiicitur. Nam accusator παρεσκευασμένος τινὶ est talis, qui *subornatus est ab ipso reo, cum eoque in iudicio colludit*; Romani dixerunt *praevaricatorem*, magnum crimen. διαγράψασθαι *) latine proprie effertur *absistere accusatione*, scilicet quae apud iudicem iam instructa est. De reliquo patet, opinor, tribus his membris, εἴ τις — ἢ πεισθεὶς — ἢ καὶ ὅλως —, ipsos accusatores tres, quos prius Leptini fuisse legimus, indicari. FR. A. WOLF.

P. 501. v. 20. διεγράψατο] τῆς κατηγορίας ἀπέστη. Nannius: *libellos, quos contra te dederat, expunxit.* H. WOLF. V. Ind. Graecitat. p. 140. SCHAEFER.

P. 501. v. 21. παρεσκευάσθη] V. Ind. Graecitat. p. 383. SCHAEFER.

P. 501. v. 21. οὐδὲ λέγειν καλόν] Conf. ad p. 497, 21. FR. A. WOLF.

P. 501. v. 21. ἤρηνται δὲ τῷ νόμῳ κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχνῃ p. 210. REISK.

P. 501. v. 22. μάλισθ' οἵ] τὸ οἵ malim abesse. καὶ μάλιστα δεινοὶ λέγειν. H. WOLF.

P. 501. v. 23. Λεωδάμας — Ἐρχιεύς] Leodamas auditor fuit Isocratis, οὐ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος, si fides Aeschini in Ctesiph. p. 450. C. Conf. Ruhnken. Histor. crit. Oratt. gr. p. LXIII. Aristophon ex Ἀζηνίᾳ, δήμῳ φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος, perperam ubique Ἀξηνιεύς scriptus ante Taylorum, qui mendam corrigens laudat Aeschin. in Timarch. p. 270. B. 284. E. in Ctesiphont. p. 450. C. et 459. F., quibus omnibus in locis huius Aristophontis mentio fit. Sed ex uno loco nostro discimus, vitam produxisse virum usque ad Olymp. 106, 2. Iam si is est idem, qui Olymp. 94, 2. legem tulit de natis peregrina matre ex numero civium expungendis, tum, quum hoc iudicium ageretur, extrema senectute esse debuit. Quod ut credamus, cogit etiam res, quae deinde narratur p. 502, 17. sqq., praesertim si statim post exactos XXX tyrannos facta videatur. Reliqua vide apud Ruhnken. l. c. p. XLV., qui docet, quo modo discernendus hic

---

*) Conf. Ruhnken. ad Timaeum p. 61. FR. A. WOLF. *in Ind.*

Aristophon sit ab aliis duobus, uno Colyttense, altero Archonte Eponymo anni Olymp. 112, 3., in quem annum celebris contentio incidit Demosthenis et Aeschinis de corona. Ceterum quod Ulpianus scribit ad p. 502, 11., immunitatem Aristophonti hoc tempore non fuisse, id verum sit, an temere ab homine positum, quis divinet? Tertius syndicus, Cephisodotus, Ceramensis, tribu Acamantide, mox a nostro inprimis propter eloquentiam laudatur, rarius ab aliis. Hic quoque conf. Ruhnken. l. c. p. LX. Denique Dinias, Erchiensis, (Ἔρχεια δῆμος φυλῆς τῆς Αἰγηΐδος,) obscurior iam olim videtur fuisse, certe est hodie, quippe alibi, quod sciam, non commemoratus. FR. A. WOLF.

P. 501. v. 23. Ἀζηνιεὺς] Recte, non, ut editiones vulgatae, Ἀξηνιεὺς. Consentiunt Codd. optimi, ut Vindob., Lexicographi et Marmora, quibus in tam levi scribendi discrimine fides habenda est maxima. Sponius Itin. T. 2. p. 375.:

*ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ ΚΑΘΩΣ *) ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝ*
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ ΑΖΗ-
ΝΙΕΥΣ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΑΖΗΝΙΕΥΣ.

Idem ibid. p. 443.:

. . . .
ΤΟΥ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΠΑΛΛΗ-
ΝΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΖΗ-
ΝΙΕΥΣ ΦΙΛΟ . . . .

Aristopho hic idem falso etiam vocatur Ἀξηνιεὺς apud Aeschinem c. Timarch. p. 86, 1., refragantibus tamen Scaligero et Codd. Vid. Palmer. ad loc. et Meurs. Reliqu. Attic. c. 1. Alibi in eadem oratione recte effertur, scilic. p. 159, 4. ᾧ παρήδρευεν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς. et c. Ctesiph. p. 532, 3. δημαγωγὸς Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεὺς, πλεῖστον χρόνον τὴν τοῦ βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν. et p. 583, 11. ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτε σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεύς. Quae loca plurimum conferent ad hominis istius notitiam et historiam, atque etiam ad reliquorum, qui hic nominantur. Λεωδάμας ὁ Ἀχαρνεὺς οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος Aeschines in Orat. cit. p. 531, 6. TAYLOR. Vulg. Ἀξηνιεὺς. Ἀξηνεὺς Paris. primus. Ἀζηνιεὺς August. primus et margo Lutet., forsitan e coniectura Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 501. v. 25. ἐκ Κεραμέων] Vulg. ὁ ἐκ Κεραμέων. ὁ abest ab August. primo, Bavarico, Ald. P. Manut. Delevi articulum. REISK.

P. 501. v. 25. Κεραμέων] Κεραμέων August. primus. REISK.

---

*) Accedat exemplis collectis a Sturzio de Dial. Macedon. p. 76. SCHAEFER.

P. 501. v. 25. *ὑπολαμβάνοιτ'*.] V. Ind. Graecitat. p. 517. SCHAEFER.

P. 501. v. 26. *ἀκούσατε*] Post *ἀκούσατε* addit *μου* Paris. quintus. REISK.

P. 501. v. 26. *ἂν*] *num.* SCHAEFER.

P. 501. v. 28. *δωρεὰν*] H. l. est decretum, quo Chabriae delati sunt honores. REISK. H. e. *universam donationem, praemia omnia Chabriae ob res bene gestas decreta.* Conf. sup. p. 483. Accusationem autem hanc coniicio Chabria adhuc vivo factam, eandemque esse, cuius meminit Aristoteles Rhet. I. 7., forsan etiam pertinuisse ad hanc caussam orationem Lycoleontis Chabriam defendentis, de qua vide eundem Aristotelem l. c. III. 10. extr. FR. A. WOLF. Non *decretum*, sed *donationem*. SCHAEFER.

P. 501. v. 28. *ἐν ᾗ — δοθέντων*] *τὸ τῆς ἀτελείας* (*ἡ ἀτέλεια*) *τὶ* (scilic. *μέρος οὖσα*) *τῶν δοθέντων ἐκείνῳ*. H. WOLF. Lege simpliciter *ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι*, omissis septem vocibus, quae sequuntur: ut infra scribitur, scilic. p. 502, 11., *οὗτος εὕρετο τὴν δωρεὰν παρ' ὑμῖν, ἐν ᾗ τοῦτο ἐνῆν*. Caetera hic sunt a manu glossatoris, adiecta nimirum explicationis gratia hoc pacto: *Σημείωσαι, τὸ τῆς ἀτελείας, τὶ τῶν ἐκείνῳ δοθέντων. Inter dona, quae Chabriae conferebantur, erat immunitas.* TAYLOR. Distingue post *ἀτελείας*. Deinde sic: *τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων· καὶ πρὸς* —. Sed omnino adsentior clarissimo editori censenti, septem istas voces, *τὸ τῆς — δοθέντων*, non fuisse a Demosthene. MARKLAND. Locus hic vitio caret recteque a Wolfio est expositus. Ne umbram quidem causae video, cur Taylorus tot verba eiectum eat. REISK. *ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι, τὸ τῆς ἀτελείας*. Auctiora haec leguntur in omnibus editionibus: *τὸ τῆς ἀτελείας, τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων, καὶ πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ.* Ex quibus reieci quatuor illas voces, de interpolatione praecipue suspectas; et fortasse etiam hoc, *τὸ τῆς ἀτελείας*, omittere debui. Sic plane visum Tayloro et Marklando, vulgata lectione meritissimo offensis. Displicet admodum Wolfii ratio, quam tamen unam nobis relictam video: *τὸ τῆς ἀτελείας* (h. e. *ἡ ἀτέλεια*) *τὶ* (scilic. *μέρος οὖσα*) *τῶν δοθέντων ἐκείνῳ*. Ipsum hoc *ἐκείνῳ*, nescio quo modo, fraudem prodit. *τὶ* autem in hacce sententia ab Oratore isto sensu poni potuisse nemo unquam mihi persuadebit. Alia prorsus ratio est p. 477, 14. et 497, 17. Simulque accedit insignis species glossematis adscripti ad *τοῦτο*, h. e. *id, de quo nunc agitur, immunitas*. Vid. p. 502, 12. et 478, 17. ibique notam. Itaque Demosthenem etiam hic ab importuna manu auctum ut putemus, non levis caussa est, quanquam ne umbram quidem caussae sibi visam narrat Reiskius. FR. A. WOLF. Reiskio plane assentior. SCHAEFER.

P. 502. v. 1. *εἰσελθὼν*] Dicitur is, cuius actio iam in iudicium adducta est. Alias verbum *εἰσέρχεσθαι* etiam de *reo* et *materia litis* usurpatur. Unde *δίκη εἰσαγώγιμος*. FR. A. WOLF.

P. 502. v. 1. ἡττήθη] ἡττᾶσθαι, *caussa cadere*, ut alibi ἁλῶναι. FR. A. WOLF.

P. 502. v. 1. οἱ νόμοι δὲ οὐκ ἐῶσι κ. τ. λ.] Res nota esse potest vel e Terent. Phorm. II. 3. 58., quem cum loco nostro dudum comparavit Muretus Varr. Lectt. XIX. 8., quod opus, Muretinorum omnium doctissimum et elegantissimum, gaudeo nova editione propediem in manus studiosorum venturum. De discrimine caussarum, δίκης, εὐθύνης, διαδικασίας, explicare longum est. Adeundi sunt ii, qui ius Atticum proprie illustrarunt. Ponam tamen ex Orat. in Timocr. p. 781. F. [ed. Francof.] legis verba: Ὅσων δίκη πρότερον ἐγένετο ἢ εὐθύνη ἢ διαδικασία περί του ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, ἢ τὸ δημόσιον ἀπέδοτο, μὴ εἰσάγειν περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον, μηδ' ἐπιψηφίζειν τῶν ἀρχόντων μηδένα, μηδὲ κατηγορεῖν ἐώντων, ἃ οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι. Ad haec conf. Petiti LL. AA. p. 451. FR. A. WOLF.

P. 502. v. 2. ὑπὲρ] Ita editiones. At MSS. Codd. constanter fere περὶ, MSS. Ald. Felic. et Manut. Ven. Ital. Lindenbr. Vindob. et Regg. α. β. ε. ζ. η. TAYLOR. περὶ August. primus, Bavaricus, Lessing. indices Ald. Fel. Paul. REISK. Pro ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, quod plerasque editiones occupat, dedi περὶ τῶν αὐτῶν, tum propter auctoritatem a codd. optimis, tum quod ita loquuntur omnes, qui legis meminerunt. FR. A. WOLF. περὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 502. v. 2. οὔτε δίκας κ. τ. λ.] Haec generaliter verti ad vitandas verborum ambages. *Num tibi liceat Athenis bis eadem de re iudicium adipiscier?* *) H. WOLF. Recte Wolfius atque intra spem veniae. Neque enim fori Attici ratio semper et ubique literis Latinis explicari velit. In eo autem erratum est ab Interprete Italico: *ne per causa di stato, ne per causa di conti di amministrationi publiche, ne per causa di servigi fatti alla republica.* Eodem iudicio, ac Wolfius, usus est Interpres alter. TAYLOR.

P. 502. v. 3. τοιοῦτον] τοιοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 502. v. 5. εἰ — ἴσχυε — γίγνοιτο] De hac diversorum modorum coniunctione in una eademque periodo conditionali passim monitum est. SCHAEFER.

P. 502. v. 7. ἐπειδὴ δὲ ταῦτά τε ὑπάρχει —] *quum etiam nunc maneant viri merita novaque aliorum accesserint.* Acuendum pronunciando verbum ὑπάρχει. Ne quis putet scribendum ταὐτά τε ὑπάρχει, *eadem sint, quae fuerunt prius.* FR. A. WOLF.

P. 502. v. 10. γίγνοιτο] γένοιτο Paris. quintus, sextus, Au-

---

*) V. Terentius l. c. ibique Lindenbrogius. SCHAEFER.

gust. primus, Bavaricus. REISK. Sic Bekker., opinor, ob praegressum συμβαίη. SCHAEFER.

P. 502. v. 10. καὶ μὴν πρός γε Ἀριστοφῶντα] Infra v. 26. καὶ μὴν πρός γε Κηφισόδοτον. SCHAEFER.

P. 502. v. 10. δίκαια] δίκαι' Bekker. SCHAEFER.

P. 502. v. 11. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 502. v. 12. ἐν ᾗ τοῦτ' ἐνῆν] τοῦτο quid sit, neminem fugere potuit, quippe satis explicatum p. 501, 28. SCHAEFER.

P. 502. v. 12. τοῦτ' ἐνῆν] Vulg. τοῦτο ἐνῆν. Et sic corrigit Weimaranus vitiosum τοῦτον ἐ. Aldinae. REISK.

P. 502. v. 15. ὅτε μὲν — ὑπάρξειν] [ὅτε μὲν τοῦτ' ἔμελλεν ὑπάρξειν.] Plenius editt. Ald. et Morel. cum MSS. Ven. Vindob. et Aug. ὅτε μὲν τούτῳ ταῦτ' ἔμελλεν. Iidem MSS. ὑπάρχειν. ταῦτ' et ὑπάρχειν Lindenbr. TAYLOR. ὅτε μὲν τοῦτ' ἔμελλεν (sine dativo) P. Manut. Wolf. ὑπάρχειν etiam Bavaricus, sed cum ξ super χ. REISK.

P. 502. v. 15. ἔμελλεν] ἤμελλεν Dindorf. SCHAEFER.

P. 502. v. 15. ὑπάρξειν] ὑπάρχειν Bekker. SCHAEFER.

P. 502. v. 17. καὶ μὴν καὶ Γελάρχῳ κ. τ. λ.] Mirificam h. l. vim habet contrapositum, quo oblique simul populus in memoriam revocatur rei ab Aristophonte olim, fortasse non sine offensione, factae. FR. A. WOLF. V. idem ad p. 501, 28. SCHAEFER.

P. 502. v. 17. καὶ] Tertium καὶ abest ab Aldina. REISK.

P. 502. v. 18. Γελάρχῳ] Nomen suspectum. *Telarchum* novi et *Agelarchum*. REISK. *Gelarchus* ex uno hoc loco nobis innotuit. Ergo cur Reiskius mutare velit *Telarchum* aut *Agelarchum*, id vero nescio: nisi forte sibi visus est homo Lipsiensis omnia Atheniensium nomina tenere. Ac poterat quoque afferre *Clearchum*, *Zelarchum*, etc. FR. A. WOLF. Bekkerus: „δελάρχῳ r. Τελάρχῳ vel Ἀγελάρχῳ Reiskius." Digna fuit Reiskii coniectura, cuius a viro parcissimo verborum fieret mentio: indigna, quam hominis Halensis iniquitas exagitaret. SCHAEFER.

P. 502. v. 18. τάλαντα] τάλαντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 502. v. 18. γέγραφεν] Proprium verbum de eo, in cuius sententiam decretum factum. FR. A. WOLF. ἀποδοῦναι γέγραφεν quid valeat, ostendit quod v. 24. sequitur, ὡς ἀποδοῦναι δεῖ γράφων. SCHAEFER.

P. 502. v. 20. τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου] τοῖς ἀπὸ τοῦ δήμου ἐν Πειραιεῖ γεγενημένοις ἐπὶ τῶν τριάκοντα. H. WOLF. τοῦ δήμου est inutile. οἱ δημοτικοὶ satis describuntur per οἱ ἐν Πειραιεῖ. Distinctione ista, scilic. οἱ ἐν ἄστει et οἱ ἐν Πειραιεῖ, sexcenties, credo, utitur Lysias noster. Si quid ego iudicem, repetuntur hae voces, τοῦ δήμου, a v. 21. vel saltem adiiciebantur ad marginem explicandi causa. Horum alterutrum erit tam ve-

rum, quam quod maxime est verum. TAYLOR. Duo vocabula τοῦ δήμου inutiliter redundare et amputari debere iudicat Taylorus. Sed recte additur τοῦ δήμου. Multi enim in Piraeeo poterant habitare, qui non essent τοῦ δήμου, h. e. factioni non addicti illi, quae pro libertate civili certaret. Quare non video, cur Anglus illa duo verba expunctum eat. Accipe de civibus illis Atheniensibus, qui, saeviente in urbe XXX virorum tyrannide, aut confugerant ad Piraeeum, aut illuc a Thrasybulo reducti ab exsilio fuerant. Multi alii in isto Athenarum portu habitabant, qui non essent cives, ut inquilini, aut peregrini, aut etiam cives, sed tyrannidis studiosi, quos par erat his vocabulis, τοῦ δήμου, ab aliis discerni. REISK. Veretur Taylorus, ne oculus librarii ad subsoquentem versum aberrans illud temere adiecerit, τοῦ δήμου. Quae suspicio prudentissima est. Ubicunque factio illa democratica memoratur, dici solet οἱ ἐν Πειραιεῖ. Vid. sup. ad p. 460, 11. Itaque receptam lectionem parum defendas talibus locis, qualis est Aeschinis hic de fals. leg. p. 337. F. ὑπομενεῖτε τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ δήμου καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς κ. τ. λ., multo minus artificio eo, quo Reiskius utitur. Id enim sequaris, Lysias atque alii saepissime male scripsisse dicendi erunt. Forsitan tamen hactenus verba tuearis, si Oratorem putes a solenni locutione recessisse eo, quo melius eluceret vis illorum, ἐπὶ τῇ τοῦ δήμου προφάσει. Sin contra vanum hoc videatur, illico verba hinc abeant oportet; et quis requirat? FR. A. WOLF. τοῦ δήμου delere non prudentis est, nedum prudentissimi, sed temerarii Critici. Addidit Demosthenes, quo gravior fieret oratio meliusque eluceret vis illorum, ἐπὶ τῇ τοῦ δήμου προφάσει: id quod ipsi Wolfio suboluit. Nam Reiskii haec verba tuentis ratio nemini probabitur. SCHAEFER.

P. 502. v. 20. μὴ τοίνυν — δεδόσθω — παραίνει] Hanc structuram, negatione ad utrumque imperativum relata, sic accipe: *Non igitur illa, quae nullo teste data sunt, per caussam populi Gelarcho reddere debebas; quorum autem populus ipse testimonia publice fixit, ea revocanda censere.* FR. A. WOLF.

P. 502. v. 22. δεδόσθω] διδόσθω Bekker., operarum, puto, negligentia. SCHAEFER.

P. 502. v. 24. παραίνει] Ita certe cum editt. superioribus et MSS., non παραινεῖ cum Francofurtana. Verum ea editio saepissime ex typothetae incuria, non auctoritate Codd. a vera lectione recedit, ut id aliquando notare et lectorem admonere pene taedeat. Ita pag. prox. v. 7. νὴ τοὺς θεούς, non μὴ τ. θ., et v. 11. ἀξιοῦν τιμᾶσθαι, non ἄξιον τ. Atque ita in locis fere sexcentis. Exemplum sumas ex pag. 483, 28. ss. Wolfius: οὐδέν ἐσθ', ὅτι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακῆσαι λέγεται παρ' ὑμῶν εἵνεκα. Nos: οὐδέν ἐσθ', ὅ,τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. TAYLOR.

P. 502. v. 24. ὁ αὐτὸς] Lubens delerem ὁ ante αὐτὸς cum Ven. Lindenbr. et Ital. TAYLOR. Perperam opinatur Taylorus, delendum esse articulum ante αὐτός. Explicui structuram ad p. 467, 23. FR. A. WOLF. Bekkerus: „ὁ post μηδ' om. S. Y. O. r. fuit αὐτὸς." αὐτὸς Dindorf. SCHAEFER.

P. 502. v. 27. ἧττον] Abest ab edit. P. Manut. ἥττων August. primus. REISK.

P. 502. v. 28. δεινὸς εἰπεῖν] Notatu dignam duco formulam δεινὸς εἰπεῖν, pro qua ubique legere me memini δεινὸς λέγειν. Fuit, puto, caussa mutationis in proximo λεγόντων. FR. A. WOLF.

P. 503. v. 1. χρῆσθαι] χρήσασθαι August. primus. REISK.

P. 503. v. 2. εἰ γὰρ — νομίζω δεῖν.] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 18. SCHAEFER.

P. 503. v. 3. οὐχὶ] Vulg. οὐ. οὐχὶ Paris. primus, August. primus. Et sic dedi. REISK. οὐ revocarunt Fr. A. Wolf. et Bekker. Idem habent Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 503. v. 5. τοίνυν] *Iam*, *Denique*. SCHAEFER.

P. 503. v. 5. οὗτος — λειτουργίας] *Enarrabit fortasse munera pro republ. a se obita.* Ut pro Phorm. p. 964. F. ἀλαζονεύσεται καὶ τριηραρχίας ἐρεῖ καὶ χορηγίας. Latine pari elegantia verbum pro verbo reddas: *trierarchias loquetur et choragias.* Nam sic Latini verbo *loquendi* utuntur de homine, qui rem frequenter in ore habet, praesertim cum iactatione. Notus Tigellius poetae *reges atque tetrarchas loquens.* FR. A. WOLF. Quo melius intelligas Oratoris τὴν παραίνεσιν quae statim sequitur, subaudi: *nec tamen propterea immunitatem sibi datam esse.* SCHAEFER.

P. 503. v. 6. λειτουργίας] Scilicet τὰς ἐγκυκλίους. SCHAEFER.

P. 503. v. 7. παρέσχηκεν, ὥς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τοὺς θεοὺς μᾶλλον κ. τ. λ.] Haec ita forte distinguenda: — παρέσχηκεν, (ὥς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τοὺς θεοὺς) μᾶλλον —. MARKLAND. νὴ τοὺς θεοὺς sine dubio referendum ad ὥς ἔμοιγε δοκεῖ: retuleruntque Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 503. v. 8. αὐτῷ] Scribe αὑτῷ, *sibi.* MARKLAND. Melius, ut nunc quidem textus est, cum Marklando videbatur scribi αὑτῷ. Dispiciendum vero, quum παραινέσαιμι ita nudum insolentia quadam laboret, an verius legatur: παραινέσαιμι αὐτῷ, αὑτῷ τινὰ τιμὴν ὑμᾶς ἀξιοῦν δοῦναι. Quod genus vitii solenne est in libris. FR. A. WOLF. αὑτῷ etiam Bekker. Vere; poscit enim oppositum ἑτέροις. Sed quod Wolfius ait παραινέσαιμι *ita nudum insolentia quadam laborare*, falsum est. Sic enim Graeci saepius loquuntur. Xenophon Hellen. I. 1. 27. παρῄνεσάν τε προθύμους εἶναι. Nec multum placebit auribus αὐτῷ αὑτῷ. SCHAEFER.

P. 503. v. 12. ἐφ' οἷς — φθονεῖν] Rarior constructio φθονεῖν ἐπί τινι. Aliud eius exemplum legebatur in Xenophont. Cyrop. II. 4. 10. oblitteratum ab editoribus novissimis. SCHAEFER.

P. 503. v. 13. κατὰ πάντων τῶν συνδίκων· τούτων πολλάκις —] Distinguendum: κατὰ πάντων τῶν συνδίκων· τούτων πολλάκις —. non: — τῶν συνδίκων τούτων· πολλάκις —. MARKLAND. Vulg. — συνδίκων τούτων, πολλάκις —. Mutavi hanc veterem distinguendi rationem sic: — συνδίκων. *) τούτων πολλάκις —. REISK. — συνδίκων τούτων· πολλάκις —. Sic omnes edd. interpungunt, praeterquam postrema, rationem sequens Marklandi, qui τούτων ad sequentia trahit. Id ego imitatus sum, etsi non omnino persuasus de necessitate rei. Quippe ad illud, εἷς ἕκαστος, nihil vetat in animo repeti αὐτῶν. Sed placet, fateor, vis maior, quae pronomini accedit a loco, quem nunc occupavit. FR. A. WOLF. Miror virum doctissimum de necessitate nostrae distinctionis vel tantillum dubitare potuisse. SCHAEFER.

P. 503. v. 15. τισι] τι Ald. Sed vulgata est in eius indice, item in Lessingiano. REISK.

P. 503. v. 15. πράγμασι] παραδείγμασι ind. Ald., Bavaricus. Neutra lectio satisfacit. Videtur aliud aliquid abstrusius latere. Num παρανομοῦσι legendum est? REISK. Pro τισὶ πράγμασι in quibusdam libris legitur τισὶ παραδείγμασι, alibi τὶ πράγμασι, meri errores scribarum. Eos augere non debebat vir doctus coniectura nova, τισὶ παρανομοῦσι. Dictum est πράγμασι propterea, quod syndici non tantum ad leges defendendas creari solebant, sed ad alia quoque, quae ad rempubl. pertinerent. Porro restat in h. l. quiddam, quod graeci sermonis diligentiorem possit morari. Nam alias quum Attici dicunt ὃ μέγιστον ἁπάντων ὑπάρχει, ὃ δεινότατον πάντων ἐστὶν, ὃ πονηρότατον, aut similiter, tum in consequenti membro inferunt fere ὅτι aut γάρ. Quo in genere particulae γὰρ usus est inchoativus, quem tractavit Hoogeveen. Doctr. Particc. gr. T. I. p. 187., quanquam neglecte re, quam quaerimus. Post prius autem membrum subaudiuntur verba τοῦτό ἐστιν. Atque hic quidem usus loquendi tot exempla habet in Oratoribus et alibi, ut omissio particulae videri possit insolentior. Sunt tamen loca, quamvis rariora, quae hanc breviloquentiam ab omni suspicione defendant. Aeschines in Ctesiphont. p. 434. B. ὃ δ' ἦν ἐπιφθονώτατον· προξενίας τινὲς εὑρημένοι ἐν ταῖς ἔξω πόλεσι διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ δῆμος κ. τ. λ. Demosthenes in Midiam p. 616. A. {ed. Francof.] ὃ δ' οὖν δεινότατον, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· τὰς δίκας, ὡς αὐτῶν οὔσας, ἠφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις. Contra idem de fals. leg. p. 325. C. ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· βουλομένου γὰρ κ. τ. λ. FR. A. WOLF.

P. 503. v. 16. ἔστι δὲ καὶ μάλ' —] Videtur e re ipsa et e v. 25. legendum: ἔστι δὲ παλαιὸς καὶ μάλ' —. REISK. Structuram vides esse: ἔστι δὲ νόμος ὑμῖν, καὶ μάλα καλῶς ἔχων, ubi καὶ in-

*) Sic Reiskius. Mihi placuit signum coli. SCHAEFER.

tendit, non copulat. Aeschines in Ctesiphont. p. 433. A. οὗτος ὁ νόμος καὶ μάλα καλῶς ἔχει. Etiam hoc monere debui propter emendatorem, qui politissimi scriptoris opus tanquam tirunculi pensum tractavit. FR. A. WOLF. Iusta haec querela est: haud raro enim Reiskium ludimagistri specimina tironum refingentis, non critici, personam suscipere videas. De formula καὶ μάλα Wolfius etiam ad Xenophont. Hellen. II. 4, 2. monuit. Advertenda autem adverbii μάλα seiunctio a comite καλῶς. Xenophon Cyrop. II. 2. 3. ὁ δὲ μάλα τοῦτό γε εὐτάκτως ὑπήκουσεν. SCHAEFER.

P. 503. v. 17. τισὶν] Vulg. τις. τισὶν August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. Et sic correxi. REISK. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 503. v. 18. μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα —] Forte μὴ χειροτονηθέντα. Alioqui populo ius suum videbitur eripi. H. WOLF. Lambinus μὴ ἐξεῖναι οὐ χειροτονηθέντα etc., quemadmodum fere et legere et interpretari vides Wolfium. Sed uterque decipitur *). Non hoc dicit Demosthenes: *Syndicum agere plus quam semel, nisi a populi suffragiis ad id muneris deligatur, nefas esto.* verum: *Syndicum* publicum *bis agere* (i. e. defensionem reip. amplius quam semel suscipere novaeque legis condendae patrocinium) *omnino nefas esto.* Et rationem optimam reddit in praecedentibus v. 17. ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐργασία τισὶν (non τις cum edit. Morel., sed τισὶν, hominibus scilic. certis et perpetuis) ᾖ καὶ συκοφαντίαι Et conformiter Scholiastes: οὗτος ὁ νόμος ἐκέλευε μὴ δεύτερον συνδικεῖν. καὶ γὰρ ἅπαξ τοῦτο ποιήσας κωλύεται, ἵνα μὴ διὰ τὸ κέρδος ψεύδεσθαι ἐπιχειρῶσιν. Dicat autem aliquis, monere istas voces, χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, hunc locum non esse simpliciter intelligendum, ita ut ego et tu, amice lector, iam intelligimus, verum, cum de populi suffragiis aliquid dici videatur, nimirum plausibiliter egisse Lambinum et Wolfium, qui syndicatum nemini iterum deferri voluere, nisi id muneris populi suffragiis demandetur. Istud autem a nobis accipe. Syndici erant vel privati vel publici. Illi collegii alicuius, municipii aut universitatis causas agebant, οἱ παρὰ τῶν φυλετῶν ᾑρημένοι, ut loquitur Demosthenes c. Aristocrat.: de quibus nihil praecipit lex. Hi erant civitatis advocati iurisque publici defensores, οἱ συνήγοροι, οὓς ὁ δῆμος χειροτονεῖ, ut loquitur idem c. Timocrat. Ita idem de Corona: τοῦ δήμου ποτὲ χειροτονήσαντος Αἰσχίνην σύνδικον. Ergo χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου designat syndicum publicum, qui hac lege id muneris semel tantum geret. Nesciverunt boni viri, quos iam refello, istud χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου disertim opponi privato procuratori, a suo collegio, tribu aut fraternitate, ut ita loquar, designato.

*) Magis Lambinus, adeo in soloecismum ille delapsus, a quo Wolfius sibi prudenter cavit. SCHAEFER.

Porro syndicos publicos memorare videtur Arcad. Charisius lib. sing. de muneribus civilibus: *Defensores quoque, quos Graeci syndicos appellant, et qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur, laborem personalis muneris adgrediuntur.* l. 18. §. 13. D. de Muneribus et Honoribus. Quos quum id muneris semel tantum praestitisse vidit Petitus, (nam, ut ait Paulus, *defensionem reip. amplius quam* semel *suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet.* l. 16. §. 3. D. eod.) ideo adripuit ad hunc Demosthenis locum illustrandum. Quod sane nollem, quoniam non est eadem utrobique ratio. Syndici enim in Attico iure *excluduntur*, in Romano *excusantur*, et recte: quoniam *tenendum est, personale munus esse, quod corporibus, labore cum sollicitudine animi ac vigilantia exstitit.* l. 1. §. 3. D. eod. Unde recte Paulus: *Suscipere nemo* cogitur. TAYLOR. χειροτονηθέντα sine negatione bene habet. Sententia est: Nemini licete bis advocatum sese legis ferendae gerere, tametsi a populo ei rei delegatur, sed vel eiusmodi studio populari repugnandum est. REISK. Legem ipsis his verbis exhibet Petitus LL. AA. p. 336., ibique ita vertit: *Nemo plus quam semel syndicus a populo creator.* Quae versio recte exprimit vim participii sensumque habet unice verum. Contra Ind. Lamb. μὴ ἐξεῖναι οὐ χειροτονηθέντα, sensu plane alieno, qui tamen etiam Wolfio placuit. Nec Reiskius bene cepit locum. Optime in eo versatus est Taylorus docens, χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου appositum esse ad distinguendum syndicum a privato. Conf. Prolegomm. FR. A. WOLF.

P. 503. v. 18. πλέον] πλεῖον Bekker. SCHAEFER.

P. 503. v. 19. δὲ] Bekkerus: „δὴ S. Y. O. r." Satis placet. SCHAEFER.

P. 503. v. 19. συνεροῦντας] συνεργοῦντας Paris. primus. REISK.

P. 503. v. 21. γελοῖον] γέλοιον Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 503. v. 22. λαβὼν τὸν νόμον αὐτοῖς] Verba sic constituta dat August. primus: λαβὼν αὐτοῖς τὸν νόμον. REISK.

P. 503. v. 25. Οὗτος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, —] Locum hunc citat Aristides Τέχν. p. 274. REISK.

P. 503. v. 27. ἐγὼ δ' ἔτι — καταβήσομαι.] *dicendi finem faciam, de suggestu descendam.* Ita Lysias in Eratosth. v. 441. βούλομαι δὲ ὀλίγα ἑκατέρους ἀναμνήσας καταβαίνειν. Saepissime ἀναβαίνειν et καταβαίνειν legimus in hoc genere, et rarius additur ἐπὶ τὸ βῆμα et ἀπὸ τοῦ βήματος, ut ἀναβιβάζειν quoque, *in suggestum adscendere iubere.* FR. A. WOLF.

P. 504. v. 2. ἢ μικρὰν] [μικρὰν.] L. ἢ μικρὰν. Ita enim edit. Felic. Codd. Aug. Vindob. Obsop. Ital. et Lindenbr. Restitui similiter p. 493, 26. TAYLOR. Vulg. μικρὰν. ἢ μικρὰν August.

primus, Bavaricus, edit. P. Manut. Et sic correxi.' REISK. ἢ plures negligunt: at firmant libri meliores, sententiae vis et locus in Timocrat. p. 806. A. [ed. Francof.], ubi haec sententia eodem modo omnium codicum consensu repetitur. FR. A. WOLF.

P. 504. v. 10. μηδέν'] μηδὲν Paris. primus, nisi potius ille dederit, ut dedit August. primus, μηδέν' cum apostropho. REISK.

P. 504. v. 10. πονηρόν] [τὸν πονηρόν.] Cur tam emphatice, quaeso? Dele articulum cum Vindob. Bodl. Ital. et Reg. α. TAYLOR. Vulg. τὸν πονηρόν. Articulum omittit August. primus. Delevi. REISK. Delent articulum Taylorus et Reiskius. Quod minime improbo. Partim omnino in praedicato, quod Grammatici vocant, nullus est articulo locus; partim, nisi quid arguteris, nulla eius hic potestas esse potest. FR. A. WOLF. Cur igitur articulum retinuit? Falsum autem est quod ait, in praedicato nullum esse articulo locum: fieri enim posse, ut praedicatum iungi sibi articulum poscat, nunc ne tirones quidem, nisi qui prima syntaxis rudimenta nondum tenent, docendi sunt. SCHAEFER.

P. 504. v. 12. εὐεργετῶν] εὐεργεσιῶν Vindob. Vid. supra ad p. 500, 27. TAYLOR. εὐεργεσιῶν Paris. primus, quintus, septimus, August. primus, Pannon. Obsop. Venet. REISK. Receperunt hoc Fr. A. Wolf. et Bekker. V. illum ad p. 500, 22. SCHAEFER.

P. 504. v. 15. παρανομίας] Vulg. παρανοίας. γρ. παρανομίας margo Lutet., quae videtur Lambini coniectura esse. Praetuli παρανομίας, *violationis legum*, tametsi lectionem hanc in nullo meorum reperi. Insequentia hoc postulant demonstrantia, iniuriam hanc esse leges de poenis criminum latas violantem. REISK. Haec lectio in marg. Ben. annotata a libris quidem nullam videtur auctoritatem habere et ingenio potius Lambini deberi. Habet eam tamen et Wolfius in altera editione sua, qua uti soleo. Verum ea lectio, undecunque est, ab omni consequentia loci adeo commendatur, ut morosissimi iudicis calumnias statim conspecta repellat. Itaque et Taylorus et Reiskius receperunt. Stulte rusticeque Oratorem loqui fecerunt librarii, qui dederunt παρανοίας. FR. A. WOLF.

P. 504. v. 16. τὰ δεινόταθ'] Absunt ab Aristide p. 260., qui etiam ὑμᾶς dat. REISK.

P. 504. v. 16. ἡμᾶς] Sic omnes vulgo praeter Aristidem Art. p. 468. et Wolfium in versione. FR. A. WOLF. Recepit ὑμᾶς. SCHAEFER.

P. 504. v. 17. ὡς χρὴ μηδὲν] [μηδὲν ὡς χρή.] Forte μηδενὸς χρή. Editio Parisiensis habet ὡς χρὴ μηδὲν. MARKLAND. μηδ' ὡς χρὴ August. primus, Vindob. Bavar. Aldina, ad quam Weimar. et Lessing. corrector annotavit μηδὲν ὡς, ut est in Pauli editione. Locus utique videtur suspectus neque satis dum emendatus. Vulgata quidem lectio neque auctoritate codicum nititur, neque loci vulnus sanat. Videntur haec verba legis fuisse: Μηδ', ὡς ἄρ'

ἢ, τίμημα ὑπάρχειν, scilicet δεῖ. *Neque oportet a iudicibus poenam irrogari, utcunque res est, quaecunque natura est rei, de qua pronunciandum sit.* REISK. μηδὲν ὡς χρὴ — ἐξέστω. Locus est classicus de lege, qua cautum est, ne a iudicibus cuiquam unius delicti plures poenae irrogarentur. παθεῖν *poenam corporis* spectat, ἀποτίσαι *pecuniariam.* Conf. Herald. Animadv, ad I. A. et R. III. 1. Lectio vero nostra, μηδὲν ὡς χρὴ, est ex Felic. Man. Wolf., eandemque videntur dare voluisse editt. principes et codices ii, qui habent μηδ' ὡς χρή. Ben. autem dedit ὡς χρὴ μηδέν. Quae talis variatio movit textus corrupti suspicionem. Ita Wolfius coniecit μηδενὶ ὡς χρὴ, Marklandus μηδενὸς χρὴ, Reiskius, ut est audaciore ingenio, ὡς ἄρ' ἢ, τίμημα ὑπάρχειν, scilic. δεῖ, *iudex ne poenam irroget, q u a e c u n q u e n a t u r a e s t r e i, d e q u a p r o n u n c i a n d u m s i t.* Idemque Aristarchus deinde quoque sollicitat ὁπότερον, casu accusativo offensus, quum alibi solenne sit τιμᾷν τινί τινος. Corrigit ergo ὁποτέρου, casu gignendi. Sed fallitur vir doctus, ut solet. ὁπότερον, ut et ἀμφότερα, quod ab eo intactum relinquitur, ad infinitivos pertinet, non ad τιμήσῃ, et vertendum *utramcunque poenam iudices iniungant.* Illuc ut redeamus, in verbis μηδὲν ὡς χρὴ τίμημα ὑπάρχειν septima ratio superest, ut illud, ὡς χρὴ, dicamus infinitivo explicando olim in margine adscriptum. Vid. not. ad p. 459, 20. Unde intelligi liceat, cur ita varietur in libris. At post infinitum ὑπάρχειν utique dici debuisset ἐξεῖναι. Sed commutata ratio nostra sane nec insolens est, neque ullo modo dura. Similiter posthac εἶναι legitur imperativis interiectum. FR. A. WOLF. μηδὲ [ὡς χρὴ] Bekker. Vere, ut opinor. Sunt haec verba decerpta e media lege. SCHAEFER.

P. 504. v. 18. ὁπότερον] Accipi potest pro πότερον. *utrum patiendi corpore an aere luendi sententiam iudices pronunciaverint.* Malim tamen ὁποτέρου, *utrius horum duûm, poenae corpore tolerandae an multae aerariae.* Dicitur enim τιμᾷν τινὶ τινὸς, scilicet ποινὴν, *aestimare alicui litem* ἀξίαν τινὸς, *dignam aut supplicio aut multa.* REISK. ὁπότερον iure tuetur Fr. A. Wolfius ad v. 17., sed perperam negat ad τιμήσῃ pertinere. Fugitne virum graece tam doctum τιμᾷν τίμημα bene dici? Infinitivi autem παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι addita sunt ἐπεξηγήσεως χάριν. SCHAEFER.

P. 504. v. 20. ἀποτῖσαι] Vitioso accentu ἀποτίσαι (qui optativus est) Reisk. et Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 504. v. 21. οὗτος] οὕτως August. primus. REISK.

P. 504. v. 21. ἀπαιτήσῃ] αἰτήσῃ Paris. secundus, Bavaricus. REISK. Significantius compositum. αἰτεῖν enim valet *omnino petere,* ἀπαιτεῖν *petere quod tibi debitum sit.* SCHAEFER.

P. 504. v. 22. καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω] Ulpiani observationem, idem esse καὶ quod ἢ, falsam Orator ipse arguit, nec ego ita intelligam virum praeclarum, qui Scholion hoc laudat ad Petitum LL. AA. p. 610., quasi illud in hoc ipso loco comprobet. In seqq. ἐνδείξεις et ἀπαγωγαὶ formae sunt accusationum,

de quibus vid. Salmas. de M. U. p. 773. seqq. et Herald. ad I. A. et R. p. 320. FR. A. WOLF.

P. 504. v. 23. ἐνδείξεις] V. Anecd. Bekk. p. 187. in. 250, 10. Zonaras c. 721. S. SCHAEFER.

P. 504. v. 23. ἀπαγωγάς] V. Anecd. Bekk. p. 200, 25. 414, 18. *) 23. SCHAEFER.

P. 504. v. 25. ἔστω] ἔσται Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 504. v. 25. ἐάν τις—ἄρχῃ] Lambinus structuram complanavit emendando ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Recte. *si quis munus publicum gesserit, cum civitati obaeratus esset.* Ita Demosthenes c. Timocrat. καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Auctor Argumenti huius orationis: οἵσπερ οἱ δικάζοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι. TAYLOR. Vulg. ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ. ἐάν τις δ' ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ August. primus. ἐάν τις δ' ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἀχθῇ Vindob. Transposui verba sic: τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ. Videtur in lege fuisse ἐὰν δ' ὀφείλων et illud τις e scholio irrepsisse. REISK. ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ. Lambinus coniicit ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Vind. et Aug. 1. ἐάν τις δ' ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ. Medentur scilicet sic traiectioni, quae non egebat medela, ut supra docui. Conf. simile exemplum p. 506, 1. ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ. Rem ipsam quod attinet, Athénis magistratu fungi, aut iudicem fieri, aut omnino rempublicam attingere, h. e. cum populo agere, non licebat eis, qui essent ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει, h. e. *debitores aerario reip.*, quod in arce fuit ἐν ὀπισθοδόμῳ. Ibi etiam, qui publico debebant, tabulis aut columnis inscribebantur, quippe ἀτιμίᾳ quadam notati et ipsi, et eorum defunctorum filii. Res nota est, etiam de capitali supplicio. Conf. Orat. in Midiam p. 632. B. [ed. Francof.]. FR. A. WOLF. ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ etiam Bekker. Recte: talibus enim traiectionibus nihil crebrius. V. Apparat. T. I. p. 448. T. II. p. 246. Plutarchus T. II. p. 200. R. τῷ φυλάττοντι δαίμονι τὸν Τιμολέοντα. statimque: τὸν ἐκ πολλοῦ παρόντα θυμὸν αὐτῷ. Ut in librorum dissensu hoc syntaxis schema, nisi alia obstent, praeferre nemo dubitet. SCHAEFER.

P. 505. v. 2. αἰσχρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, —] Citat h. l. Aristides *T.* p. 262. et 268. REISK.

P. 505. v. 2. αἰσχρὸς] αἰσχρὸν P. Manut. αἰσχρῶς Aristides p. 268., qui etiam pro νόμος dat λόγος et ὁμοίως. REISK.

P. 505. v. 3. καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ] Notavit hoc genus loquendi Aristides p. 468. et 470. Nam novum nomen unum aut alterum exspectes addi prioribus, φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ. Subita igitur

---

*) Legas ibi τὸν ὁ δεῖνα. Quod notabile. Causam huius formae v. in Etymol. M. c. 614, 48. SCHAEFER.

praeteritio, qua peius quiddam cogitandum auditori relinquitur, a lectore intervallo post copulam facto indicanda est. FR. A. WOLF.

P. 505. v. 5. τοιούτοις] τούτοις P. Manut. REISK.

P. 505. v. 5. τοιούτοις — χρῆσθαι] Sententia horum verborum esse nequit alia, quam haec: *Huiusmodi quibusdam vitiis obnoxius esse videtur legis auctor.* Sed conveniret melius: *Huiusmodi vitia deceant personam Leptinis.* Quae sententia possitne e verbis graecis, ut iacent, erui, dubito. REISK. V. H. Stephanus Thes. c. 3555. C. SCHAEFER.

P. 505. v. 10. γενήσωνται] Rarioris usus esse puto subiunctivum futuri γενήσωμαι apud probos et vetustos Graecos scriptores. Scribendum videtur γενήσονται, ut p. 489, 23. ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται. et v. 25. h. p. ὅπως μηδεὶς φόνος γενήσεται. Et ita passim. MARKLAND. γενήσονται Felic. Manut. Bodl. et Lindenbr. TAYLOR. γενήσονται. Ita Lind. et Bodl. cum Felic. et Man., vulgo γενήσωνται obtinet ex Ald. Ben. aliisque plurimis. Et hoc quoque mendum Reiskius propagavit, etsi iam Marklandus monuerat, *futurum subiunctivi* apud probos scriptores *usus* esse *rarioris*. Dicere modo debuisset *nullius*, et pro *futuro* voluit *aoristum*. Vid. notata a nobis ad p. 470, 8. FR. A. WOLF. γενήσονται Bekker. γενήσωνται Graecum quidem est, sed Graecitatis cadentis. V. Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 721. SCHAEFER.

P. 505. v. 10. οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι] Rarior constructio. Similia dedi Ind. ad Apollon. Rhod. p. 672. b. SCHAEFER.

P. 505. v. 10. φόνοι] φθόνοι Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 505. v. 12. ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις —] Commemorat Draconem, quia leges illius reliquae quidem, at non hae, quae essent de caede, Solonis legislatione sublatae erant. FR. A. WOLF.

P. 505. v. 13. αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλον] [αὐτόχειρα ἄλλον.] Plenius Aug. Vindob. et Reg. α. αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλον. TAYLOR. Vulg. αὐτόχειρα ἄλλον. αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλον August. primus, Bavaricus, Aldus. Et sic correxi. REISK. In αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλον media vox*) ab editt. omnibus abest. Habent autem eam Par. 1. Vind. Aug. 1. Bav., et hinc iure in ordinem reduxit Reiskius. De ipsa voce αὐτόχειρ, ab Atticis huius aetatis usurpata pro antiquiore αὐθέντης, h. e. *aut sui aut aliorum interfector*, vid. Arnald. Lectt. gr. p. 25. et Valckenar. Diatr. Eurip. p. 189. FR. A. WOLF.

P. 505. v. 15. χερνίβων] χέρνιβος cum Ulpiano habent MSS.

---

*) Vitium satis frequens. Pausanias VII. 26. 6. τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε καὶ ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα. Citavit h. l. Fr. A. Wolfius Prolegomm. ad Homer. p. CXLIII. securus vitii, quod adeo manifestum est, ut ne caligantes quidem oculos fugere posse videatur. Nempe legendum καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ: id quod dudum monui ad Longi Pastoral. p. 363. Monuit etiam Coraës. SCHAEFER.

Ald. et Ven. TAYLOR. χερνίβων etiam Bavaricus, sed cum terminatione ος superscripta. Est idem χέρνιβος et εἴργασθαι (pro εἴργεσθαι) in Venet. in Aldi indice et in Ulpiano. REISK. Verba χερνίβων — ἀγορᾶς petita videntur e veteri lege, quae integra hodie non exstat. Mala autem fertur lectio χέρνιβος, quam Schol. explicat de vase. Sic quidem Andocides iungit χερνίβοις καὶ θυμιατηρίοις Orat. IV. p. 127. Verum ibi necessario scribendum χερνιβίοις. Nam omnino formae χέρνιβον vix alia auctoritas adest, quam quae ducitur ex Iliad. ω, 304., versu ne ab omnibus quidem olim genuino habito. Vulgata nostra scriptura χερνίβων significat *aquam lustralem*, ut optime docet Athenaeus laudatus nuper a Sophoclis sospitatore ad Oedip. T. 236. seqq., qui versus ad h. l. comparati docebunt, quam apte ritibus Atticis apud poetam Oedipus percussorem Laii exsecretur:

Τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστὶ, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ,
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασι
κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν,
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
τοῦδ' ἡμὶν ὄντος — — — — —

Iam lustrationes, a quibus homicidae arcebantur, fieri solebant et sacris in locis, et in foro. Vid. Aeschin. in Timarch. p. 268 E. et in Ctesiphont. p. 456. E. Mox et σπονδῶν et κρατήρων pertinet ad sacrificia. Nam κρατῆρες libationibus adhiberi soliti solenniter componuntur cum σπονδαῖς. Ut Orat. nostri de fals leg. p. 338. A. [ed. Francof.] Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα — ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς, ἐπὶ ταῖς θυσίαις, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε. Ceterum inest vocabulis nostri loci coniunctis notio ademti *universi iuris civitatis*, τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πάντων, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν, ut Demosthenes loquitur in Aristocrat. p. 731. C. Similiter Antiphon Orat. XV. p. 762. εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων. Conf. Herald. ad Y. A. et R. VII. 23. FR. A. WOLF. χέρνιβος recepit Dindorf. Ego non ausim. SCHAEFER.

P. 505. v. 17. τινας] τινα Bavaricus. REISK.

P. 505. v. 18. ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι] Exempli caussa, si cui vis illata esset, seu moechum apud uxorem, matrem etc. deprehendisset. His modis qui caedem patrasset, eum Draco voluit esse *culpae insontem*, καθαρόν, ὅσιον, εὐαγῆ, ἀθῶον. Conf. Petiti librum saepe nobis laudatum p. 619. FR. A. WOLF.

P. 505. v. 18. ἐξεῖναι] Scilicet ἐβούλετο vel διώρισεν e versu sequente. REISK. Immo infinitivus regitur a formula ἐφ' οἷς, comparabili illa cum vulgari ἐφ' ᾧ s. ἐφ' ᾧ τε. SCHAEFER.

P. 505. v. 18. ἀποκτιννύναι] ἀποκτεινύναι Paris. primus, August. primus. REISK. V. Buttmannus Gramm. Gr. mai. II. 1. p. 175. et not. ad p. 528, 6. SCHAEFER.

P. 505. v. 19. ἀποκτεῖναι] ἀποκτείνειν margo Lutet. REISK.

P. 505. v. 20. ὑμῖν] ἡμῖν August. primus. REISK. Statim corrig. νόμοις. SCHAEFER.

P. 505. v. 22. Ἀθηναῖοι] Post h. v. Bekkerus posuit signum coli: ut quatuor haec verba, μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, sola per se intelliguntur. SCHAEFER.

P. 505. v. 25. χάριν] χάριν, quod abest ab Aldina, corrector Weimaran. addidit et Lessing. REISK.

P. 505. v. 27. τοὺς εὑρομένους] Participio tacite addi debet χάριν aut τιμήν τινα e prioribus, χάριν κομίσασθαι. FR. A. WOLF.

P. 505. v. 27. Δημοφάντου] Vulg. Διοφάντου. Δημοφάντου Paris. secundus, quintus, septimus, August. primus, Bavaricus. Δημοφάντῳ e codd. mstis praefert Valckenarius ad Herodot. p. 398. REISK. Columnam Demophanti, h. e. populiscitum statim post exactos tyrannos auctore illo (Δημοφάντου εἰπόντος) factum et columnae de more insculptum, praeter nostrum laudant duo Oratores, Andocides de Myst. p. 48. et Lycurgus in Leocrat. p. 223. seqq. et in priore horum etiam servatur formula iurisiurandi tum perscripta, e qua ea apponam, quae nostro consona sunt maxime. Ἐάν τις κτείνων τινὰ ἀποθάνῃ ἢ ἐπιχειρῶν, εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἁρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν. Ubi verba tantum habes alia, rem eandem. Sic ἄν τίς τι πάθῃ est pro illo, ἐάν τις ἀποθάνῃ, euphemismus notissimus. At legitur in loco Demosthenis vulgo τῆς Διοφάντου στήλης. Quod mendum plures in fraudem deduxit, ut Fabricium Bibl. gr. IV. 22. p. 16., qui male rem refert ad Diophantum Archontem Olymp. 96, 2. Occurrit quidem psephisma Diophanti apud nostrum de fals. leg. p. 306. E. [ed. Francof.], sed id longe alius generis et aetate posterius. Veram scripturam nominis, Δημοφάντου, clare servant Par. 2. 5. 7. Aug. 1. et Bav. Quibus accedit Ulpianus, non correctus ille ad textus depravationem, sed qualem habent editt. principes, quae etsi ipsae quoque in contextu tenent Διοφάντου, tamen in Schol. verum sequuntur. Vitium loci primus detexit Valckenarius ad Herodotum V. 55., eique recte paruit Reiskius, ceterum peccans statim in hoc, quod post Ἀριστογείτονι putat excidisse δεδώκατε. Cui demum vel latini sermonis perito haec ellipsis insolens videatur? FR. A. WOLF.

P. 505. v. 28. ὀμώμοσται] ὀμώμοται Bekker. e libro optimo. V. Buttmannus Gramm. Gr. mai. II. 1. p. 198. s. SCHAEFER.

P. 506. v. 2. Ἀριστογείτονι] Post h. v. deesse videtur δεδώκατε. REISK. V. not. ad p. 505, 27. SCHAEFER.

P. 506. v. 5. οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον — τὰ μέλλοντ' ᾔδεις;] — μελλόντων οὐ ταὐτὰ λέγει. Mox v. 11. ᾔδεις

ἀντὶ τοῦ προὐνόεις. Sed quid si legas addita negatione: εἰ τὰ πρὸ τοῦ μὴ κατεμέμφου, scilicet πραχθέντα Ἀριστογείτονι καὶ Ἁρμοδίῳ τοῖν τυραννοκτόνοιν. *Si ea, quae olim facta sunt,* (scilicet liberata rep. caesisque tyrannis,) [*non reprehendis*], *cur non illud quoque providisti, si quid eiusmodi in posterum accideret?* H. WOLF. Iam fere ad metam Orationis ventum est, cum singulare hoc comma, quod argumentationem non levem aut vulgarem continet, mihi molestias magnas excitaverit. Nam, si quid ego iudicem, Wolfius uno in loco contra fidem plurimorum et praestantiorum Codd., in altero omnium aliud nobis commendaverit, ac voluit ipse Demosthenes. Primo enim v. 10. omnes editt., omnes scripti Codices negativam istam particulam respuunt et uno ore legunt εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου: deinde editt. Ald. et Paris. cum Codd. Regg. et Ven. v. 7. negationem etiam excludunt et legunt, περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων (vel καὶ περὶ τῶν μελλόντων, ut Vindob.) ταὐτὰ λέγει. Si ergo haec lectio, quae tantam auctoritatem secum ferat, (tantam nimirum; ut omnium Codd. consensum habeat,) non deteriorem sensum, immo si longe praestantiorem repraesentet, tu non dubitabis, quid sequare. Hoc videtur velle Orator: Si priorum temporum liberalitatem reprehendas, cur ista tua lege, quae sancit μηδὲ τολοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι, liberalitatem futurorum etiam claudis? cur non rationem habuisti posteritatis? Sint Chabriae, sint Cononis res gestae et opinione omnium et praemiis, quae consecuti sunt, minores: esto, ut resp. honorum fuerit liberalis nimio. At unde scis, ea tempora non olim reditura, ubi bonis civibus, ubi Harmodiis iterum fuerit opus, ubi resp. suorum civium merita liberalitate vincere non poterit? εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου, τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; *Se biasimi le cose passate, che sai tu di quelle, che hanno a venire?* Ergo omnino fieri nequit, ut ea lex commode lata sit, quae eadem de praeteritis statuit, eadem de futuris, quorum eventus incerti et variae in utramque partem inclinationes a nullo legislatore rite comprehendi possunt. οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, ὃς περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων ταὐτὰ λέγει. *Non si debbe per buona tenere una legge, che delle cose passate e delle future parimente determina.* ut recte versio Italica. Lambinus etiam in hoc loco particulam negativam reduxit. Tu in utroque delebis. TAYLOR. Locum hunc utri vexarint peius, editores an librarii, difficile est dictu. Nam primum negatio et ante ταὐτὰ et ante κατεμέμφου *) in plerisque exemplaribus, scriptis, editis, adest nulla, nisi quod priore loco οὐ dedit Felic., unde id transiit in textum Man. et Wolfii et in Ind. Lambini; posteriore autem loco unus Wolfius prorsus de suo invexit voculam μή. Indignatur id Taylorus,

---

*) Quibus locis οὐ invexit Halensis Criticus: quo iure, infra dicam. SCHAEFER.

quod is in altero loco ita contra fidem *plurimorum* et praestantiorum codicum, in altero contra *omnium* aliud inculcarit, ac voluerit ipse Demosthenes. Iam de codicibus cum optimo quoque hanc tenemus sententiam, eorum quidem fidem editori esse religiose sequendam, modo ne in literas et apices sic iuret, ut sensum communem eiuret. Quod vero Taylorus se iactat scire, quid Demosthenes voluerit, aut Taylorus aut ego turpiter fallimur. Multo enim aliud in Oratore video, atque ille. Sed sententiam quomodo sine negationibus expediat vir doctus, ipsis verbis eius docendum est, praesertim quum omnino desperem, fore unquam, ut vim eorum satis assequar. „Hoc ergo" inquit „videtur Orator velle: Si — — — —. ut recte versio Italica." Hactenus ille. Atque haec vocat *sensum*, eumque longe praestantiorem altero, ex appositis negativis manante, nec amplius dubitaturos nos dicit, quid sequamur. Et placuit haec crisis postremo editori ita, ut utramque negativam fidenter expunxerit, posteaque scripserit: τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντ' ᾔδεις; *) In notis tamen idem triplicem proponit modum emendandi: primum, ut omittatur τί ante μή, uti facit Aug. 1. et Bav.; secundum, ut legamus εἰ τῶν προτοῦ κατεμέμφου τι, μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; tertium, ut, reiecto τὶ post μή, scribamus εἰ τὰ προτοῦ κατεμέμφου, μή τι καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; *Priorum si te poenitebat, num quid etiam futura praevidebas?* Ad has tantas divitias accedit Marklandus clare legendum pronuncians τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες; *cur non futura considerasti?* Credo equidem, uti leviter nunc locus a me mutatus est, in eo neminem graece doctum quidquam inventurum, quod culpae speciem habeat. τὰ παρεληλυθότα, quod paullo post dicitur τὰ προτοῦ, patet referri ad *Harmodii et Aristogitonis honores et praemia.* τοιοῦτοι sunt *tales, quales sese praestarunt illi duo.* μὴ **) καταμέμφεται τὰ προτοῦ Leptines, *quum praemia duobus illis decreta lege sua probat et firmat, quum illos lege plane vult exceptos.* Iam se sponte sententia loci offert haec: *Nullo pacto lex ista probari potest, quippe quae aliud de rebus actisque praeteritis statuat, aliud de futuris, neque ex aequo utraque iudicet. In uno quidem capite legis Leptines scripsit: ne quis immunis esto, exceptis Harmodii et A. posteris. Praeclare! Laudo, quod hactenus illis viris suos honores reliquit, sua praemia ac populi decreta rata habet. At idem cavit in altero capite, ne omnino porro liceret immunitatem in quenquam conferre. Hic vide mihi, vir optime, quam tecum ipse discordes. Hic posteris Harmodii et A. immunitatem olim tributam ratam habes, illic, ne cuiquam ea in posterum unquam tribuatur, vetas.*

*) Eodem modo scripsit Halensis, nisi quod dedit μέλλοντα, hiatuum amore perditus. SCHAEFER.

**) Voluit, certe debuit scribere οὐ. SCHAEFER.

An tribuere eam ne illum quidem licebit per te, o bone, quum in civitate forte erunt Harmodio et Aristogitoni similes? Talesne quoque hocce praemio ornandos negas? At qui in civitate nostra olim facta reprehendere non es ausus, qui tyrannicidarum posteros lege tua solvis, quid? num tu etiam futura n o r a s, q u u m l e g e m s c r i b e r e s? Num certum tibi erat, nunquam talia tempora reip. reditura esse, in quibus ad statum popularem a dominatu defendendum Harmodiis opus sit; ut summe nos poenitere debeat praemia sustulisse etc. Sed haec verecundius expressa sunt et sine ullo verbo male ominato. Particula ὅτι alienum responsum annunciat, ut p. 468, 25. *Dices quidem tu aut alius, procul nos abesse a tali exspectatione* etc. Sufficiant haec ad totius loci tenorem declarandum, nec lubet Taylori commentum illud exagitare, quo bonam legem negat esse, quae de praeteritis et futuris eadem statuat. Neque id commentum iis defenditur, quae dixit de eventibus temporum incertis, a nullo legislatore provisis, qui ad leges variis modis immutandas valeant. Quippe id h. l. Demostheni invito obtruditur, qui rem eloquitur nude et simpliciter, et pro more suo multo dixisset accuratius et ad communem hominum sensum aptius, si cum Tayloro voluisset sophistam agere. Quam saepe veteres Oratores dicunt, leges vultum omnibus eundem exhibere, et *omnibus una eademque voce oportere loqui*, ut Ammianus Marcellinus ait XXVII. 6. Vere ergo scriberetur οὐ ταὐτὰ λέγει, etsi nullus liber addiceret. Atque ita etiam ante κατεμέμφου negativam requiri superiora clamant. Ac nihil est hoc vitio sollennius, ut οὐ post τοῦ extritum sit. Nam Wolfii coniecturam μὴ abieci, quia in mea ratione ad maiorem facilitatem corruptelae illud quoque accedit, quod alteram particulam haud paullo melius usus loquendi fert. Scilicet verba εἰ τὰ προτοῦ οὐ κατεμέμφου suppleri possunt addendo ἀλλ' ἐπαινεῖς. *) In hoc autem genere dicendi negativa οὐ optime locum habet, rarius et minus bene μή **). Denique ne ultimo quidem membro inoffensum pedem editores referre potuerunt. Nam male vulgo coniunctim legitur τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; Quod Wolfius vertit: *cur non futurorum etiam rationem habuisti?* Nullus vero locus est particulae μή, quum sic interrogamus: *cur non?* Tum et lex sermonis et usus postulat οὔ, respuit μή. Sic

---

*) Lehnerus ubi de hac Wolfii ratione scripsit Philol. Cur. p. 20. s., Demosthenis citavit locum p. 276, 6. ss., ut ostenderet Oratorem μήτε pro οὔτε posuisse. Falso. Vertendum enim: *si nec Thessali sequerentur, nec Thebani transitum concederent.* Conf. v. 1. SCHAEFER.

**) Verius sic: οὐ poni licet, quando negatio refertur ad sequentem vocem cum eaque sic coalescit, unam ut ambae notionem efficiant: μή ponitur, quando negatio pertinet ad particulam conditionalem. Conf. quae monui in H. Stephani Thes. c. 8523. B. SCHAEFER.

soloece dicas τί μὴ ἐποίησας τοῦτο; *Cur hoc non fecisti?* Quod ratio haec ipsum Marklandum fugit, qui tamen in reliquis loci plus, quam ceteri, intellexit, id ego mirarer, nisi aliunde constaret, has in Demosthenem notas a viro summo effusas potius esse, quam scriptas. *) At enim exempla sunt, ubi in interrogationibus iunctim ponitur τί μή. Haec ne quem aliquando deludant, neu dissimilia pro similibus habeantur, rem quasi praetereundo explicabo. Legimus quidem in Aristid. Declam. Leptin. §. 94. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν καλόν τι καὶ δίκαιον, ὦ οὗτος, τὸ τῶν δωρεῶν οἴει καὶ τῇ πόλει συμφέρον, τί μὴ πᾶσιν ἁπλῶς αὐτῶν μεταδίδως, ἀλλὰ τοῖς μέν, τοῖς δ' οὔ; εἰ δ' ἀλυσιτελεῖς εἶναί σοι δοκοῦσι, καὶ κατέγνως αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι νομίζεις, τί μὴ καὶ πάντας τούτων ἀποστερεῖς; Hic vero μὴ copulandum non est cum pronomine τί, sed in priore loco cum πᾶσιν, in posteriore cum πάντας, ibique verba τί μὴ καὶ πάντας idem valent, quod τί καὶ μὴ πάντας, ἀλλ' ἔνιοι **), quod verbum, ἔνιοι **), latet in τοῖς μέν, τοῖς δ' οὔ. ***) Itaque μὴ in utroque loco positum est plane †), uti supra apud nostrum p. 457, 13. μή τινες, ἀλλὰ πάντες, et ultima latine verti possunt: *Sin donationes prorsus tibi inutiles videntur, cur quosdam tantum praemiis suis spolias, cur non omnes?* Iam quod ex aliquot editt. sumsi, τί; μὴ —, haec vim habent et acrimoniam quandam interrogantis, quae potestas saepe in solo μὴ interrogativo inest. Longior in h. l. factus sum subtilitatis studio. Nec usquam in tota Oratione maiores, fluctus et inutilius ab Intpp. excitatos vidi. FR. A. WOLF. Maximos excitavit ipse, idque, ut mihi persuasi, in simpulo. Tayloro enim plane assentior: assensusque est, credo, etiam Bekkerus, cum Reiskii scripturam teneret. Singula deinceps perstringam. SCHAEFER.

P. 506. v. 6. καλῶς] Typothetae negligentia in Dindorfianam invexit κακῶς. SCHAEFER.

P. 506. v. 6. τῶν παρεληλυθότων] Infra v. 10. τὰ πρὸ τοῦ. Halensis refert ad Harmodii et Aristogitonis honores et praemia. Male: atque hic fons est omnis erroris. τὰ παρεληλυθότα s. τὰ πρὸ τοῦ sunt *quae acciderunt ante legem a Leptine latam: τὰ μέλλοντα, quae postea accident.* SCHAEFER.

P. 506. v. 6. καὶ μελλόντων] καὶ περὶ τῶν μελλόντων Paris. primus, August. primus, Vindob. Post μελλόντων addit corrector

---

*) Conf. quae monuit Reiskius ad p. 276, 10. SCHAEFER.

**) Voluit ἐνίους. SCHAEFER.

***) Omnia vana. Sophista posuit μή, cum proprietas Graecismi οὐ poni posceret. Sic vero citerior Graecitas illa negatione saepissime abutitur. Apud Plutarchum, ut hoc utar, dici vix potest quoties hic soloecismus occurrat. SCHAEFER.

†) Fallitur. Demosthenicus ille locus indicat conditionem. SCHAEFER.

libri Weimarani οὐ μόνον μή. P. Manutius sic dedit: μελλόντων οὐ ταὐτά. Unde repetiit index Lambini. REISK. καὶ τῶν μελλόντων Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 506. v. 7. ταὐτὰ λέγει] Scilic. ut tollit immunitatem prius datam, ita vetat dari in posterum. Conf. p. 457, 15. SCHAEFER.

P. 506. v. 7. πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος] Hac exceptione vide quam callide Orator utatur: nam quod inde colligit, ita comparatum est, ut Leptines suo sibi argumento confutetur. Quare statim tanquam sibi plaudens addit καλῶς. SCHAEFER.

P. 506. v. 10. τοιοῦτοι] quales nempe fuerunt Harmodius et Aristogiton. REISK.

P. 506. v. 10. εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου] *si displicebat tibi ante datam esse nonnullis immunitatem, quod hoc dono indigni viderentur.* SCHAEFER.

P. 506. v. 11. τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντ' ᾔδεις;] Clare legendum: τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες; *cur non futura considerasti, in futurum prospexisti?* quod v. ult. vocat τὸ μέλλον προορᾶσθαι. Sic τοὺς καιροὺς ἰδών, *tempora intuens*, p. 473, 21. Dicit: *Si honores Harmodio et Aristogitoni o l i m habitos non reprehendis, quare i n f u t u r u m a similibus honoribus excludis eos, qui Harmodio et Aristogitoni similes esse possunt?* MARKLAND. τί; μὴ deest Vindob. Solum τί deest August. primo et Bavarico. μέλλοντά τ' ᾔδεις Vindob. F. voluit γ' dare pro τ'. Patet vitium loci, quod tolli triplici modo potest, aut omittendo τί cum Augustano et Bavarico, aut sic legendo: εἰ τῶν πρὸ τοῦ κατεμέμφου τι, μὴ καὶ τὰ μέλλοντ' ᾔδεις; *Quod si vetustiorum illorum quidquam incusabas, num futura tenebas?* aut denique transponendo τι post μή, ut sit: εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου, μή τι καὶ τὰ μέλλοντ' ᾔδεις; *Priorum si te poenitebat, num quid etiam futura praevidebas?* ubi τι plane ut in latinis *quid* redundat. REISK. Vulgata est longe sanissima. SCHAEFER.

P. 506. v. 11. ὅτι νὴ Δία κ. τ. λ.] Sententia est: *Procul ais nos abesse ab illa luctuosa spe, fore ut exsistant aliqui Harmodio similes, qui nos a tyrannis liberent. Simus enimvero* —. REISK. ὅτι — ἐσμέν est ὑποφορά, indice etiam formulâ in tali schemate solenni νὴ Δία: quam statim sequitur ἡ ἀνθυποφορά, καὶ εἴημέν γ' —. *At hercle a tali metu nunc longe absumus. Utinam absimus* —. SCHAEFER.

P. 506. v. 12. τοιοῦτον] τοιοῦτ' August. primus. REISK. τοιοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 506. v. 12. εἴημεν] Ita, non cum editorum nonnullis et Wolfio, qui et similiter quoque interpretatur, εἴη μέν. TAYLOR.

P. 506. v. 13. ἀλλὰ χρή γε — νεμεσῆσαι] Citat h. l. Lexicon apud Montfaucon. Biblioth. Coislin. p. 497. REISK. Citant Anecd. Bekk. p. 158, 12. Sensus: Sed oportet nos, cum homines simus,

et in loquendo et in legibus ferendis procul habere superbiam, ne forte nos Nemesis ulciscatur. SCHAEFER.

P. 506. v. 13. καὶ] καὶ prius non habent Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 506. v. 14. οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσῆσαι] Ex veteri superstitione bonorum invidiosa praedicatio homini credebatur fortunam, quae adesset, parum tutam *) atque adeo deorum iram concitare. Quid? quod πᾶν θεῖον φθονερὸν putarunt, ut ex Herodoto constat. Eam sententiam aliquis nuper ex instituto misere vexavit singulari scriptione, Solonem et reliquos priscos sapientes ex nostris ingeniis iudicans. FR. A. WOLF.

P. 506. v. 14. μηδεὶς ἂν] ἂν μηδεὶς Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 506. v. 15. πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι] Sententia est: *sortem quamcunque non alienam ab eo, qui homo sit, existimare.* Potest resp. nostra in eiusmodi tempora incidere, ubi opus sit viris egregie de se merentibus eoque munera eximia postulantibus. REISK.

P. 506. v. 16. ἤλπισαν] Omnino ἐλπίζειν est *exspectare*, unde interdum occurrit sensu *timendi*, quae tamen propria vis verbi non est. In hunc modum accipias, quae traduntur ab Intpp. ad Thomam M. p. 299. FR. A. WOLF. Reisigius ad Sophocl. Oed. Col. Enarrat. p. CLXIX.: „Graeci atque Latini *sperandi* verbum usurpant in metu, ita nempe, ut quis se *neget sperare* malum: et nos: *ich hoffe nicht:* quam rem vulgo parum tenent, nec Fr. A. Wolfius expedivit in Demosthenis Leptinea [h. l.].“ Negat igitur sic dici posse nisi in enuntiatione negativa, qualis et hic legitur et v. 22. recurrit. Enimvero exemplum usus in aiente habent antecedentia v. 12. Ubi si quis forte perviacior contendat negationem latere involutam, conferat aliud exemplum eiusdem usus indicatum ad p. 416, 12. Itaque Wolfius rem mihi quidem videtur satis expedivisse. SCHAEFER.

P. 506. v. 16. εἰς τοιαῦτα πράγματα] Subaudi, quibus nunc haerent impliciti. REISK. *in talem fortunam*, scilic. *quacum nunc conflictantur.* Similiter alibi ἐκεῖνα. Conf. ad p. 469, 24. FR. A. WOLF.

P. 506. v. 17. οὐδέ γ' ἴσως — πραττόμενοι] Citant Anecd. Bekk. p. 162, 6. SCHAEFER.

P. 506. v. 17. οὐδέ γ' ἴσως Συρακούσιοι — τυραννηθήσεσθαι] Scilicet ἤλπισαν. De Dionysiis vide Diodorum lib. XIII. et XIV. H. WOLF.

P. 506. v. 17. Συρακούσιοι] Συρακόσιοι August. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 506. v. 17. τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι] Nempe per 60 fere annos, inde ab Olymp. 78, 3., quo anno antiquiorum tyrannorum ultimus, Thrasybulus, regno privatus est. Nam prior Dio-

---

*) Deest verbum. SCHAEFER.

nysius, qui statim memoratur, potitus regno est Olymp. 93, 4. Vid. Diodor. XI. 68. et XIII. 96. Reliqua de imperio Syracusanorum latissime patente in vulgus nota sunt. Carthaginienses illis subiecti post cladem ad Himeram Olymp. 75, 1. Vid. Diodor. XI. 20. seqq. Iustin. IV. 2. et de clade Atheniensium superius notata ad p. 469, 24. FR. A. WOLF.

P. 506. v. 20. αὐτοὺς] Minus recte αὐτοὺς Fr. A. Wolf. SCHAEFER.

P. 506. v. 20. ναυμαχίᾳ] Bekkerus: „ναυμαχίαν r." Eadem scripturae varietas in Diod. Sic. XI. 26. Supra p. 172, 27. τὴν περὶ Νάξον ἐνίκα ναυμαχίαν Χαβρίας. V. Lennep. ad Phalar. p. 155. b. SCHAEFER.

P. 506. v. 21. [ὃς ὑπηρέτης ἦν,]] Haec verba videntur e scholio irrepsisse eoque delenda esse. Voluerat lector aliquis significare, quam contemti olim scribae fuissent: ideo adscripserat, scribas in numero servorum publicorum fuisse. Nam ὑπηρέτης est *servus publicus* h. l. Nemo eorum, qui Demosthenem orantem audirent, hoc ignorabat, sed ignorabant multi eorum, qui multis saeculis post eum legerent; qui docendi videbantur ei, quisquis id scripsit. Quare nullus dubitavi haec verba uncis includere. REISK. His longius immorari cogimur. Primum quidem hoc alii quoque scriptores testantur, Dionysium patrem extremo loco natum fuisse et, priusquam tyrannidem occuparit, nullius apud suos auctoritatis. Diodorus, haudquaquam spernendus auctor in rebus Siculis, XIII. 96. eum γραμματέα καὶ τὸν τυχόντα ἰδιώτην vocat, et qui Wesselingio ad h. l. citatur, Polyaenus V. 2. 2. ὑπηρετοῦντα καὶ γραμματεύοντα τοῖς στρατηγοῖς. Iam id munus γραμματέως ex multis locis Oratorum patet Athenis parum honorificum fuisse. *) Non fuit illud quidem in Graecia per se inhonestum aut contemtum, ὑπηρεσία tamen, non ἀρχή, plane ut apud Romanos *scribae* interdum etiam cum lictoribus numerantur inter *apparitores magistratuum*, iisque *ministerium* tribuitur, nunquam *magistratus*. Quanquam in graecis civitatibus paullo honorificentior ea provincia habita, quippe et ingenuorum hominum, et non mercenaria, ut puto. Conf. Nepotis Eumen. c. 1. At verbum tamen ὑπηρετεῖν solenne ubique de scribis passimque coniunctum cum γραμματεύειν et ὑπογραμματεύειν, uti apud Demosthen. de Cor. p. 516. C. [ed. Francof.] et alibi. Atque hoc non aliter fuisse Syracusis, eundemque ibi scribas locum tenuisse, pro certo poni potest, quidquid obloquatur Ulpianus, quem recte refutant Spanhemius de U. et P. N. Dissert. IX. p. 705. et Wesselingius l. c. Iam plane non dubium

---

*) Conf. Wesseling. not. ad Petit. LL. AA. p. 342. et Corsin. F. A. T. II. p. 153. FR. A. WOLF. *in Ind.*

est, Dionysium propter hoc ipsum munus γραμματέως a nostro vocari potuisse ὑπηρέτην. Nescio tamen quid in hoc loco me offendit, quoties lego verba ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὥς φασι. Quid enim? Haeccine, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ad declarandum locum scribae credamus adiecta? At quis auditorum olim ignorare potuit, γραμματέως esse ὑπηρεσίαν, non ἀρχήν? Id scilicet populus Atheniensis docendus fuit. Verum ut eiusmodi declarationem huic loco, quum de Siculis rebus agatur, minus alienam putes, iam edoceri cupiam, cur eam Orator fecerit verbis tam ineptis. Talia sunt sane ὃς ὑπηρέτης ἦν. Unde enim hoc tempus praeteritum? Ferri id utique posset, si scripsisset ἥπερ ὑπηρεσία ἐστί, certe ita ratio dicendi constaret. Non minus tamen offendit illud, ὥς φασι. Est enim absonum, si ad totam sententiam referas; nec magis ferendum, etiam per leges sermonis, si ad unum nomen γραμματέως. Nam sic deberet esse γραμματέως ὄντος, ὥς φασι. At ratio quaedam videatur adesse salebras has omnes complanans, ut post illud, ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, novam quandam conditionem hominis inesse dicas appositis verbis, ὃς ὑπηρέτης ἦν. Nimirum ad hoc aliquis abuti possit Polyaeni loco, quem ante laudavi. At si nova et diversa a priore conditio nunc accederet, ista molestia praeteriti temporis eadem nos premeret. Nec video in hac ratione, cur non potius Orator dixisset γραμματέως καὶ ὑπηρέτου, quanquam vel sic abruptius nec pro solita perspicuitate sua locutus esset. Post haec omnia, quae dixi, primum facere non possum, quin illud, ὥς φασι, absurdum iudicem et alienum. Haud dubie Dionysii, principis tam potentis, prior conditio satis tum nota fuit; atque ut minus nota fuerit, *rumor vulgi et fama* locum *in tali argumentatione* non habebat. Concinit quidem vulgato textui Scholiastes, sed huius cantilenam non ita curo, ut propter eam verba, quae inclusi, minus mihi videantur suspecta minusque glossatorem oleant. Quin surreptis illis etiam gravitas orationi accedit. Huius vero reperti laudem, si qua est, ex parte praecepit Reiskius in notis monens: „*Verba* ὃς ὑπηρέτης ἦν *videntur e scholio* — — — *servorum publicorum fuisse.*“ Non dubito, in postremis virum scribere voluisse *ministrorum*, etsi scio, *servos publicos* et *scribas* coniungi a Capitolino Gord. tr. c. 12. Hoc unum miror, quod Reiskius parcere potuit verbis ὥς φασι. Ea ipsa sunt, quae mihi prae ceteris corruptelae suspicionem iniecerunt. FR. A. WOLF. Verbis ὥς φασι parcit etiam Bekker. posteriorem uncum cum Reiskio ponens post ἦν, non cum Wolfio post φασι. Nec difficile intellectu duumviros praestantissimos peritissime fecisse parcentes formulae innocenti. Verto *wie wir hören, wie uns berichtet wird*, non *wie man sagt*. De Alcibiade p. 561, 28. καὶ λέγειν ἐδόκει πάντων, ὥς φασιν, εἶναι δεινότατος. ubi v. quae notavi. SCHAEFER.

P. 506. v. 21. τυραννηθήσεσθαι] τυραννήσεσθαι Bekker. V. not. ad p. 507, 16. SCHAEFER.

P. 506. v. 22. ὁ νῦν ὢν Διονύσιος] ὁ νεώτερος. De hoc vide vitam Dionis et Timoleontis apud Plutarchum. H. WOLF. Dionysii minoris eiectio ex insula incidit in Olymp. 106, 1. De tota re gesta constat ex Diodoro XVI. 6., Nepotis Dione, et ex Plutarcho, quem inprimis confer in Dione p. 968. D. Tetigisse haec vulgata satis habeo. FR. A. WOLF.

P. 506. v. 23. ἐπ' αὐτὸν] ἐφ' ἑαυτὸν Paris. secundus. ἐφ' αὑτὸν Bavaricus. REISK. ἐφ' αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 506. v. 26. τὸ μέλλον ἄδηλον κ. τ. λ.] Haec sententia sine comparatione locorum similium bene intelligitur. Iisdem verbis ea repetitur in Orat. de Rhodior. libert. p. 146. D. [ed. Francof.], et latine a Livio XXVII. 9. FR. A. WOLF.

P. 506. v. 27. γίνονται] γίγνονται Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 1. λέγειν ἔτι] [λέγειν.] λέγειν ἔτι Ven. Aug. Vindob. Lindenbr. Ital. TAYLOR. ἔτι deest Ald. P. Manut. Wolf. Taylor. Sed est, ut in Parisina, sic in Ven. Vindob. Lindenbr. Ital. meisque August. et Bavar. REISK.

P. 507. v. 3. παύσωμαι] παύσομαι Bavar. REISK.

P. 507. v. 5. ὡδὶ] τάδε cum Obsop. Ven. Lindenbr. Aug Ital. Regg. α. η., non ὡδί. TAYLOR. τάδε August. primus. REISK. τάδε Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 5. σκέψασθε παράλληλα καὶ λογίσασθε κ. τ. λ.] Sat frequens παράλληλα in Atticis pro παραλλήλως, et inutile est cum Taylero, disiungere παρ' ἄλληλα. Nec minus recte servamus vulgatum κατεψηφισμένοις, pro quo idem ille commendat καταψηφισαμένοις e Par. 1. 2. 7. Ital. Aug. 1. Bav. Feras hoc hactenus, ut sit pro ἐὰν καταψηφίσησθε. Prius tamen verius, quod resolvi potest εἰ κατεψηφισμένοι ἔσεσθε. Verius, inquam, quia sententiae h. l. magis convenit εἰ, quam ἐάν, propter huius particulae vim ἀοριστολογικήν. *) Ac plane sic est in Lycurg. adv. Leocrat. p. 148. In seqq. ellipsis facilis in τί μή, h. e. τί συμβήσεται μὴ κατεψηφισμένοις. Ceterum tota haec peroratio est ex optimis partibus Orationis et caussae aptissima. FR. A. WOLF.

P. 507. v. 5. παρ' ἄλληλα] Rescribe παρ' ἄλληλα, *in utramque partem*, scilicet τί τε συμβήσεται κατεψηφισμένοις ὑμῖν τοῦ νόμου, καὶ τί μή. Forte καταψηφισαμένοις, ut habent Ital. et Regg. α. β. η. TAYLOR. Bene παρ' ἄλληλα Bekker. *iuxta se posita.* SCHAEFER.

P. 507. v. 6. τί τε—τοῦ νόμου] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 4. SCHAEFER.

---

*) Fallitur. V. v. 8. et 15. SCHAEFER.

P. 507. v. 6. τε] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK. Item ab Anecd. Bekk. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 6. κατεψηφισμένοις] καταψηφισαμένοις Paris. primus, secundus, septimus, Bavaricus: idemque voluit August. primus, tametsi vitiose dedit καταψηφισαμένους. REISK. καταψηφισαμένοις etiam Anecd. Bekk. Et sic Bekker. Recte. V. v. 8. et 15. SCHAEFER.

P. 507. v. 6. τοῦ νόμου] τὸν νόμον Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 507. v. 7. τί μή] Non τὶ μὴ συμβήσεται, sed τί συμβήσεται μὴ κατεψηφισμένοις, ut recte Halensis Interpres. Sic autem particula tono vocis acuenda: quem tonum librarii duplici accentu gravi signarunt scribentes μὴ̀. V. quae monui ad Bastii Commentat. Palaeograph. p. 824. SCHAEFER.

P. 507. v. 7. φυλάττετε καὶ μέμνησθε] Pleonasmus ex oratoriis: nam φυλάττειν hic i. q. μεμνῆσθαι. Infra p. 508, 11. φυλάττετε καὶ μνημονεύετε. SCHAEFER.

P. 507. v. 8. ἵν' ἕλησθε τὰ κρείττω] Alludit ad verba legis Solonis citatae supra p. 484, 14. ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας ἑλέσθαι τὸν κρείττω, scilicet νόμον. MARKLAND.

P. 507. v. 10. τὰ δίκαια παρ' ὑμῶν] παρ' ὑμῶν τὰ δίκαια Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 11. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 507. v. 11. ὡς ἔστω] Tecte negatur quenquam indignum esse. SCHAEFER.

P. 507. v. 15. ποιήσαιτε] ποιήσητε Paris. primus, August. primus. REISK. Perplacet: recepitque Dindorf. Opponitur v. 10. ὥσπερ ἡμεῖς κελεύομεν. V. not. ad p. 508, 10. SCHAEFER.

P. 507. v. 16. ἀδικηθήσονται] Vulg. ἀδικήσονται. ἀδικηθήσονται August. primus, margo Lutetianae. Correxi ἀδικηθήσονται, quod melius: tametsi haud ignorem illud quoque defendi posse multis similibus exemplis mediorum pro passivis usurpatorum. REISK. ἀδικήσονται Bekker. V. not. ad p. 524, 8. 585, 1. SCHAEFER.

P. 507. v. 19. παρ' ἅπασιν] Vulg. παρὰ πᾶσιν. παρ' ἅπασιν Paris. primus, August. primus. REISK. παρὰ πᾶσιν Fr. A. Wolf. et Bekker. Reiskianae scripturae magis respondet quod supra v. 13. legitur, πρὸς ἅπαντας. SCHAEFER.

P. 507. v. 21. ἀγαθῶν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 507. v. 22. γε] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 22. τοῦτο] Abest a Bavarico. REISK. τοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 23. τῶν περιεστηκότων] οἱ περιεστηκότες sunt,

qui aliis locis vocantur οἱ ἐπακούουσι τῆς κρίσεως, οἱ ἔξωθεν περιεστᾶσι, ut apud Aeschinem in Ctesiphont. p. 428. D. 436. E. 462. A., lat. *qui circumstant* audiendi gratia et coronam faciunt, qui in gravioribus caussis, praesertim oratore claro aut gratioso orante, solebant multi esse et Athenis et Romae. FR. A. WOLF.

P. 507. v. 23. ὅτι ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ] ὅτι νῦν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Bavaricus. ὅτι νῦν μὲν δικαστηρίῳ (sine articulo) index Aldi. REISK.

P. 507. v. 25. πρὸς ὑμᾶς] Non putem πρὸς ὑμᾶς, sed πρὸς ἡμᾶς. Reo certamen est, non cum iudicibus, sed cum actore, et rursus actori cum reo. REISK. Omnes editiones occupat πρὸς ὑμᾶς incuria editorum, quod vel Wolfii rectior versio ostendit. Accusatorum et reorum in foro semper est ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, non πρὸς τοὺς δικαστάς, minime in h. l. Quisque hoc videt attentior, etsi nemo Intpp. advertit ante Reiskium. FR. A. WOLF. πρὸς ἡμᾶς cum Halensi editore Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 25. τῶν καθημένων] οἱ καθήμενοι sunt *iudices*, qui solenniter graece dicuntur καθῆσθαι, latine *sedere*. FR. A. WOLF. Hoc quidem loco significantius sic dicuntur ob antecedens τῶν περιεστηκότων. Sed omnino solennis haec appellatio est iudicum. V. p. 520, 25. coll. v. 22. Aliter p. 66, 12., ubi ὑμεῖς οἱ καθήμενοι de populo Philippicam audiente dicitur. SCHAEFER.

P. 507. v. 26. φιλανθρωπία πρὸς φθόνον κ. τ. λ.] Sic Cicero 2. Catilinaria: *Denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremo copiae cum egestate, bona ratio cum perdita, mens cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* H. WOLF.

P. 507. v. 28. πονηρότατα] Vulg. πονηρά. πονηρότατα Paris. primus, August. primus, quod Fabricius seu Wolfius negat sibi placere. Correxi πονηρότατα: nam alias scribendum esset saltim πρὸς πάντα τὰ πονηρά. REISK. τὰ πονηρά. Intelligere hoc licet, verbo πάντα repetito, πάντα τὰ πονηρά. Ergo nihil opus cum Par. 1. Aug. 1. et Reisk. poni πονηρότατα. Paullo magis ferrem, si cui p. 508, 12. s. superlativus aptior videretur, κατὰ τῶν τὰ πονηρότατα συμβουλευόντων. Quanquam ibi nihil muto. FR. A. WOLF. πονηρὰ cum Wolfio bene revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 507. v. 28. κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν] [κατὰ ταῦτα ὑμῖν.] Omnino κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν, ut excudit Morel. et interpretatur Wolfius. Vulgo legitur ὑμῖν. Italus ita: *Delle quali se migliori seguirete e secondo esse darete la vostra sentenza.* TAYLOR. ταῦτα margo Lutet. ταῦθ' ἡμῖν August. primus. ὑμῖν Paris. secundus. REISK. Malim κατὰ ταῦθ' ἡμῖν. SCHAEFER.

P. 508. v. 2. καὶ τῇ πόλει — ἐψηφισμένοι] Citant Anecd. Bekk. p. 179, 29. SCHAEFER.

P. 508. v. 2. καλλιστα] Ita editi. MSS. Ald. Ven. Aug. Ital. Vindob. Lindenbr. et Regg. α. η. κράτιστα. TAYLOR. κράτιστα August. primus, margo Bavarici, index Aldi. REISK. τῇ πόλει τὰ κάλλιστα. H. e. *quae rempubl. nostram maxime decet decrevisse.* Mirum est membranas magno consensu dare τῇ πόλει τὰ κράτιστα. Quod nemo praeferat, qui Orationem cum cura perlegit. FR. A. WOLF. κράτιστα etiam Anecd. Bekk. κράτιστ' Bekker. Verum hoc puto, ut cuius amplior notio etiam τὰ κάλλιστα complectatur. SCHAEFER.

P. 508. v. 2. ἔσεσθε] ἔσεσθ' Bekker. ἔσεσθαι Anecd. Be vitio pervulgatissimo. SCHAEFER.

P. 508. v. 2. ἐψηφισμένοι] Post h. v. Bekker. posuit subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 508. v. 2. κἄν τις — κινδυνεύειν] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 22. SCHAEFER.

P. 508. v. 2. τις] Omittunt Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 508. v. 5. οἴομαι] οἶμαι Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 508. v. 5. ὑμᾶς] Post ὑμᾶς addit Paris. septimus ἅπαντας. REISK.

P. 508. v. 6. ἁμαρτεῖν] ἁμαρτάνειν Paris. sextus, P. Manut. Lessing. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 508. v. 7. πολλὰ — πολλάκις] Disiuncta hic vides quae fer eiunguntur. SCHAEFER.

P. 508. v. 8. ἀφῃρέθητε — ἀναισχυντίας] *extortum est vobis id, quod decrevistis, clamoribus et impudenti convicio.* Conf. instar omnium Aeschin. Orat. in Ctesiphont. non longe ab initio, quo in loco pristinum iudiciorum ordinem et gravitatem requirit. FR. A. WOLF. Non διδαχῇ, sed βίᾳ causa fuit multorum psephismatum. Conf. v. 6. SCHAEFER.

P. 508. v. 10. πάθοιτε] πάθητε Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. Coniunctivus aliquanto gravior. Igitur bene recepit Bekker. V. not. ad p. 507, 15. SCHAEFER.

P. 508. v. 11. φυλάττετε καὶ μνημονεύετε] φυλάξατε Paris. primus et septimus, August. primus. μνημονεύσατε Paris. primus, August. primus. REISK. Utrum Orator scripserit, non obscure apparet e p. 507, 7., ad q. l. v. quae notavi. SCHAEFER.

P. 508. v. 12. ψηφίσησθε] Ita editt. et MSS. Vulgo ψηφίσεσθε. TAYLOR. Scilicet in editione Wolfii legitur ψηφίσεσθε. REISK.

P. 508. v. 12. εὔορκον] V. Ind. Graecitat. p. 258. SCHAEFER.

P. 508. v. 13. εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι κ. τ. λ.] Aristophanis Ranis [v. 730.]:

Πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτὸν ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς
Ἔς τε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.

„Verba Oratoris sic ad editoris doctissimi mentem distinguenda: *οὐκ, οἶδ' ὅτι, δεῖ πλείω λέγειν.*" Immo cum Bekkero scribendum *οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν.* Et sic ubique in talibus formulis. V. Acta Monac. T. I. p. 81. s. et 271. et Apparat. T. I. p. 737. SCHAEFER.

P. 508. v. 18. *οἴομαι*] *οἶμαι* Fr. A. Wolf. et Bekker. SCHAEFER.

P. 508. v. 18. *οὐδὲν*] *μηδὲν* Paris. primus, August. primus. REISK. Sic editum in eadem verborum constructione p. 1271, 7. Perdifficilis optio: nam ut *οὐδὲν* melius poni videatur, tamen *μηδὲν*, ut in obliqua oratione, damnare quis ausit? V. not. ad p. 103, 20. SCHAEFER.

I. TAYLORI
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA MIDIAM
PRAEFATIO.

Midias, Midiae F. Atheniensis, domo Anagyrasius, homo divitiis abundans et luxurie diffluens, praestantissimae huic Orationi, uti ex argumentis didicisti, materiam praebuit. Quam et multi ex antiquis scriptoribus certatim laudant, (cuius vocabuli vis ut varia est, nam ea et *citare* et *commendare* dicimus, ita varie utor,) eximius ille Criticus, Longinum intelligo, a nonnullis existimatur commentariis suis illustrasse. Qui quidem commentarii (si tamen scripserit, nam de ea re valde dubito,) una cum multis ad hanc orationem a veteribus scriptoribus adnotatis penitus interciderunt. *Multis* inquam, quoniam, ut ait Photius Cod. CCLXV., *γέγονεν οὗτος ὁ λόγος οὐκ ὀλίγοις ἐν σπουδῇ καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητήσεως ἀφορμὰς παρέσχε· καὶ οἱ μὲν τοῦ παθητικοῦ χαρακτῆρος εἶναί φασιν αὐτὸν μετὰ δεινώσεως ἐπειργασμένον, οἱ δὲ τοῦ πραγματικοῦ*, et quae sequuntur. Habitam quidem non fuisse, id profecto vero est simillimum, cum Aeschines (quem, licet infensissimum et exprobrariti similem, tamen in re nuperrime prorsus gesta ideoque pervulgatissima *πρὸς εἰδότας* permentiri aegre existimabis) Demostheni obiiciat, eum iniuriam istam cum Midia transegisse et populi, quod obtinuit, praeiudicium triginta minis fuisse cauponatum. *Καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν καὶ τοὺς κονδύλους, οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὤν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τε τὴν εἰς αὑτὸν ὕβριν καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου.* Aeschin. c. Ctesiph. pag. 441, 2. Id quod et alibi in eadem oratione innuit p. 607. 608. *Τοσοῦτον καταγελᾷ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὥστε τὴν μιαρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος παρὰ πάντας τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέτμηκε, καὶ*

τούτων μισθοὺς εἴληφε τραύματος ἐκ προνοίας γραφῆς γραφόμενος, καὶ κατακεκονδύλισται, ὥστε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ πρόσοδον κέκτηται. Plutarchus in Vita Demosthenis, ut historicum magis decuit, rem ita exponit: *Δῆλος δ' ἔτι καὶ τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην, δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη, μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ μηδὲ δόξαν· ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ δείσας ἐπ' ἀργυρίῳ καταθέσθαι τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἔχθραν.*

Οὐ γάρ τοι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν οὐδ' ἀγανόφρων,

ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας. ὁρῶν δ' οὐ φαῦλον οὐδὲ τῆς αὑτοῦ δυνάμεως ἔργον ἄνδρα καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ καὶ φίλοις εὖ πεφραγμένον καθελεῖν τὸν Μειδίαν, ἐνέδωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένοις. αἱ δὲ τρισχίλιαι καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἄν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου περιγενέσθαι. Insignis est locus Isidori Pelusiotae IV. Epist. 205., quem, quia non uno mendo laborat, hic describam. *Πῶς δὲ Δημοσθένης — τὸν Μειδίαν οὐχ εἷλε τὸν τοσαῦτα αὐτὸν κακὰ διαθέντα; ὅτι μὲν γὰρ ἐβούλετο αὐτὸν ἑλεῖν, διὸ καὶ παντὶ σθένει τὴν κατηγορίαν ἔγραψε, δῆλον. διὰ τί οὖν οὐχ εἷλεν; οὐκ ἐπειδὴ ἀσθενεστέρους τοὺς λόγους τῆς τῶν ἐχθρῶν δυναστείας ἐνόμισεν;* (Ita omnino lege cum interrogatione: aliter cadet Isidori argumentatio. Ita supra: *διὰ τί Πλάτων ἐξέπεσεν; οὐκ ἐπειδὴ μηδένα τύραννον πεῖσαι ἠδυνήθη; Πυθαγόρας δὲ —; οὐκ ἐπειδὴ —;*) *οὐ γάρ τι λαβὼν, ὡς Αἰσχίνης ἔφη, ἀπέδοτο τὴν καταχειροτονίαν· οὐ γὰρ δέχεται τὴν αἰτίαν τῆς αἰσχροκερδείας ἡ μεγαλοψυχία τοῦ ῥήτορος, οὐδ' ὁ τοῖς ἐπιτρόποις ἀφεὶς τὰ πατρῷα μετὰ τὴν νίκην, οὗτος ἂν ἔλαβεν αἰσχρῶς ἀπὸ* (l. *ἐπὶ*) *τῆς κεφαλῆς. ἀλλὰ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυροὺς* (l. *ἰσχυροτέρους*) *ἡγησάμενος τοῦ λόγου καὶ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων βίαν οὐδαμοῦ φανεῖσθαι τὴν τέχνην λογισάμενος εὐπρεπῶς κατέθετο τὴν συμφορὰν, ἄμεινον ἡγησάμενος τῇ πρᾳότητι καθυφεῖναι δόξαι τοῦ κρίσει δικαστῶν ἡττᾶσθαι.* Turba quidem scriptorum uno ore submissionem ad argentum referunt: *τρισχιλίαις ἐπείσθη, τρισχιλίας λαβὼν ἀπέλυσε τῆς δίκης,* et similia. Suidas, Photius, Plutarchus in Vitis X Oratorum, (si tam pugnantia scripsisse potuit,) et Scriptor Vitae Demosthenicae *ἀνώνυμος,* quam beneficio cl. Sallierii ex Bibliotheca Regis Christianissimi descriptam teneo. Inde factum est, quod, cum hanc causam nunquam perorasse creditur, suspiciosi quidam Critici, ut Photius memorat, naevos quosdam, quales in imperfecto opere esse solent, deprehendisse sibi visi sunt. *Καὶ ὁ κατὰ Μειδίου δὲ καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἔκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν δια-*

κεκαθάρθαι. Photius in Vita Demosthenis. Recte sane. Nam, cum pag. 546. pulcherrimam quandam *γνώμην* sive effatum philosophicum ad Midiam coercendum exprompat, eandem pag. 573. quasi sui immemor (vel, quod verius est, *πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος*, et re nondum satis explorata, utri loco argumenti ea *ῥῆσις* decentius conveniret,) verbis ipsissimis et disertissima oratione repetit. Verosimilius est multo, haec ex inconstantia, ut dixi, auctoris profecta, qui nondum rem ad exitum perduxerat, quam consilio et usu veterum, ut nugatur Scholiastes. Qui utrumque locum expensitaverit, mecum sentiet. Criticus ex antiquioribus memoriae prodidit, multum in hac oratione profecisse Demosthenem ex Lysia, Lycurgo et Isaeo. *Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τά τε Λυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως μετενήνοχε.* Theo Progymn.

Instituta fuit haec causa, cum Demosthenes annum aetatis ageret 33. Hoc disertissime testatur Plutarchus in Vita atque adeo Orator ipse pag. 564. *οὗτος* (de Midia verba faciens) *γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα.* Iuxta eundem Plutarchum, Zosimum, Vitae scriptores, Dionysium Halic. caeterosque fide dignos natus erat Demosthenes anno, qui centesimam Olympiadem proxime anteibat; ita ut haec causa, eam rem recte supputante eodem Dionysio, in annum quartum Olymp. CVII. caderet, archonte Athenis Callimacho. *Κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν ἄρχοντα* [Callimachum] *καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε* (restitue ex MSS. *μετὰ τὴν καταχειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε*). Dionysius Halic. ad Ammaeum. Plutarchus interea in Vitis X Oratorum anno quarto Olymp. non XCIX. sed XCVIII. natum esse mavult auctorem nostrum. Quo duce, causam hanc meditabatur (egisse enim dicere parum tutum esse videtur) anno extremo Olymp. CVI., siquidem Midiam, ut modo vidimus, in ius vocavit annos natus XXXII. At profecto ea tempestate plurimae ex iis rebus gestae non sunt, quas hic ut gestas Orator commemorat. Tu interea cave credas, Plutarchum Plutarcho adversari, (neque enim tractatulus iste, quem habemus de Vitis X Oratorum, Plutarchi esse potest,) verum recentem aliquem scriptorem, Plutarchi nomine ementito, Photii, qui de Vitis Oratorum commentatus est, indiligentiam et *ἀνιστορησίαν* studiose et dedita opera descripsisse, aliquando etiam nonnullam ex proprio penu addidisse. De Samuele Petito, qui in Demosthenis natalibus fidem Pseudo-Plutarchi computo adstruere velit (Attic. Legg. edit. nov. p. 266. seq.), commodior erit dicendi locus.

Haec actio peculiari nomine vocatur *προβολή*. De qua diligenter minus et perfunctorie tantum, qui iurisprudentiam Atti-

cam profitentur. *Προβολὴ* erat ex iis actionibus, quae publicae dicebantur, uti ex hac oratione liquet pag. 522. *Ἔστι δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, — ὡς — δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν —, οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν.* et deinde pag. 523. *εἰ μὴ προὐβαλλόμην αὐτὸν, ἀλλ' ἐδικαζόμην.* Complectebatur quidem praecipue eos, qui in festis et religionibus insolenter aut proterve egerint. *Τοῦτο δὲ δημόσιον. προβολὴ γάρ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων.* Ulpianus ad init. huius orationis. *Προβολὴ ἡ κλῆσις εἰς δίκην κατὰ τῶν κακόνως πρὸς τὸν δῆμον διακειμένων —. προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαί. ἐγίνοντο δὲ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων ἢ ἀδικησάντων ἢ ἀσεβησάντων περὶ τὰς ἑορτὰς, ὡς ἡ κατὰ Μειδίου προβολή.* Pollux l. 8. c. 6. §. 46. *Ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίου, καὶ προὐβαλλόμην, φησὶν, ἀδικεῖν τοῦτον περὶ τὴν ἑορτὴν, ἀντὶ τοῦ προβολῇ ἐχρησάμην τῇ συνήθει καὶ νομιζομένῃ κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων, ὠνόμασα τοῦτον ἐν τῷ δήμῳ.* Harpocratio. Sycophantas etiam, ut ex Xenophonte, Aeschine et Isocrate discimus. *Οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι, καὶ ἐγγυητὰς καταστῆσαι, ἐὰν κριθῶσιν —. προὐβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες.* Xenophon Hist. Gr. l. 1. exeunte. *Τῇ μὲν Φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν, ὡς θεῷ· τῶν δὲ συκοφαντῶν, ὡς κακούργων, δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα.* Aeschines *π. παραπρεσβ.* p. 311, 19. *Περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν χαλεπωτέρους ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργιῶν τοὺς νόμους ἔθεσαν. τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἑνὶ τῷ δικαστηρίῳ τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο· κατὰ δὲ τούτων γραφὰς μὲν πρὸς θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν βουλὴν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ, νομίζοντες τοὺς ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρωμένους ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς πονηρίας.* Isocrates de Permutatione. Similiter in accessionibus ad Harpocrat. ineditis ex Cod. MS. in Biblioth. Reg. Cant. dicuntur ea actione teneri, qui argentifodinas publicas clam exercent aut aliquid demum ex publicis rationibus aliquo modo depeculantur. Errare ergo videtur Thomas Magister, cum scribit, ad Dionysia et in iis *ἀδικήματα* proprie pertinere, ad caetera improprie trahi hoc vocabulum: *Προβολὴ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἀσεβούντων ἐν τοῖς Διονυσίοις κατηγορία. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ περὶ πάσης δίκης κατηγορία. ὡς Αἰσχίνης· δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα.* Locum Aeschinis modo laudavimus. *Προβολαὶ* igitur erant quasi provocationes ad populum, statim et indesinenter factae, *παρ' αὐτὰ τἀδικήματα*, ut loquitur noster, pagg. 523, 6, 583, 12. et, *τότε ἐν τῷ δήμῳ παραχρῆμα ἐξήλεγξα*, p. 519, 26. Quod si populi praeiudicium fieret, causa ad thesmothetas deferebatur, qui eam ad iudices adducebant, ut ibi *περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας*, quo modo loquitur Libanius in Argumento, contentio fieret. *Καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν, καὶ τὰς προβολὰς εἰσάγουσιν, καὶ τὰς τῶν παρανόμων γραφάς.* Pollux VIII.

P. 529. v. 15. ὑβρίσῃ εἴς τινα] Vulg. ὑβρίζῃ τινά. ὑβρίζῃ εἴς τινα Bavaricus. ὑβρίσῃ εἴς τινα Paris. primus et quintus, Aldus. Dedi ὑβρίσῃ εἴς τινα. REISK. ὑβρίζῃ εἴς τινα Anecd. Bekk. Et sic Bekker. ὑβρίσῃ videtur praeferendum tam per se quam ob sequens ποιήσῃ. Etiam infra v. 27. ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ. Ut fortasse hic scribendum sit ὑβρίσῃ τινά. SCHAEFER.

P. 529. v. 16. ἢ τῶν δούλων] Malim ἢ καὶ τῶν δούλων. REISK. Talia formulae legum vix admittunt. SCHAEFER.

P. 529. v. 18. οἷς ἔξεστιν] Non licuit τοῖς ἀτίμοις. SCHAEFER.

P. 529. v. 18. τριάκοντα ἡμερῶν] ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν, ut Wolfius interpretatur, Cod. Italicus. TAYLOR. ἐντὸς illud debetur interpretanti perinde ut p. 720, 25. Tempus enim, intra quod aliquid fit, recte indicatur solo genitivo: quod Boeckhius videtur addubitasse de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 201. Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε p. 597, 18. SCHAEFER.

P. 529. v. 18. τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφὴ] Plene

Plato Legg. XI. p. 915. HSt. ᾗ ἂν τοῦτο ἡμέρᾳ γένηται, τριάκοντα ἡμερῶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας λαβὼν ἀπίτω τὰ ἑαυτοῦ. SCHAEFER.

P. 529. v. 20. ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφὴ] Sub. ἀπενεχθῇ ἢ γένηται. WOLF. Nonnulli, qui hanc legem laudant, dubium, an casu, an consilio, ita legunt: ἀφ' ἧς ἂν γραφῇ. Eruditissimus Marklandus censet ante ἡ γραφὴ consimilem vocem elidi: ἀφ' ἧς ἂν ᾖ ἡ γραφή. TAYLOR. Scilicet ἐπιδοθῇ aut ἀπενεχθῇ. Videtur tamen potius alterutrum aut omnino simile quid desiderari. REISK. Marklandum secutus est Dindorf. Buttmannus: „Accedo Marklando ᾖ ante ἡ excidisse censenti." Sed in Addend. p. 161.: „Conferantur tamen, monente Bernhardy, coniunctivi ᾖ post particulam ἂν omissi duo exempla haec: Antiph. de Herode p. 133, 13. ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς βασάνου. Plat. Rep. 2. p. 370. extr. ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία." Add. quae congessi in L. Bosii Ellips. p. 605. et ad Gregor. Cor. p. 152. s. SCHAEFER.

P. 529. v. 21. εἰ δὲ μὴ] Sub. τριάκοντα ἡμερῶν. WOLF. Operae pretium est hanc locutionem illustrare et rationem eius reddere: eo magis, quod video, Wolfium, optimum fere interpretem et linguae Graecae bene gnarum, in ea lapsum fuisse. Sententia integra haec est: οἱ δὲ θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν [ἐντὸς] τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν [ᾖ] ἡ γραφὴ, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ· εἰ δὲ μὴ, ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. *Sexviri autem actionem danto intra dies triginta apud Heliaeam ab eo die, quo res in iudicium allata fuerit, nisi publicum aliquod impediat: tum vero, cum primum fieri poterit.* Wolfius vertit εἰ δὲ μὴ, *tum vero:* in annotationibus autem dicit: εἰ δὲ μὴ, *subintellige* τριάκοντα ἡμερῶν, hoc est, *si vero non* dent actionem intra triginta dies etc. Sed in hoc falsus est vir optimus. Haec enim phrasis, εἰ δὲ μὴ, vel εἰ δὲ μή γε, vel εἰ μή γε, nunquam respicit remotiorem, sed semper proxime antecedentem sententiam; ut in hoc loco, ubi non refertur ad τριάκοντα ἡμερῶν, sed ad ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ, et, licet negativa sit, tamen vim habet affirmativam et significat *si vero publicum aliquod negotium impediat.* Cuius significationis haec est ratio. Elliptica est εἰ δὲ μὴ, et plena locutio foret: εἰ δὲ μὴ οὕτως ἔχει, *si vero res non ita se habet.* Iam vero connecte huic ea, quae praecedunt: *Sexviri actionem danto intra XXX dies, si publicum aliquod non impediat:* εἰ δὲ μὴ, *si vero res non ita se habet, ut publicum aliquod non impediat,* hoc est clare, *si vero publicum aliquod impediat.* Ut igitur εἰ δὲ μὴ affirmet, necesse est, ut negativa sit sententia, quae praecedit. Atque haec est vis huiusce locutionis apud optimos Graecos scriptores, a quibus defluxit ad Euangelistas. D. Marcus II. 22. Οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μὴ, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκοὺς etc. ubi iterum εἰ δὲ μὴ est *si vero mittit vinum novum in veteres utres* etc. eadem, qua prius, resolutione: *si vero res non ita se habet, ut iste non mittat,* hoc est, *si vero*

mittit. Vide Matthaeum IX. 17. et Lucam V. 36., qui habent εἰ δὲ μή γε, quod idem est. Quod si sententia, quam proxime sequuntur haec verba, affirmativa sit, tunc εἰ δὲ μὴ negativam retinet et usitatam verborum significationem, *si vero non.* Cuius non opus est ut exempla proferam, quae ubique occurrunt. MARKLAND. Ita Xenophon Anab. l. IV. ed. Steph. p. 191, 14. τραχὺς ἦν ὁ ποταμὸς — καὶ οὕτω ἐν τῷ ὕδατι ἦν ἔχειν τὰ ὅπλα· εἰ δὲ μή, ἥρπαζεν ὁ ποταμός. TAYLOR. *in Schedis.* Scilicet τοῦτο γίγνηται. *sin autem id minus contingat*, ut scilicet nil intercedat, hoc est, *si quid interveniat.* V. Markland. ad h. l. REISK. ἐὰν δὲ μὴ p. 720, 26., qui totus locus cum nostro conferendus. SCHAEFER.

P. 529. v. 21. ἢ] Abest a Paulina. ἢ dedit Aldina. REISK.

P. 529. v. 21. καταγνῶτε] Forte καταγνωσθῇ. Prior est κατάγνωσις, reum teneri obiecto crimine; posterior, aestimatio mulctae. WOLF. καταγνῶτε est lectio editt. omnium et Codd. plurium. καταγνῶται Barocc. pro varia lectione: καταγνῷ marg. Paris.: καταγνῶτι alii. Recte hic animadvertit Wolfius, agi de binis sententiis, quarum prior damnabat, altera poenam adiudicabat. Atque ita intelligo locum in parili lege apud Aeschinem c. Timarch., in qua de altera ὕβρεως specie, nempe ea, quae stuprum designat, similiter cavetur. Has duas leges, quia in utraque περὶ ὕβρεως agitur et eadem fere severitate verborum, eodem certe ritu et solennitate, Petitus in unam miscet, quem, quia cl. Wesselingo satis poenarum dedit, idcirco dimittam. Ibi legitur: τίμημα ἐπιγραψάμενος, ᾧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ. Corrigunt alii οὗ ἂν, alii ὃ ἂν. Quibus prior correctio placet, locum prae manibus, prout a Wolfio emendatur, habere possunt vindicem: ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ. Verum infeliciter semper causam egit Wolfius, quandocunque contra omnes Codd. et editos et MStos divinationem suam obtrudat. Lege et punge mecum: ὅτου δ' ἂν καταγνῷ τι ἡ Ἡλιαία, τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα. *Quemcunque in aliqua causa condemnaverit Heliaea, statim* etc. Vel potius ὅτου δ' ἂν καταγνῷ ἡ Ἡλιαία cum marg. Benenati. Simile quiddam in proxima oratione p. 595, 23. ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τὴν βουλὴν αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, ἐὰν μὴ ποιήσητε τὰς τριήρεις. Immo ποιήσῃ certe, nisi corrigendum, ut scribi fere video, ἐὰν μὴ ποιήσαιτο. Quae scriptura mendo in Demosthenis Codd. locum fortasse dedit. TAYLOR. καταγνῷ margo Lutet. Facio cum iis, qui, commate dempto, legunt καταγνῷ in tertia persona singularis. *Si quem autem Heliaea condemnet, statim ei poenam definiat.* REISK. καταγνωσθῇ probavit Matthiae Miscell. Philol. T. I. p. 249. ὅτου δ' ἂν καταγνῷ ἡ ἡλιαία, τιμάτω — Bekker. Bene. ὅτου δ' ἂν καταγνῷ τι ἡ Ἡλιαία, τιμάτω — Buttmann., quem secutus est Dindorf.: sed τι quid h. l. valeat, non perspicio. SCHAEFER.

P. 529. v. 22. ὅτου — ἀποτῖσαι] Notanda constructio. Vul-

gari ratione p. 720, 28. ὅ τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. V. not. ad Porsoni Medeam p. 121. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 529. v. 22. δόξῃ] δοκῇ Paris. primus et quintus, Bavaricus, Ald. REISK. δοκῇ Bekker. V. p. 721, 1. SCHAEFER.

P. 529. v. 23. ἀποτῖσαι] ἀποτίσαι Reisk. solenni accentus vitio. SCHAEFER.

P. 529. v. 23. ὅσοι δ' — ἰδίας] Wolfius: *Qui vero privata iudicia dictarint.* Potius: *Qui vero lites privatas intenderint.* IURIN.

P. 529. v. 23. γραφὰς ἰδίας] Forte leg. γραφὰς ἢ δίκας ἰδίας, *actiones publicas privatasve.* REISK. V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 401. SCHAEFER.

P. 529. v. 27. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως] Sub. ἕνεκα ὁ φεύγων. Alias dicit τιμᾶται τῷ φεύγοντι. WOLF. γρ. τῷ δημοσίῳ, ἐὰν ἀργυρίου τιμηθῇ· τῆς δ' ὕβρεως, ἐὰν ἐλεύθερον κ. τ. λ. marg. Benenati. Locum ita ex ingenio refingere vult Lambinus: τῷ δημοσίῳ· ὁ δ' ὑβρίσας εἴτ' εἰς ἐλεύθερον, εἴτ' εἰς δοῦλον, ἐὰν μὲν θανάτου τιμηθῇ, αὐθήμερον τεθνάτω, ἐὰν δ' ἀργυρίου, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Ἀκούετε etc. Concinnius multo, sine ulla cautione de ultimo supplicio, cuiusmodi vocum nec vola nec vestigium superesse videtur in Codd., mecum reformabis: τῷ δημοσίῳ. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Totam ergo legem ita ordino: Νόμος. Ἐάν τις ὑβρίζῃ τινά, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν. Οἱ δὲ θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν [ἐντὸς] τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν [ᾖ] ἡ γραφή, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ· εἰ δὲ μή, ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. Ὅτου δ' ἂν καταγνῷ ἡ Ἡλιαία, τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτου ἂν δόξῃ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. (Ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον [τοῦτον], ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ.) ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Ita vero interpretor: LEX DE CONTUMELIIS. *Quicunque contumeliose tractaverit liberum vel servum, liberam servamve, publice de eo cognoscitor. Si damnas fuerit, secundis sententiis statuito, quid luendum* [corpore] *aut solvendum* [aere] *fuerit.* Actionem ὕβρεως publicam esse voluit sapientissimus Legislator, ut in hac oratione pluribus contendit Orator noster: πάνθ', ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινὰ ἀδικήματα καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοθέτης — τὸν βιασθέντα δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας, διόπερ τὰς γραφὰς ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ. [p. 528, 20.] Γραφέσθω, ait Lex, ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν. Eam enim esse formulam sive solennitatem publicae actionis erudite ostendit Salmasius ὁ μέγας Observatt. ad Ius Attic. et Rom. C. 7. p. 231. *Haec quippe nota*

est, inquit ille, *publici iudicii, cum volenti cuilibet licet reum facere illum, a quo non laesus est, si modo alterum laeserit* etc. Idcirco autem publice datur accusatio, saltem omnibus, quibus causae dictio est, (ὁ βουλόμενος eorum, οἷς ἔξεστιν,) quoniam par est existimare, crimen ad omnes pertingere remque publicam, non eum solummodo, qui contumeliam perpessus sit, in eo laedi. Ut recte Ulpianus: εἰ πᾶσιν ἔξεστι κατηγορεῖν τοῦ ἀδικοῦντος, πρόδηλον, ὅτι κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα καὶ δημόσιον ἀδίκημα. Interea tamen, si ille ipse, cui facta sit iniuria, eam persequi velit, pergit Lex sive potius divertitur modumque agendi circa eam rem quasi interlocutorie definit, *si privatus quispiam iniuriam sibi factam conquestus fuerit iuxta legem hanc, eamque aut non persecutus fuerit, aut persecutus quintam suffragiorum partem non tulerit, is mille drachmis damnas esto.* Potuit nempe de contumeliis et publice agi, ubi scil. accusabant reip. gratia οἱ ἔξω τοῦ πράγματος; potuit etiam private, ubi causam egerit ille, qui indoluit. Et in hac fortasse parte cessabant omnes illae publici iudicii solennitates, ea privilegia, quae reip. causa dabantur: δίκη ἰδία instituebatur, verum de publico crimine, atque tum demum aerario solvebat actor, si quintam suffragiorum partem non tulerit. Civitas igitur ad publicas actiones de vi et iniuriis hortabatur, ad privatas non item: nam ibi actori et poena mille drachmarum, si quintae parti iudicum non persuaserit, atque etiam ἀτιμίας sive capitis diminutionis, si verum sit, quod habet Ulpianus, erat proposita: ὁ μὴ ἐλέγξας ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀτιμοῦται. Lex ergo, cum modum statuisset inter publicam et privatam contumeliarum actionem, redit, unde divertebatur, nempe ad illud, quod luere aut solvere deberet, qui iudicio teneretur. *Si aere, inquit, aestimabitur,* ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Addidit nimirum aliquis τῆς ὕβρεως, deinde alius ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, ad oras exemplarium, utrumque scilic. ut admoneatur lector, hoc ultimum comma non spectare ad mille drachmas, quibus teneri potuit actor privatus, licet id tamen proxime antecesserit, sed ad mulctam ὕβρεως causa, ad iudicium Heliastarum, ad sententiam, si quis ὑβρίσῃ. Deletis igitur otiosis iis vocabulis, restat communis Atticarum legum formula: ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Ita Demosthenes c. Timocrat. p. 733, 14. ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι· ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ. et rursus p. 720. pen. ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ αὐτοῦ, ὅ τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι· ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ, ὅ τι ἂν αὐτοῦ καταγνωσθῇ. TAYLOR. γρ. τῷ δημοσίῳ, ἐὰν ἀργυρίου τιμηθῇ. τῆς δὲ ὕβρεως margo Lutet., forsan e coniectura Lambini. τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, id est ἕνεκα vel ἀντὶ τῆς ὕβρεως. *Si quis ob insolentiam multae pecuniariae sit condemnatus.* Malim tamen ἡ τῆς ὕβρεως, scilicet δίκη vel γραφή. *Si crimini*

insolentiae irrogata fuerit multa pecuniaria. Malim igitur τιμηθῇ ἡ τῆς ὕβρεως, scilicet δίκη vel potius γραφή. *) Erat enim ea causa publica. Facile potuit articulus ἡ excidere ob praecedens ῇ in τιμηθῇ. Sine causa aestuant h. l. viri docti. Locus aut vacat vitio, aut, si quid eius est, quod parum est, potest id eo quo dixi modo, ἡ addendo, sanari. REISK.

P. 529. v. 27. δεδέσθω — ἐκτίσῃ] Scilicet condemnatus, si nempe hominem liberum contumeliose tractaverit, donec dependerit mulctam. Quo significatur, carceris poenam tum esse remissam, si servus fuisset iniuriose habitus. Locus hic bene habet. Cave aurem corruptoribus praebeas. REISK. Tangit Taylorum, qui sane hic ferro et igni grassatur. SCHAEFER.

P. 529. v. 27. ἐὰν ἐλεύθερον] ἐὰν δ' ἐλεύθερον Aldina, Bavaricus. REISK.

P. 529. v. 28. μέχρις] μέχρι Bekker. Utri praerogativa debeatur, in ambiguo relinquendum censet Lobeckius ad Phrynich. p. 15. Ego facile sequar Atticistas melioris notae, quibus nos vel caecam fidem talibus in rebus habere quam incertos temere vagari praestat. SCHAEFER.

P. 530. v. 2. θεῶν] Post h. v. signum interrogandi recte ponit Reiskiana cum ceteris. Centies τί οὖν; praemittitur enuntiationi interrogativae. SCHAEFER.

P. 530. v. 5. Εἰσί τινες Ἕλληνες] εἰσὶν Ἕλληνές τινες Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 530. v. 8. ὑμᾶς] ἡμᾶς margo Lutetianae. REISK.

P. 530. v. 8. πατρικῆς] V. Anecd. Bekk. p. 297. f. SCHAEFER.

P. 530. v. 8. ὅσων — κτήσωνται] Resolve: ὅσους ἂν τιμὴν αὐτῶν καταθέντες δούλους κτήσωνται. De hac figura syntactica v. nott. ad Porsoni Medeam p. 77. edit. Lips. tert., ubi eius exemplum satis simile huic Demosthenico citavi ex Apollodoro. SCHAEFER.

P. 530. v. 9. οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν] Athenaeus l. VI. p. m. 134. Ἀθηναῖοι καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης ἐνομοθέτησαν καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. Ὑπερίδης γοῦν ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, Αἰκίας, φησὶν, ἔθεσαν οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δοῦλον σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. τὰ ὅμοια εἴρηκε καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος πρώτῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. TAYLOR. Citat hunc locum Athenaeus p. 134. REISK. Immo locum p. 529, 2. SCHAEFER.

*) Ne quis in Reiskianis haec similiaque miretur, meminerit nos habere Reiskii liturarios: quos quod bonus ille Heslerus tam religiose secutus est, fortasse sunt qui reprehendant, ego etiam laudo. SCHAEFER.

P. 530. v. 12. θανάτῳ·] θανάτῳ. Reisk. Quod interpunctionis vitium notavit Wunderlichius praefat. ad Orat. pro Cor. p. XXIV. θανάτῳ, Bekker. SCHAEFER.

P. 530. v. 12. ἀκούσαιεν] ἀκούσειαν August. primus. REISK. ἀγανακτήσειαν p. 483, 21. SCHAEFER.

P. 530. v. 13. ἡμᾶς] ὑμᾶς August. primus, Bavaricus, Aldina, unde margo Lutetianae repetiit. REISK. Recte ὑμᾶς Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 530. v. 13. ποιήσασθαι] Mallem ποιήσεσθαι. Vid. H. Steph. Thesaur. Ling. Gr. I. 413. A. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 259. Hoc si omnes libri haberent, corrigendum esset ποιήσασθαι. SCHAEFER.

P. 530. v. 15. τὸν τοίνυν οὐ κ. τ. λ.] [ὁ τοίνυν οὐ παρὰ τὸ τοῖς Ἕλλησι —.] Lego: ὁ τοίνυν οὐ παρὰ τὸν παρὰ τοῖς Ἕλλησι μόνον — ἀλλὰ καὶ τοῖς βαρβάροις εὖ δόξαντ' ἂν ἔχειν etc. WOLF. Scripturam haud paulo praestantiorem ex editt. et MSS. expressimus. TAYLOR. Repraesentavit nempe lectionem vulgatam Paris. REISK.

P. 530. v. 15. οὐ] μὴ margo Lutetianae. REISK.

P. 530. v. 15. παρὰ τοῖς] παρὰ τὸ τοῖς P. Manut. et Wolf. REISK.

P. 530. v. 16. ἂν] Abest ab August. primo. REISK. Idque cum magno sensus damno: εὖ δόξαντ' ἂν ἔχειν, scilicet εἰ ἀκούσαιεν. SCHAEFER.

P. 530. v. 20. κατέγνω μόνον] μόνον κατέγνω Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 531. v. 21. καταγινώσκοι [τις]] Vulg. καταγινώσκει τις. καταγινώσκοι, καταγινώσκῃ margo Lutetianae. Prius est in August. primo. Ab eodem abest τις. Correxi καταγινώσκοι in optativo et τις uncis inclusi. REISK. κἂν, ἀσέβειαν εἰ καταγιγνώσκοι, τὰ πρ. π. Buttmann. κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγιγνώσκοι, τὰ πρ. π. Bekker. recte continuans κἂν ἀσέβειαν εἰ. Ego huc inclino, ut καταγιγνώσκει praeferam, quod probatur etiam Meiero de Bon. Damnat. p. 16. Neque enim dubitanter hoc, sed praecise dicitur: nec potuit dici aliter. SCHAEFER.

P. 530. v. 23. καὶ] Abest ab August. primo et Bavarico. REISK.

P. 530. v. 23. ὕμνους] Recte τοὺς ὕμνους Bekker. SCHAEFER.

P. 530. v. 25. ποιεῖσθε] ποιεῖτε Paris. primus, August. primus. REISK. ποιεῖτε Bekker. V. not. ad p. 500, 1. et Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 195. SCHAEFER.

P. 530. v. 28. κνισσᾶν] τιμᾶν Cod. Reg. ε., quod displicet nostro Wolfio, ut decebat. Ille tamen coniicit, aliquando legi potuisse pro τιμᾶν θυμιᾶν, ut esset Scholion. Hoc quidem ele-

ganter. Caeterum de phrasi hac, κνισσᾶν ἀγυιάς, consulas Hellad. Besantin. apud Phot. Biblioth., cui adiungas haec Aristophanis: Av. 1230.

> Ἐγώ; πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι παρὰ τοῦ πατρὸς,
> Φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς,
> Μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις,
> Κνισσᾶν τ' ἀγυιάς.

Equit. 1316.

> Ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε καὶ φέγγος ἐν Ἀθήναις,
> Τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισσῶμεν ἀγυιάς;

Pluribus contendit Harpocratio legendum esse apud Demosthenem, non ἀγυιάς cum gravi, sed circumflexe ἀγυιᾶς, ut sit pro ἀγυιέας, a recto ἀγυιεύς: κνισσᾶν non vicos et compita, sed statuas compitalitias ante fores positas. Hominem vide. Cuius tamen crisin refellere videtur Oraculum a Demosthene allegatum in Orat. c. Macartatum, iisdem fere verbis conceptum, quibus illud, in quo expoliendo iam exercemur: καὶ ἀποπέμπειν Ἀμφικτυόνεσσι περὶ τύχας ἀγαθᾶς, Ἀπόλλωνι Ἀγυιεῖ, Λητοῖ, Ἀρτέμιδι, καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισσῆν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν etc. p. 1072, 20. Et clarissime refellit epitheton εὐρυχόρους in hoc Oraculo. Quales enim (dii boni!) sunt statuae, in quibus lati chori duci possunt? TAYLOR. κνισᾶν August. primus. τιμᾶν Paris. quintus, cui Wolfius haec adscripsit in Farragine: „Inepte. F. θυμιᾶν. ut sit scholium.“ REISK. κνισᾶν Dindorf. et hic et in Aristophane. V. eius praefat. ad Homeri Iliad. SCHAEFER.

P. 531. v. 1. *ΜΑΝΤΕΙΑΙ.*] μαντεία August. primus, a quo vaticinia haec omnia absunt usque ad v. 28. REISK.

P. 531. v. 2. Ἐρεχθείδεσσιν] Ἐρεχθείδαισιν Paris. primus, Lessing. REISK. Ἐρεχθείδαισιν Buttmann. et Bekker. Barbaram formam in — εσσιν Reiskius ad Theocrit. XVI. 36. ita tuetur, nemo unus ut viro eximio, sed paradoxa nimium quantum iactitanti, assensurus videatur. SCHAEFER.

P. 531. v. 2. ὅσοι] ὅσα Paris. primus. ὅσσοι Bavaricus. REISK.

P. 531. v. 3. *Ναίετε*] ναίοιτε Paris. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 531. v. 4. εὐρυχόρους] [εὐρυχώρους.] Editt. Felic. Manut. et Cod. Reg. α. εὐρυχόρους. Atque ita omnino rescribe, sive vocem hanc non pro spatioso acceperis, sed pro loco choreis apto, ut vel hic sumi possit, sive cum poetis ω magnum in parvum licenter mutaveris, sive denique, quae aliorum est sententia, verum maxime improbabilis, χορὸς in hac compositione vim et notionem τοῦ χῶρος induerit. Homerus certe semper εὐρύχορος. Vid. Iliad. *Β*. 498. *Ι*. 474. *Ψ*. 299. Odyss. *Δ*. 635. *Ζ*. 4. *Λ*. 255. *Ν*. 414. *Ο*. 1. *Ω*. 467. [Pausan. Phocic. p. 614. Lucian. T. 1. not. p. 54. Priscian. col. 554.

Salmas. ad Inscr. Herodis et Regillae. Diodor. Vol. I. p. 430. ed. Wessel. Athen. L. XII. p. 536. Callimach. Hymno in Cererem et fragm. *Φιλίππου Μεγαρέως εἰς τοὺς ἀναιρεθέντας ὑπὸ Περσῶν Θεσπιεῖς· Ἄνδρες θ', οἵ ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος, Λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.* Apollon. Rhod. IV. 48. *ἄστεος εὐρυχόροιο.* Hoelzlin. ad Apollon. Rhod. II. 906. Dorvill. ad Chariton. seu potius Manethon. p. notar. 786. TAYLOR. *in Schedis.*] Ita apud Diodor. Sic. l. XI. *Οἱ δ' Ἕλληνες ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι κατεσκεύασαν χρυσοῦν τρίποδα, καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφοὺς, ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον τόδε·*

Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτῆρες τόνδ' ἀνέθηκαν,
Δουλοσύνης στυγερᾶς ῥυσάμενοι πόλιας.

Ita Oraculum apud Herodot. VII. 220.

Ὑμῖν δ', ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο.

Corrige ergo poetam apud Plutarchum in Theseo fin.:

τὸν ἐν εὐρυχώρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
Μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο
Κτεῖνεν.

et Inscriptionem poculi, quod dicavit Pausanias Lacedaemonius et memorat Heracleotes apud Athenaeum:

Μνᾶμ' ἀρετῆς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι
Παυσανίας ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχώρου
Πόντου ἐπ' Εὐξείνου, Λακεδαιμόνιος γένος, υἱὸς
Κλεομβρότου, ἀρχαίας Ἡρακλέους γενεᾶς.

TAYLOR. *εὐρυχόρους* in margine Lutet. e Paris. primo pro varia lectione proponitur, ut necesse sit aliud quid in eo codice fuisse. F. fuit *εὐρυχώρους* aut *εὐρυγύρους*. In editione Wolfii est *εὐρυχώρους* (per ω): sed Taylorus lectionem Paris. (per ο) ex editt. Felic. et Manut. reposuit. REISK.

P. 531. v. 5. *ὡραίων — χάριν*] Bekkerus: „*ὡραῖον — χορὸν* Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. 15." Vulgatam non mutarim. *ὡραίων* (scilicet *ἱερῶν*: v. Hesych. T. II. c. 1593.) *χάρις*, *gratia sacrorum solennium*, h. l. est periphrasis *τῶν χορῶν*: nam ob additum verbum *ἱστάναι* de choris nemo non intellexit. Conf. Schol. ad Aristophan. Ran. 396. (398.) p. 340. ed. Dind. SCHAEFER.

P. 531. v. 5. *ἄμμιγα πάντας*] Apollonius Rhod. IV. 1196. *Νύμφαι δ' ἄμμιγα πᾶσαι.* SCHAEFER.

P. 531. v. 6. *κνισσᾶν*] *κνισᾶν* Dindorf. SCHAEFER.

P. 531. v. 7. *Ἡρακλεῖ*] [*καὶ Ἡρακλεῖ.*] Vel dele *καὶ* ante *Ἡρακλεῖ* cum Reg. *α.*, vel substitue istam particulam ante *Ἀπόλλωνι* cum Ital. TAYLOR. Vulg. *καὶ Ἡρακλεῖ.* Delevi copulam. REISK.

P. 531. v. 11. *κατὰ*] Vulg. *καὶ κατά.* *καὶ* abest a Bavarico, Ald. Paul. Sustuli. REISK.

P. 531. v. 11. *κατὰ τὰ*] *καττὰ* Buttmann. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 531. v. 11. πάτρια] Post h. v. Buttmannus posuit signum coli. SCHAEFER.

P. 531. v. 12. ἰδίας] F. ὁσίας. Quis enim alienas manus porrexerit? et ἀνίσχοντας. Refertur enim ad infinitivum.

Casta decent superos: pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

WOLF. ἰδίας habent MSti, credo, et editi omnes libri. Ego textum corrigo ad mentem Wolfii, tam ὁσίας, quam ἀνίσχοντας, (vulgo enim legitur ἀνίσχοντες,) cui postremae lectioni favent quodammodo margo Paris. et Ital. Abest certe tam ἰδίας quam ὁσίας ab Oraculo altero in Orat. c. Macart. p. 1072, 21. στεφανηφορεῖν κατὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις, πάντεσσι καὶ πάσαις, δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας μνασιδωρεῖν. TAYLOR. Videtur formula fuisse in sacris gentilium: ὁσίας χεῖρας (vel δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς) ἀνίσχειν. Et huic forte adludit et simul lectionem ὁσίας confirmat S. Paulus I. Tim. II. 8. Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. MARKLAND. Facile patiar ἰδίας aut cum Tayloro deleri, aut cum Wolfio in ὁσίας mutari. Possit tamen, me iudice, si necesse sit, vulgata paulum emendata servari, sic scilicet ut legatur: — καὶ πάσαισι, δίας δεξιὰς —. ubi δίας idem erit atque ὁσίας vel ἁγνάς. Possit quoque legi: — καὶ πάσαις, κοινῇ καὶ ἰδίᾳ δεξιὰς —. *tam omnibus diis deabusque simul cum tota concione, quam quibusque sigillatim et privatim pro se.* Et hoc quidem pro sensu meo praeferrem. REISK.

P. 531. v. 12. ἀνίσχοντες] ἀνίσχοντας margo Lutetianae, forsitan e coniectura Lambini. ἀνίσχοντας malunt. Non video cur. Nominativus cum infinitivo vim imperativi habente bene constat et ex more graeco. Subauditur enim μεμνήσθωσαν. REISK.

P. 531. v. 12. καὶ μνασιδωρεῖν] Particulam omisit Buttmann. comparans p. 1072, 23. SCHAEFER.

P. 531. v. 13. ἙΤΕΡΑ.] Abest a Paris. primo et Bavarico. Potest abesse. Nam septem primae voces versus sequentis videntur esse titulus oraculi insequentis. Unde colligitur, collato v. 27. p. 530., oraculum superius e Delphis fuisse redditum, duo insequentia e Dodona. Malim quoque sic distingui et legi: ἙΤΕΡΑΙ ΕΚ ΔΩΔΩΝΗΣ ΜΑΝΤΕΙΑΙ. ut hic sit titulus. Tum orditur ipsum oraculum: Τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. Uncis inclusi vocabulum ἑτέρα. REISK. [Ἑτέρα.] Reiskiana. Quod in nostra mutari non debebat. Vocem omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 531. v. 15. τῶν] τῷ Buttmann. et Bekker. V. v. 22. SCHAEFER.

P. 531. v. 15. ὁ τοῦ Διὸς] Scilicet προφήτης. *Sacerdos Iovis haec significat. Quoniam tempus statutum sacrificii offerendi et*

legationis sacrae mittendae sivistis praeterlabi, ideo praecipit [Iupiter puta] *mitti legatos delectos.* REISK. Sic etiam v. 25. Tetigi in L. Bosii Ellips. p. 202. SCHAEFER.

P. 531. v. 16. ὥρας] ὅρας P. Manutius. REISK.

P. 531. v. 16. παρηνέγκατε] *praeterire sivistis* Ind. Graecitat. p. 385. in. Plutarchus T. V. p. 580. R. τότε μὲν οὖν παρήνεγκε τὸ ῥηθέν. *flocci fecit* Interpres. Quem Plutarchi locum citavi in H. Stephani Thes. c. 10041. C.: usus que eodem est ad explicandum hoc παρηνέγκατε Buttmannus p. 127. SCHAEFER.

P. 531. v. 16. τῆς θυσίας — αἱρετοὺς πέμπειν] F. τῆς θυσίας καὶ τῆς θεωρίας. αἱρετοὺς δὲ πέμπειν —. WOLF. Hanc interpunctionem Wolfius ex ingenio suo procudit. Lectum olim et scriptum hoc modo: τῆς θυσίας, καὶ τῆς θεωρίας αἱρετοὺς πέμπειν —, sine δέ. TAYLOR.

P. 531. v. 17. αἱρετοὺς — βοήσεις] Buttmannus ingenio satis indulgens haec sic scripta dedit: αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἕνεκα τούτου, τοὺς δὲ ἀπάγειν τῷ Διὶ τῷ ἐν Τομάρῳ τρεῖς βοῦς, καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο οἶς. SCHAEFER.

P. 531. v. 17. καὶ τούτους διὰ ταχέων κ. τ. λ.] F. θύειν τῷ Διῒ τῷ Δωδωναίῳ ἐννέα ἀροτρεῖς βοῦς. et pro δύο βοήσεις v. 20. f. δύω βοΐσσας ἢ βοΐδας, unde βοΐδιον et κατὰ συναίρεσιν βοίδιον τρισυλλάβως, ut notat Ulpianus. WOLF. Non inconcinne vir doctissimus transduxit istud ἐννέα ad βοῦς, non ad θεωρούς. Certe abest a nonnullis Codd. et vehementer etiam displicuit viro solerti, qui Italicum Cod. contulit: legit enim ille pro ἐννέα ἕνεκα, puta θεωρίας ἕνεκα, et proxime iuxta Wolfii suspicionem queritur, omissam fuisse a scriba post ταχέων vocem θύσοντας. Porro in Aldino exemplari deerat Δωδωναίῳ, quod caetera rite supplent. Minus feliciter Bodl. Κτησίῳ ἢ Νεμίῳ. Deinde admonemur ab Italico adnotatore, quosdam, quos non memorat, opinari legendum οἶς pro βοήσεις: quod quo modo fieri potuit, parum perspicit, divinat tamen, aliam varietatem lectionis posse indicari ista notula, nempe pro βοήσεις βοήσοις. Quod ego minus perspicio. Procul dubio intelligendum est, legere istos viros ὄϊς aut ὄϊας, nimirum *boves novem et bis tot* oviculas. Et nescio sane, annon haec vera sit lectio. Solere enim aliquando sacra fieri duabus victimis, maiore primum, deinde minore; bove nimirum illa, hac autem ove, atque hoc sacrificii genus vocari ἐπίβοιον, docet Harpocratio, Ἐὰν δέ τις τῇ Ἀθηνᾷ θύῃ βοῦν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῇ Πανδώρᾳ θύειν ὄϊν μετὰ βοός, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον. Certe βοήσεις non legitur in Lexicis. TAYLOR. Nihil transponendum puto, si adhibeatur haec distinctio: τῆς θεωρίας. αἱρετοὺς δὲ πέμπειν κελεύει θεωρούς, ἐννέα (καὶ τούτους διὰ ταχέων) τῷ Διῒ τῷ Δωδωναίῳ ἀροτρεῖς βοῦς, καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο βοήσεις· τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν etc. Si poneretur καὶ ante ἐννέα, nulla de lectione fuisset dubitatio, sed frequenter omitti-

tur copula, quando plures et diversae res, ut in hoc loco, recensentur. Quod autem viri docti, Wolfius atque Italus, suspicantur deesse θύειν vel θύσοντας ante τῷ Διΐ, in eo falluntur, prout ex sequentibus patet. Licet enim recte dicatur θύειν τῷ Διΐ βοῦς et τῇ Διώνῃ βοῦν καὶ ἄλλα ἱερεῖα, nemo tamen, opinor, dicit θύειν τράπεζαν χαλκῆν et τὸ ἀνάθημα. Nihil igitur hic deest, sed verbum πέμπειν singulis applicandum est, πέμπειν βοῦς, καὶ ἱερεῖα, καὶ τράπεζαν, καὶ τὸ ἀνάθημα. MARKLAND.

P. 531. v. 17. τούτους διὰ ταχέων] Vulg. τούτους τοὺς διὰ ταχέων. Pro pronominis accusativo dant Bavar. et Lessing. margo genitivum τούτου. Ita quoque Ald., sed in huius codice Weimar. corrector vulgatam annotavit. P. Manutius articulum τοὺς omisit. Delevi τοὺς. *et illos quidem celeriter.* Sed tum deest verbum προσοίσοντας, *oblaturos*, aut simile quoddam. REISK.

P. 531. v. 18. τῷ Διΐ [τῷ Δωδωνείῳ] ἀροτρεῖς] τῷ Διΐ τῶν ἀροτρὶς (sic) Bavaricus sine mentione Dodonae. Δωδωνείῳ etiam ab Aldina abest, vacuo spatiolo relicto, quod corrector Weimaranus explevit inserenda voce δωδωναίῳ. In Lessing. spatium Ald. vacuum expletum erat his literis: νάρω. Sed alia manus in margine dedit τομάρῳ. Abest eadem ab editione P. Manutii. Δωδωνείῳ facile patiar abesse: ideoque uncos adhibui. Non videtur genuinum. Nam cum praecessisset Ἐκ Δωδώνης μαντεῖαι, facile intellectu erat, quis Iupiter hic designaretur, etiamsi nomen loci reticeretur, praesertim cum ὁ τοῦ Διὸς sine Δωδωνείου praecessisset. Latet utique vitium. Desidero numerum taurorum offerendorum. Novemne, quot erant legati? Quam in suspicionem iam ante me dudum Wolfius incidit, natura rei ultro quemque illuc ducente. Ut sit haec loci lectio: τῷ Διῒ ἐννέα ἀροτρεῖς βοῦς. *oblaturos Iovi novem tauros aratores.* REISK. τῷ Διὶ τῷ ναρῷ τρεῖς βοῦς Bekker.: cautissime, ut in loco desperato. SCHAEFER.

P. 531. v. 20. βοήσεις] βοιήσεις Bavaricus. Mihi videtur legendum δύο βόϊς ἴσας. *binas vaccas aequalis tauris aetatis atque roboris* vel *decoras Iovi atque convenientes.* vel βόϊς ἐΐσας dictione Homerica. Saepe δαῖτες ἐΐσαι occurrunt pro *opiparae dapes, lautae, splendidae.* Sic vaccae ἐΐσαι sunt *bene pastae, succi plenae, vegetae.* REISK. Aliud Reiskii commentum v. Ind. Graecitat. p. 111. SCHAEFER.

P. 531. v. 20. δὲ] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 531. v. 21. τράπεζαν — ὁ Ἀθηναίων] Malim καὶ et comma *) deleri, ut sit sententia: *tabulamque aeneam* [scilicet oblaturos] *pertinentem ad illud donarium, quod iam dudum dedicasset populus Atheniensis.* τράπεζα est tabula, cui inscribitur

*) quod Reiskius posuit post πρὸς. Posuit etiam Buttmannus. SCHAEFER.

inscriptio declarans, cuius sit illud donarium et qua de causa datum. REISK. καὶ πρὸς recte interpretatur Ind. Graecitat. p. 438, καὶ μικρόν τι πρός p. 47, 28. V. Schweighäuseri Lexic. Herodot. T. II, p. 243. a. quaeque collegi in H. Stephani Thes. c. 7993. B. Add. not. ad p. 617, 7. SCHAEFER.

P. 531. v. 21. ὃ ἀνέθηκεν] F. ἀντὶ τοῦ ηὔξατο ἀναθήσειν. Cur enim iam dicatum denuo dicetur? WOLF.

P. 531. v. 23. ἙΤΕΡΑ.] Rursus abest a Bavarico et Paris. primo. REISK. Omisit Buttmann. SCHAEFER.

P. 531. v. 25. σήμαιν'] σημαίνει Ital. Lambin. Hic proxime δημοτελεῖν ἱερεῖον τέλειον. Recte. TAYLOR. σημαίνει dant Ital. et index Lambini. Vulg. σήμαιν'. In aliis est σημαίν'. In σημαιν ἐν facile consentiunt omnes, legendum esse σημαίνει. REISK. σημαίνει Buttmann, et Dindorf. SCHAEFER.

P. 531. v. 25. δημοτελεῖ ἱερεῖον] Vulg. δημοτελεῖ, ἱερεῖον. Lambinus, sublato commate, dat δημοτελεῖν ἱερεῖον, quasi infinitivus sit a verbo δημοτελέω. Assentitur Taylorus. Ego vero vulgatam h. l. tueor. Non enim δημοτελέω usurpatur ita ut δημοτελής, quod erat cognomen Bacchi. δημοτελής videtur ille Bacchus esse appellatus, cui non privatim a quoque, sed publice ab omnibus sacra fierent. Pro Δωδώνῃ malim δόμεν. Ut totius loci haec sit lectio: Ὦ τοῦ Διὸς σημαίνει, δόμεν Διονύσῳ δημοτελεῖ ἱερεῖον τέλειον. *Sacerdos Iovis iubet Dionyso Demoteli offerri victimam integrae et florentis aetatis.* Aut alias post ἱερεῖον τέλειον deest θῦσαι. REISK. Retractavit haec Ind. Graecitat. p. 136. Lambino assensus, δημοτελῆ ἱερὰ τελεῖν, καὶ κρατῆρα — Buttmann., probante Boeckhio de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 228. SCHAEFER.

P. 531. v. 28. ἐλινύειν] [ἐλεεῖν.] Dubito de lectione, sed emendationis coniecturis destituor. WOLF. Vulg. ἐλεεῖν, θύειν μίαν —. Wolfius hac de lectione se dubitare cum ait, tum negat emendandi modum viamque reperire. Vulgata est in texto Bavarici, sed margo dat γρ. ἐλινύειν. Post ἡμέραν posui punctum *) et duo prima verba, interiecto puncto sublato, in unum verbum contraxi ἐλινύειν, auctore codice Bavarico. Sententia itaque est haec: *coronas ab ingenuis servisque esse gestandas et per unum diem ab opere feriandum. Porro sacrificandum esse taurum candidum Iovi Ctesio.* In Διὶ facile e proximo superiori versu subauditur θῦσαι. SCHAEFER.

P. 531. v. 28. Διὶ κτησίῳ] Vide, quae scripsit de Iove Ctesio cl. Mattaerius ad Inscriptionem II. in Appendice ad Marm. Oxon. Lond. 1733.

---

*) Ego subdistinctionem: Buttmannus signum coli. Bekkerus interpungens Reiskium secutus est. SCHAEFER.

ΔΙΟΣ ΚΤΗΣΙΟΥ
ΔΙΟΣ ΚΑΠΕΤΩΛΙΟΥ
ΡΩΜΗΣ
ΑΓΑΘΟΥ ΔΑΙΜΟΝΟΣ.

Iupiter *Κτήσιος* erat Athenis icuncula, ex Diis Penatibus una, πλουτοδότης, ideoque in cella penuaria, ἐν τῷ ταμείῳ, collocata. Egregius est locus Isaei de Cironis haereditate, ideoque exscribam: *Οὐδέποτε θυσίαν ἄνευ ἡμῶν οὐδεμίαν ἐποίησεν, ἀλλ' εἴτε μικρὰ, εἴτε μεγάλα θύοι, πανταχοῦ παρῆμεν ἡμεῖς καὶ συνεθύομεν. καὶ οὐ μόνον εἰς τὰ τοιαῦτα παρεκαλούμεθα, ἀλλὰ καὶ εἰς Διονύσια εἰς ἀγρὸν ἦγεν ἀεὶ ἡμᾶς· καὶ μετ' ἐκείνου τε ἐθεωροῦμεν καθήμενοι παρ' αὐτὸν καὶ τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ' ἐκεῖνον πάσας, τῷ Διί τε θύων τῷ Κτησίῳ, περὶ ἣν μάλιστ' ἐκεῖνος θυσίαν ἐσπούδαζε — καὶ ηὔχετο ἡμῖν ὑγίειαν διδόναι καὶ κτῆσιν ἀγαθήν.* [V. Antiphont. 113. 12. 22. Maussac. ad Harpocrat. p. not. 54. 205.] Hinc satis adparet, quam negligenter a Wolfio versum *opulento Iovi.* Admonere potuit illud Callimachi Hymn. I. 91,

Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἐάων.

TAYLOR.

P. 531. v. 29. *Εἰσὶν*] εἰσὶ μὲν August. primus. REISK.

P. 532. v. 1. *τῇ πόλει*] Vulg. ἐν τῇ πόλει. ἐν abest ab August. primo. Delevi. *Sunt* (non *in civitate*, sed) *civitati multa praeclara oracula.* REISK.

P. 532. v. 1. *καλαί*] Uncis inclusit Bekker. Prorsus deleverunt Buttmann, et Dindorf. Bene. SCHAEFER.

P. 532. v. 3. *προστάττουσι — προσαναιροῦσιν*] Pythia Delphis, Dodonae sacerdos. Conf. not. ad p. 465, 15. SCHAEFER.

P. 532. v. 5. *ἁπάσαις ἀεὶ ταῖς ἀφικνουμέναις*] [ἁπάσαις ταῖς ἀφικν.] ἁπάσαις ἀεὶ *τ. ἀ.* Cod. Aug. TAYLOR. Post ἁπάσαις addit August. primus ἀεὶ. Addidi. ἁπάσαις ἀεὶ ταῖς ἀφικνουμέναις idem est ac si dixisset ἁπάσαις ταῖς ἀεὶ ἀφικνουμέναις. REISK.

P. 532. v. 6. *ἀφικνουμέναις*] ἀφικομέναις Felic. et Manut. TAYLOR.

P. 532. v. 6. *προσαναιροῦσιν*] προσανεροῦσιν August. primus; quod idem est cum vulgata, si memineris, graecos librarios ε et αι promiscue habere. REISK.

P. 532. v. 7. *πάντες οἱ*] Absunt ab editione P. Manutii. REISK.

P. 532. v. 7. *δῆλον*] δηλοῦσιν margo Paris. F. δῆλοί εἰσι. Sed tum pro στεφανούμεθα legetur στεφανούμενοι. WOLF. Apparet locum esse corruptum. Vult enim conficere, choregos esse inviolabiles, quia sint sacri, sacros autem esse, quia sint principes chororum, qui sacri item sint: nam a diis eos praecipi. Quod si ergo choregum quis violet, eum sacra violare. Sed in vulgata

labat argumentatio, quam facile confirmes et planam facias sic legendo: *εἰ τοίνυν ἱεροὶ χοροὶ πάντες οἱ γιγνόμενοι, καὶ οἱ χορηγοὶ δηλονότι. τὰς μὲν οὖν ἡμέρας* —. *Quod si ergo sacri sunt chori omnes, quotquot instituuntur, sponte sua paret, etiam choregos sacros esse. Iam per dies quidem illos, quibus* —. REISK. Locus non corruptus est, sed, si quis alius, sanus. Iunge *οἱ χοροὶ καὶ οἱ χορηγοὶ στεφανούμεθα.* SCHAEFER.

P. 532. v. 8. *ἐπὶ*] *εἰς* P. Manutius. REISK.

P. 532. v. 10. *περὶ αὐτῶν*] [*περὶ αὐτῶν*] Solito errore *περὶ* pro *ὑπὲρ*. Hoc legit Scholiastes, qui et optime interpretatur: *ὑπὲρ αὐτῶν, τῶν θεῶν δηλονότι ἁπάντων.* Idque adparet ex iis, quae proxime v. 12. infert: *τὸν οὖν εἴς τινα — ὑβρίζοντα — ἄλλο τι πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν;* Minus recte igitur Barocc. et Felic. *ὑπὲρ ὑμῶν*, quemadmodum coniecerat atque interpretatur Wolfius, et *ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν*, ut legunt Obsop. et Manut. Memineris porro, *ὑπὲρ* scribi in Ald. Ven. Aug. et Regg. *β. ε. ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἐστεφανούμεθα* Vindob. TAYLOR. Vulg. *περὶ αὐτῶν. ὑπὲρ αὐτῶν* Paris. secundus et quintus. *ὑπὲρ ὑμῶν* Bavaricus, August. primus. *ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν* dedit margo Lessing. *περὶ* an *ὑπὲρ* legas, nil interest. Etiam *ἡμῶν* addas, an omittas cum vulgata, nil refert: nam *αὐτῶν* idem potest significare atque *ἡμῶν αὐτῶν.* Per illos quidem dies, quibus ad ludos celebrandos coimus, quicunque nostrum coronam gerit, is eam suimet ipsius causa gerit, — postremo autem die, quo praemia dantur victoribus, soli victores coronas gerunt, et victor quisque suimet causa et suae victoriae significandae ergo gerit suam coronam. Concludit sic. Chori agendi et coronae gestandae in omnibus oraculis praecipiuntur. Sunt ergo res sacra. Sanctimonia igitur illis quoque inest, qui choris praesunt ideoque coronas gerunt, donec defuncti sint suo munere. Sed praefui choro et gessi coronam: ideo sacrosanctus fui, donec victoriae adiudicatione ludi finirentur. REISK. *ὑπὲρ ὑμῶν* Buttmann. et Bekker. Mihi perinde ut Tayloro verum videtur *ὑπὲρ αὐτῶν*, quod tuetur etiam optimus liber Bekkeri. *propter oracula, ut satisfiat oraculis:* ut *ἀσέβεια* sit tali *στεφανηφορίᾳ* nocere *ὑβριστικῶς.* SCHAEFER.

P. 532. v. 10. *στεφανούμεθα*] *ἐστεφανούμεθα* Bavaricus, Ald. P. Manut. *ἐστεφανώμεθα* August. primus. REISK. *ἐστεφανώμεθα* Buttmann. et Dindorf. Vere. Non *coronamur*, sed *coronas gestamus*, *στεφανηφοροῦμεν.* SCHAEFER.

P. 532. v. 11. *τὴν δὲ τῶν ἐπινικίων*] Wolfius non recte haec cepit: *qui parta victoria sacrificat.* Per *τὴν τῶν ἐπινικίων* intelligo diem victoriae celebrandae, et respondet superioribus: *τὰς μὲν ἡμέρας ἐκείνας* etc. pro diis coronamur, *τὴν δὲ τῶν ἐπινικίων* victor pro seipso. Vidit praestantissimus Ferrus: *el giorno della festa della vittoria per se medesimo alhora s' incorona il vincitore.* Vide, si vacat, quae olim scripsimus ad Lysiae orat. c. Alcibiad. ineuntem p. 517. not. 4. TAYLOR.

P. 532. v. 13. χορευτῶν] χορευόντων Paris. quintus. REISK.

P. 532. v. 15. τῷ ἀγῶνι] Articulus abest a Bavarico. REISK.

P. 532. v. 15. ἱερῷ] ἱκανῷ P. Manutius. REISK. V. Boeckhius in Actis Acad. Boruss. a. 1818. 1819. p. 65. SCHAEFER.

P. 532. v. 15. ἄλλο τι πλὴν] I. q. ἄλλο τι ἤ, quomodo Cod. Bekk. V. Kiddius ad Dawesii Miscellan. p. 404. SCHAEFER.

P. 532. v. 16. καὶ μὴν—γε] *Porro*. V. not. ad p. 527, 22. SCHAEFER.

P. 532. v. 16. βουλόμενοι—οὐκ ἐδώκατε—] Id est: *quamquam neminem peregrinum certare voluistis, tamen non dedistis* etc. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 259.

P. 532. v. 17. μηδένα] μηδέν' Bekker. SCHAEFER.

P. 532. v. 18. προσκαλέσαντι] Scilicet πρὸς τὸν ἄρχοντα, quod infra p. 534, 1. plene effertur, προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν ἄρχοντα. Unde explicantur ista, quae sequuntur: ἀλλ' ἐὰν μὲν καλέσῃ (nempe πρὸς τὸν ἄρχοντα), πεντήκοντα δραχμὰς, ἐὰν δὲ (καὶ τὸν ἄρχοντα) καθίζεσθαι κελεύσῃ, χιλίας ἀποτίνειν ἐτάξατε. Hoc est: simpliciter citare aliquem a choro, ut appareret coram τῷ ἄρχοντι, puniebatur mulcta L drachmarum; si vero, qui hoc fecerat, rem urgebat et persistebat, ita ut cogeret τὸν ἄρχοντα καθίζεσθαι, *pro tribunali sedere*, de causa cogniturum, M drachmis hoc delictum aestimabatur. MARKLAND. Ego tamen aliter explico: *Si choragus aliquem in ius vocaverit de peregrinitate hominis experturus, mulcta erat L drachmae; sin autem causa indicta et sua solummodo auctoritate fretus e choro deturbaverit et inter spectatores sedere iusserit*, καθίζεσθαι κελεύσῃ, (id quod non sine vi et contumelia fieri potuit,) *M pendito*. Et haec est mens Scholiastae non uno in loco: ἐὰν κελεύσῃ αὐτὸν ἀπελθόντα εἰς τὸ πλῆθος καθέζεσθαι, ὡς ξένον, χιλίας διδόναι. Iterum: οἷον οὐ βιαίως ἀποσπάσει μὲν ἀπὸ τοῦ χοροῦ, θεωρεῖν δὲ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καθέζεσθαι ἀναγκάσει. TAYLOR. Notabile hic dici activum προσκαλεῖν, cum sensu iudiciali fere usurpetur medium προσκαλεῖσθαι, quo Orator de eadem re utitur p. 534. init. SCHAEFER.

P. 532. v. 18. σκοπεῖν] κόπτειν margo Lutetianae. REISK.

P. 532. v. 20. καθίζεσθαι] γρ. καθέζεσθαι margo Lutetianae. καθήζεσθαι P. Manutius. REISK. καθίζεσθαι est per consequentiam *absistere certando*. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 259.

P. 532. v. 21. ἕνεκα] εἵνεκα August. primus. REISK.

P. 532. v. 21. μὴ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 532. v. 25. οὐδ' ὁ προσκαλέσας—ἀζήμιος ἔσται] Wolfius: *qui citarit, lege indemnis non erit*. Parum ad mentem Demosthenis. Sensus est: *ne is quidem, qui legitime citarit, indemnis erit*. Opponuntur enim τὸ κατὰ τὸν νόμον et quod sequitur παρὰ πάντας τοὺς νόμους. IURIN. Wolfius: *qui actorem citarit, lege*

indemnis non erit. Pessime tamen. Lex erat Athenis, *ΞΕΝΟΝ ΜΗ ΧΟΡΗΓΕΙΝ*, verum huic negotio se inserere volentem vel hoc negotio defunctum in ius vocare. Erat tamen altera, *ΞΕΝΟΝ ΜΕΤΑΞΥ ΧΟΡΗΓΟΥΝΤΑ ΜΗΤΕ ΚΑΛΕΙΝ ΜΗΤΕ ΕΠΗΡΕΑΖΕΙΝ*, propter coronae, quam iam gestabat, religionem, loci temporisque solennitatem. Demosthenes igitur κακούργως, ut ait Ulpianus, prioris legis adminiculo utitur, ut clarior esset antithesis et oppositio. Si ille, qui *actorem lege citaverit,* (nam lege quidem potuit, sed priori, sed generaliter, non μεταξὺ χορηγοῦντα,) condemnabitur: qui *aedilem ipsum contra omnes leges conciderit,* illé poenas non dabit? Astute quidem hoc et κακούργως. Nam peregrinum *coronatum et sacris operantem* citare adeo erat legibus interdictum, ac aedilem ipsum pulsare. TAYLOR. Imo vero ὁ χορηγὸς προσκαλέσας. non modo alius quicunque poenae reus est, sed ipse choregus quoque, tametsi vel maxime ius illi competere deberet hoc faciendi. Concludit sic: Si choregus ipse multatur saltatorem ad se spectandi modo causa advocans, quanto magis illum par est privatum multari, qui choregum ipsum in muneris editione pulsat? Opponit inter se comparandi ergo choregum saltatori, vocationem, quae inspiciendi ergo fiat, verberibus, saltationi denique muneris editionem, personam privatam publicae, multa maiora minoribus. κατὰ τὸν νόμον an παρὰ τὸν νόμον legatur nil refert nisi hoc, quod κατὰ τὸν νόμον cohaerebit cum ἔσται ἀζήμιος, παρὰ τὸν νόμον autem cum προσκαλέσας. Sententia erit altero modo: *Vi legis* (κατὰ τὸν νόμον) *ne ille quidem a poena liber, si quis, cum choregus sit, saltatorem ad se vocet.* altero haec: *Si qui choregus facit hoc, quod per leges haud licet,* (παρὰ τὸν νόμον,) *ut aliquem saltatorem ad se vocet, immunis multae ne is quidem est.* REISK. Ne Reiskium audias, sed Taylorum, qui totum hunc locum verissime interpretatus est. Nec tamen concedam Anglo Scholiastam secuto, Oratorem hic esse malitiosum. Neque enim κακούργως dixit, (nam verum est illud κατὰ τὸν νόμον, i. e. κατὰ τὸν ξενίας νόμον,) sed ῥητορικῶς, quo et concinnior fieret oratio et magis contrapositorum vis moveret auditores. SCHAEFER.

P. 532. v. 26. αὐτὸν] Abest a Paris. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 532. v. 27. ὂν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 532. v. 28. τῶν] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 533. v. 3. παραιτήσομαι — ἀχθεσθῆναί μοι] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 14. SCHAEFER.

P. 533. v. 3. ἐπὶ συμφοραῖς] F. ἐπὶ συμφορᾶς. ἐπὶ συμφορᾶς γεγονέναι i. q. συμφορᾷ κεχρῆσθαι, quod legitur v. 11. SCHAEFER.

P. 533. v. 5. ὀνομαστὶ] Vulg. ὀνόματι. Dedi de meo ὀνομαστί. REISK. ὀνόματι probat novissimus editor Aristaeneti p. 313. con-

iecturam Reiskii dicens inutilem. Mihi videtur certissima: adscivitque ipse Bekkerus, quo cautiorem Criticum non novimus, quanquam eius Codd. consensu tuentur ὀνόματι. SCHAEFER.

P. 533. v. 7. τὸ ὑβρίζειν καὶ τὸ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν] Vulg. ὑβρίζειν καὶ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν. τὸ ὑβρίζειν καὶ τὸ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν August. primus. Et sic correxi. REISK. ὑβρίζειν καὶ τὰ τ. π. Buttmann. et Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 533. v. 10. χορούς] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 533. v. 10. διδάσκων] ἐκδιδάσκων] Paris. quintus. REISK. ἐκδιδάσκων Buttmann. Non imiter. SCHAEFER.

P. 533. v. 12. οἶμαι] Referendum ad nomen sequens delendaque interpunctio: id quod Bekkerus fecit in Berolinensi. V. not. ad Sophocl. Oed. C. 995. SCHAEFER.

P. 533. v. 13. οἱ ἀντιχορηγοὶ] Minus explicate vertitur a Wolfio: *eius in aedilitate aemuli.* ἀντιχορηγοὶ erant, qui caeteris tribubus invicem certaturis praeficiebantur: ut pag. prox. v. 25. συμβῆναι Τισίαν — ἀντιχορηγῆσαι τῷ Διοκλεῖ. TAYLOR. V. Fr. A. Wolfius Prolegg. ad Leptin. p. 91. Bekkerus: „ἀντιχόρηγοι k. r.“ SCHAEFER.

P. 533. v. 17. ἀλλὰ τοσοῦτον τῆς εὐσεβείας κ. τ. λ.] ἀλλὰ ἴδοι τις ἂν τοσοῦτον εὐσεβείας ἐν ἑκάστῳ ὑμῶν συγκεχωρηκός, τουτέστι συνεληλυθός. τὸ συγκεχωρηκὸς τῆς εὐσεβείας, ἀντ' εὐλαβείας, ἢ συγχωρήσεως περὶ τὴν εὐσέβειαν τοσαύτης, οὐκ ἀρέσκει, καίτοι οὐκ ἀγνοοῦντι τὸ συνειδὸς ἀντὶ συνειδήσεως λεγόμενον, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. WOLF. Pro ἐν ἑκάστῳ legit quidam*) ἕνεκα. τὸ συγκεχωρηκὸς Barocc. Aug. et Ital. συγκεχωρηκὼς Reg. ε. Italus: *ma tanta facilità per cagion della religione in ciascuno si potea vedere.* TAYLOR. Lego τῇ εὐσεβείᾳ — τὸ συγκεχωρηκός, ὥστε etc. *tantum quod cedit religioni*, i. e. *tantas religioni factas concessiones.* Participialia enim regunt verborum suorum casus. συγχωρεῖν αὐτῷ p. 562, 2. τοῖς νόμοις p. 535, 5. MARKLAND. τῆς εὐσεβείας absunt a nescio quo quibusve codd. In Parisina quidem editione inclusa sunt signis illis, quibus designantur vocabula, quae deerant codd. Paris. Sed nota codicum desideratur, ut saepissime. τὸ συγκεχωρηκὸς August. primus, Bavaricus. Et sic correxi: nam vulg. συγκεχωρηκός, sine articulo. Constructio haec est: ἴδοι τις ἂν τὸ τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑμῶν οὔσης εὐσεβείας συγκεχωρηκὸς τοσοῦτον ὄν, *videat quis facilitatem et indulgentiam pietatis, quae vestrum unicuique inest, tantam.* τὸ συγκεχωρηκὸς est ea animi placabilitas et lenitas, quae, sopita ira aut crudelitate, ferocitate, acerbitate, concessit alteri, de saevitia sua remisit atque relaxata est. REISK. Articulum τὸ, qui alienum locum occupasse videtur, aspor-

---

*) Quis ille quidam? Ipsene est? REISK. Italum videtur Anglus intellexisse. SCHAEFER.

tandum censeo inter τοσοῦτον et τῆς: ἀλλὰ τοσοῦτον τὸ τῆς εὐσεβείας κ. τ. λ. Constr. ἀλλά τις ἂν ἴδοι τὸ τῆς εὐσεβείας συγκεχωρηκὸς τοσοῦτον ἐν ἑκάστῳ ὑμῶν, ὥστε κ. τ. λ. τὸ τῆς εὐσεβείας pro ἡ εὐσέβεια. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 259. Articulum τὸ delevit Bekker. Buttmannus sequitur Reiskii et scripturam et interpretationem. Neque ego video quod magis satisfaciat. Compares Euripideum Iphig. Aul. 1270. (1280.) οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα. SCHAEFER.

P. 533. v. 21. τῶν χορηγῶν τις ἅψασθαι] Vide, annon praestet lectio Cod. Vindob. τοῦ χορηγῶν. TAYLOR. Vulg. τῶν χορηγῶν τινος ἅψ. τῶν etiam Bavaricus, sed cum superscripto τοῦ, quod etiam in Lessing. reperi. August. primus quoque τοῦ dat, sed χορηγόν τινος. Sententiam reddit utraque lectio, et τῶν χορηγῶν τινος, et τοῦ χορηγῶν τινος, per se bonam, sed ab hoc loco abhorrentem, cui unice convenit, ut pro τινος legatur τις in nominativo. Et sic correxi meo iudicio. Sannio choros docet, et ne privatorum quidem inimicorum quisquam eum in ea re impedit, nedum ut choregus quisquam eum vi et manu infesta tangat, h. e. violet. Subauditur αὐτοῦ. REISK. τοῦ χορηγῶν τινος ἅψασθαι Buttmann. (V. Addenda p. 161.) Solum τῶν χορηγῶν Bekker., auctoritate optimi Codicis omissis duabus quae sequuntur vocibus. Quomodo subaudiendum τινὰ κωλύειν. *tantum abest ut choragorum quisquam impediat.* SCHAEFER.

P. 533. v. 23. ἡγεμὼν,] Subdistinctionem deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 533. v. 25. κορυφαῖος] Vocem pro scholio habitam a Reiskio (v. Ind. Graecitat. p. 315.) tuetur Buttmann. Ind. p. 178. SCHAEFER.

P. 533. v. 25. ἴστε δήπου] Forte ἴστε δὲ δήπου vel ἀλλ' ἴστε δήπου. Sic p. 546, 22. ἀλλ' ἴστε δήπου τοῦθ', ὅτι κ. τ. λ. MARKLAND. δὲ inserunt quatuor Codd. Bekk. Placet ut orationem aptius vinciens. SCHAEFER.

P. 533. v. 26. ἀφέληται] Vulg. ἀφέλῃ. ἀφέληταί Paris. quintus et septimus, August. primus. Et sic correxi. REISK. ἀφέλῃ Bekker. Bene. V. not. ad p. 639, 11. SCHAEFER.

P. 533. v. 27. οὐδεὶς — τὸ πλεονέκτημα] Wolfius: *nullus unquam praerogativam hanc animadvertit.* Magis ad sensum Demosthenis: *nemo unquam hanc vincendi occasionem animadvertit.* IURIN. V. Ind. Graecitat. p. 278. SCHAEFER.

P. 533. v. 27. εἶδε] εἶχε Lambinus. TAYLOR. Lambinus vult εἶχε. REISK.

P. 534. v. 1. προσκαλέσασθαι] Ita lege cum Codd., non προκαλέσασθαι cum editt. Manut. et Paris. TAYLOR. Vulg. προκαλέσασθαι. προσκαλέσασθαι Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Ald. Et sic correxi. REISK.

P. 534. v. 2. ὥσπερ ἂν εἰ — ἠβούλετο] Conf. p. 532, 18. SCHAEFER.

P. 534. v. 5. *γενόμενος*] *γινόμενος* August. primus. REISK. *γιγνόμενος* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 534. v. 5. *οὐκ οὖν — φροντίζειν*;] Quum Sannio, qui Athenis choros tragicos docere solitus fuerat, et Aristides quidam *ἀστρατείας* damnati essent et nihilominus, legibus spretis, chorum ille doceret, hic duceret, tamen eos aemulorum choragorum nemo, quamvis victoriae studiosus, haec facere prohibebat. Hanc choragorum modestiam confert Orator cum Midiae petulantia, a quo, privato, ipse, choragus, pulsatus fuisset. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. p. 259.

P. 534. v. 5. *οὐκ οὖν — φροντίζειν*;] Ita melius cum interrogatione ex mente Wolfii, quam absolute et categorice *οὐκοῦν — φροντίζειν* iuxta edit. Benenati etc. TAYLOR. Reiskius cum recte scripsisset *οὐκ οὖν*, debuit etiam post *φροντίζειν* v. 18. signum interrogandi ponere: id quod feci. *οὐκοῦν — φροντίζειν*; Buttmann., bene ille interpungens, secus revocans, quod hic locum non habet, *οὐκοῦν. οὐκ οὖν — φροντίζειν.* Bekkeri Oxoniensis: *οὔκουν — φροντίζειν.* Berolinensis. *οὔκουν — φροντίζειν*; Dindorf. Quod et ipsum bonum: neque enim quidquam interest inter *οὔκουν* et *οὐκ οὖν*. SCHAEFER.

P. 542. v. 16. *ἡ τοῦ Σκιροφοριῶνος*] Haec verba videntur e scholio in textum immigrasse. Etiam quid *γιγνομένην* sibi velit haud intelligo. REISK. Totum hoc, *τὴν τοῦ — γιγνομένην*, vide ne sapiat Scholium. Mirabile mihi videtur auditores ab Oratore docendos fuisse, cuius mensis sit *ἡ τελευταία ἡμέρα τῶν διαιτητῶν*. SCHAEFER.

P. 542. v. 18. *τὸν πρυτανεύοντα*] V. Schoemanni et Meieri liber citatus p. 215. SCHAEFER.

P. 542. v. 18. *τὴν*] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 542. v. 18. παρὰ] περὶ Aldus. REISK.

P. 542. v. 20. κατηγόρων ἔρημον] Ita editt. omnes atque adeo Wolfiana. Hic tamen in notis videtur legere et exponere: „κατηγορῶν ἔρημον.] ἐρήμην, id est, ἀπόντος Στράτωνος.“ Quae videtur esse sanior lectio multis de causis. κατηγορῶν ἔρημον, scilicet δίκην. Plene foret: κατηγορῶν αὐτοῦ ἔρημον δίκην. Tum autem voces, quae sequuntur, οὐδενὸς παρόντος, glossae suspicionem habent. TAYLOR. κατηγόρων ἔρημον. Wolfius: *nullis accusantibus.* Miror, virum doctissimum id non vidisse, Stratonem Midia accusante damnatum fuisse, aut etiam κατηγόρων ἔρημον, tanquam φίλων ἔρημον, pro Demosthenica locutione habere potuisse. Tu mecum absque dubitatione lege κατηγορῶν ἔρημον, *accusans absentem*, vel *quod abesset.* IURIN. Eorum, quae aut Wolfius aut Taylorus cum Iurino ad h. l. attulere, nil probo. Non senserunt viri boni, graecum id non esse, quod volunt. κατηγορεῖν dicitur, non τινὰ, sed τινός. Scribo συνηγόρων ἔρημον, *nudum et desertum ab advocatis*, Stratonem puta. οὐδενὸς παρόντος neque scholium neque supervacanea sunt, sed idem et aliquanto plus atque proximum dicunt. Modo dixerat, Stratoni advocatum adfuisse nullum: iam dicit, prorsus neminem eorum adfuisse omnium, quos adesse par fuerat, non subscriptores actori, non advocatos reo. REISK. κατηγορῶν ἔρημον Büttmann. et Bekker. Recte. Probatque Hudtwalckerus l. c. p. 20., qui etiam verba οὐδενὸς παρόντος tuetur. κατηγορεῖν ἔρημον locutio est similis illi superiori, τὴν ἔρημον διδόναι. ἔρημον ὦφλε δίκην infra v. 22. SCHAEFER.

P. 542. v. 21. τὸν διαιτητὴν] Invidiose dictum. Crudele est et impium lectum a se arbitrum infamia notare: quod non multo minus facinorosum est, ac si patrem perdas et interimas. REISK.

P. 542. v. 25. δίκην] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 542. v. 25. ἀδικηθέντα] Si ἀδικηθέντα ad Stratonem redit, ut credibile est et specie prima videtur, tum necesse est, ut Μειδίᾳ vel τῷ Μειδίᾳ transponatur post οὐθ' ὅλως, ut sententia haec sit: Tutum haud est Stratoni litem ei intendere, si quis iniuria se lacessiverit, neque arbitrium dicere, neque, ut videtur, eandem cum Midia viam ire. Mihi tamen probabilius videtur ad ἀδικηθέντα subaudire τινὰ ὑπὸ Μειδίου, ut haec sit sententia: Nemini iam videtur tutum esse neque a Midia iure poenas repetere acceptarum iniuriarum, neque arbitrum ei sedere, neque prorsus eandem viam ire. Quae commodior est sententia. REISK. Non commodior, sed unice vera: Orator enim generatim loquitur. SCHAEFER.

P. 542. v. 25. Μειδίᾳ] Vulg. τῷ Μειδίᾳ. τῷ abest ab August. primo, Bavarico, Aldina, Paulina. Delevi articulum. REISK.

P. 542. v. 28. ὠμὸν] Malim ὠμῶς, ut referatur ad ἐπεβούλευσε λαβεῖν — δίκην. *tantas poenas tanta cum crudelitate sumere per insidias machinatus est.* REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 542. v. 28. *ὠμὸν τηλικαύτην ἐπεβούλευσε*] Videtur in aliis libris fuisse haec lectio, *οὕτως ὠμὴν ἐπεβούλευσε* (sine *τηλικαύτην*), in aliis fuisse *τηλικαύτην* (sine *οὕτως ὠμὴν*), tum ambas illas lectiones in unum confusas vulgarem vitiosam peperisse. Alterutrum tollendum est me iudice. Scio tamen fore, qui verba *οὕτως ὠμὸν* referant ad praemissa *τί ποτ' ἐστὶν*, et nihil aliud aiant quam more attico traiecta esse vocabula. Qui iudicio suo per me licet fruantur. REISK. Magna cum vi continuantur *οὕτως ὠμὸν τηλικαύτην*. Conf. p. 543, 2. SCHAEFER.

P. 543. v. 2. *ἀληθῶς*] *ἀληθὲς* Bavaricus. REISK.

P. 543. v. 3. *καθ' ἁπάντων ἀεὶ χρῆται*] Vulg. *καθ' ἁπάντων χρῆται. κατὰ πάντων ἀεὶ χρῆται* August. primus. Et sic correxi. REISK. Adverbium delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 543. v. 5. *πέπονθε*] *πέπονθεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 543. v. 6. *μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην κ. τ. λ.*] Est hic prosopopoeia mimica et ironica amici excusantis Midiam cum inimico eum accusante loquentis. Amicus Midiae sic: *μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην* —. Occurrit inimicus Midiae: *ἀλλὰ χιλίων* —. Rursus amicus: *πάνυ γε· ἀλλὰ δάκνει καὶ τοῦτο* —. Respondet inimicus: *ἀλλ' αὐθήμερον* *) —. REISK.

P. 543. v. 6. *μεγάλην — τῶν ὄντων;*] Hanc non esse interrogationem, sed *ὑποφοράν*, etiam formula *νὴ Δία* ostendit. Recte igitur Buttmannus amovit signum interrogandi. Monuit etiam Iurinus ad v. 10. Nec Reiskium res latuit: quo magis mireris eum non rectius interpunxisse. SCHAEFER.

P. 543. v. 7. *ἀλλὰ χιλίων* —] Laudo Venetum Codicem, qui addit negationem: *μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην —; οὔκ. ἀλλὰ χιλίων* etc. Quanquam non ignoro, et receptam lectionem posse etiam tolerari. TAYLOR. Margo Lessing. interserendum admonet *οὐ* (non *οὔκ*). REISK. Negativa debetur interpretanti. SCHAEFER.

P. 543. v. 8. *φαίη τις ἂν*] Mallem haec abessent: videndumque ne et ipsa e margine irrepserint. SCHAEFER.

P. 543. v. 10. *συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ κ. τ. λ.*] F. *συνέβη δ' αὐτῷ διὰ τὸ λαθεῖν ὑπερημέρῳ γενομένῳ ἀδικηθῆναι*. S. *ὑπὸ τοῦ Στράτωνος τοῦ διαιτητοῦ*. Haec per obiectionem dicuntur. Sequitur refutatio: *ἀλλ' αὐθημερὸν μὲν* etc. Sed quomodo potuisset ignorare *τὴν κυρίαν* Midias, nisi forte litium definita tempora non fuerint? Vide Ulpianum. WOLF. Hic locus pessime semper exceptus fuit et de fortuna sua merito queri potest. Nam ab antiquis Criticis, si credas Ulpiano, *ὠβελίζετο* et tanquam *ἀδιόρθωτος* negligebatur: a recentioribus, qui corrigere et expli-

---

*) Sic h. l. Reiskius. V. Iungermanus ad Polluc. I. 64. p. 88. ed. Dind. SCHAEFER.

care voluerunt, perperam intellectus. Forte, inquit Wolfius noster; συνέβη δ' αὐτῷ διὰ τὸ λαθεῖν ὑπερημέρῳ γενομένῳ ἀδικηθῆναι. Dubium, an ita locum corrigi et legi, an explanari potius per hanc notam voluit *). Ego per omnia contraria eo et intelligo, non cum Wolfio ἀδικηθῆναι διὰ τὸ λαθεῖν, verum cum Demosthenis textu plano et sincero λαθεῖν — διὰ τὸ ἀδικηθῆναι. Hoc pacto: *Qua tanta affectus erat contumelia Midias, ut hominem arbitrum civitate eiiceret? Nam grandi dica damnatus, adeo ut de re familiari in periculum veniret? Minime: agebatur tantum causa X minarum. Esto, ait ille: sed iudicatum vel X minarum solvi praeter ius fasque id profecto piget et bilem merito commovere potest. Quomodo ais praeter ius? Damnatus erat, quod se iudicio non stitit:* ὑπερήμερος *erat ideo iudicatus. Contra ille obiicit: Immo ideo* ὑπερήμερος *erat, quod summa iniuria adfectus et contra omne ius in iudicium adductus statum diem conveniendi neque novit neque scire potuit. Quid ais? Illene non novit, qui eo ipso die, sed vesperi quidem, advenerit? Ideo non dici potest, eum* ὑπερήμερον *factum per imprudentiam.* Delenda est igitur interrogatio post ἀδικηθῆναι et versio Wolfiana ita reformanda: *Esto: sed mordet etiam hoc, inquiet aliquis, quum per iniuriam iudicatum solvendum est: accidit autem* [vel *enim*] *illi, ut statum diem ignoraret, eo quod iniuste cum illo ageretur. Immo illo ipso die cognovit*, caetera. TAYLOR. Non quaestio hic proponitur, sed obiectio adversarii. Itaque interpungendum: ἀδικηθῆναι· ut etiam paulo supra τῶν ὄντων· v. 7. Nec vertendum cum Wolfio: *An usu ei venit, ut, cum statum diem praeterisse ignoraret, afficeretur iniuria?* sed hunc in modum: *At diem statum praeterisse ignorabat, quod fraude captus esset.* IURIN. Vulgata bene habet. Idem est ac si dixisset: οὐκ ᾔσθετο γεγενημένος ὑπερήμερος, διότι σύνοιδεν αὐτῷ οὐκ ἀδικήσαντι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀδικηθέντι. *Non sensit debitum a se stato tempore non solutum, quia conscius sibi erat, se nemini iniuriam fecisse, sed potius accepisse.* REISK. Immo: *quia Strato fraudem ei fecerat.* Signum interrogandi post v. ἀδικηθῆναι recte amoverunt Buttmann. et Bekker. Ordo verborum: συνέβη δὲ αὐτῷ λαθεῖν γενομένῳ ὑπερημέρῳ δ. τ. ἀ. SCHAEFER.

P. 543. v. 12. τὸν ἄνθρωπον] Stratonem puta. V. v. 26. REISK. Post ἄνθρωπον minus plene interpungendum: cohaerent enim αὐθήμερόν μὲν — et δραχμὴν δ' —. SCHAEFER.

P. 543. v. 12. δραχμὴν δ' οὐδέπω μίαν ἐκτέτικεν] οὐδὲν οὖν πέπονθεν. Hic enim respondetur ad interrogationem v. 5. SCHAEFER.

---

*) Taylorum dubitasse miror: apparet enim Wolfium ita legi voluisse. Frustra. SCHAEFER.

P. 543. v. 13. ἀλλὰ μήπω τοῦτο.] Id est: *Sed pone non ita fuisse et Midiam diem statum revera ignorasse: nihilominus licebat ei* etc. Non recte Wolfius: *Sed de hoc posterius.* Decepit eum particula πω, quae non semper tempus denotat, etiamsi habeat praecedentem μή. MARKLAND. Recte Wolfius hanc dictionem interpretatus est, quem immerito notat Marklandus ipse deceptus. *Sed nondum de hoc*, scilicet *dicam:* paullo post pluribus exsequar. Id quod facit v. 22. ss. REISK. ἀλλὰ μήπω ταῦτα p. 403, 27. Sed p. 259, 12. ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων. Utriusque formulae non eadem significatio: nam illa prior vetat, haec posterior negat. Ad illam subaudias εἰρήσθω, ad hanc λεκτέον. SCHAEFER.

P. 543. v. 13. ἐξῆν αὐτῷ] αὐτῷ ἐξῆν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 543. v. 16. ἠβούλετο] Vulg. ἐβούλετο. ἠβούλετο August. primus. REISK.

P. 543. v. 16. μή] Abest ab August. primo. REISK.

P. 543. v. 17. ἀτίμητον] V. Ind. Graecitat. p. 93. Harpocrationis explicationi adiectivorum ἀτίμητος et τιμητός de lite usurpatorum ita adversantur Anecd. Bekk. p. 202, 7. et p. 459, 26., ut prorsus contrarium doceant. SCHAEFER.

P. 543. v. 17. πρὸς ἣν οὐκ ἀπήντα κ. τ. λ.] [πρὸς ἣν οὐκ ἀπήντα· δέον.] S. ἀπαντᾷν. καὶ εἰ μὲν ἠδίκηκε, δίκην δῷ. τὸ ἵνα repete, ἵν' ἀγωνίσηται, et ἵνα δῷ δίκην. WOLF. Haec nota Wolfii turbat sententiam. Mens loci optime constabit ex nostra interpunctione et versione viri doctissimi. TAYLOR.

P. 543. v. 20. ἕνα εἶναι] Vulg. εἶναι ἕνα. Invertit August. primus. REISK.

P. 543. v. 20. δεῖ] F. ἔδει. REISK. δεῖ verum: scribendumque sic esset, etiamsi omnes libri darent ἔδει. SCHAEFER.

P. 543. v. 20. λόγου] Vulg. τοῦ λόγου. Articulus abest ab August. primo, Bavarico. Delevi. REISK.

P. 543. v. 21. μηδεμιᾶς τυχεῖν] Vulg. τυχεῖν μηδεμιᾶς. Invertit August. primus. REISK.

P. 543. v. 22. ἐβουλήθη] ἐβούλετο August. primus. REISK. ἠβουλήθη Dindorf. SCHAEFER.

P. 543. v. 25. ἐκεῖνό γ' ἐποίησε] Vulg. ἐκεῖνο ἐποίησε. Dedi de meo ἐκεῖνό γ' ἐποίησε. REISK. ἐκεῖνο ἐποίησε Buttmann. et Bekker. Post ἐποίησε pone hypostigmen. SCHAEFER.

P. 543. v. 26. δι' ἣν] δι' ἧς Paris. primus, P. Manutius. REISK.

P. 543. v. 26. ἀπώλεσεν] Post h. v. recte habent interrogandi signum Reiskiana et Bekkeriana. SCHAEFER.

P. 543. v. 26. ἀλλ'] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 543. v. 27. χαλκοῦν] Vulg. χαλκόν. χαλκοῦν Paris. primus, August. primus, Lessing. Et sic correxi. REISK.

P. 543. v. 27. οὐδέπω καὶ τήμερον] Legimus supra p. 540, 23. recurretque infra p. 565, 18. SCHAEFER.

P. 543. v. 27. ἀλλὰ καὶ] καὶ abest ab August. primo, Bavarico, Aldina, Paulina. REISK. Omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 543. v. 28. φεύγειν] φεύγων Paris. primus, Lessing. REISK. Sic Buttmann. SCHAEFER.

P. 543. v. 28. παραπόλωλεν] *velut per iocum aut oscitantiam et secordiam iudicum pessumdatus est* Ind. Graecitat. p. 382. Fallitur Reiskius. Verius interpretatur συμπαραπόλωμαι p. 396, 6. Dicit Orator Stratonem Midiae πάρεργον factum esse. V. not. ad l. c. SCHAEFER.

P. 544. v. 1. ἄνω καὶ κάτω] ἄνω κάτω Bekker. SCHAEFER.

P. 544. v. 2. ὅσα] ὅσ' Bekker. SCHAEFER.

P. 544. v. 2. ὅσα ἂν βούληται] ὅσα βούλεται August. primus. REISK.

P. 544. v. 2. μὲν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 544. v. 3. ἣν ἀπρόσκλητον κατεσκεύασεν] Sententia est haec: Midias artibus callidis suis effecit, ut iudices Stratonem condemnarent in ius non citatum. REISK. κλητῆρα οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος p. 542, 20. Conf. p. 911, 11. 1147, 6. SCHAEFER.

P. 544. v. 5. ἑαυτῷ] Vulg. αὐτῷ. ἑαυτῷ August. primus. αὑτῷ cum aspero Aldina, Paulina. REISK.

P. 544. v. 5. πεποίηται] Vulg. πεποίηκεν. πεποίηται Paris. primus, August. primus. Utrumque dat Bavaricus. Dedi πεποίηται. REISK.

P. 544. v. 6. καίτοι — λαμβάνειν] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 7. SCHAEFER.

P. 544. v. 6. ἔρημον] ἐρήμην Anecd. Bekk. Sic infra v. 21. ἐρήμου Cod. Bekk. mutat in ἐρήμης. SCHAEFER.

P. 544. v. 7. αὐτοῦ] αὑτοῦ Dindorf. SCHAEFER.

P. 544. v. 8. τίνα] τίν' Bekker. SCHAEFER.

P. 544. v. 8. οὕτω] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 544. v. 10. καὶ νόμων — στέρησις] Interpretatio τῆς ἀτιμίας graviter addita, quo magis moveantur auditores. SCHAEFER.

P. 544. v. 11. τοῦ ἀδικήματος] τἀδικήματος Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 544. v. 12. ἔμοιγε] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 544. v. 13. φαίνεται] Vulg. φαίνηται. φαίνεται edit. Felic. Et sic dedi. REISK.

P. 544. v. 14. *ΜΑΡΤΥΡΕΣ.*] μαρτυρία Bavaricus et August. primus. Sed in hoc et testimonium et lex aberant, omnia (praeter solum titulum *ΝΟΜΟΣ* p. 545, 3.) usque ad *Κάλει δὴ* p. 545, 12. REISK.

P. 544. v. 15. *Φανίας*] Citat h. l. Harpocration v. *Φανίας*. REISK. Item Photius c. 466.: modo verum sit hunc Phaniam a Lexicographis intelligi. SCHAEFER.

P. 544. v. 15. *οἴδαμεν — τὸν κρινόμενον*] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 11. SCHAEFER.

P. 544. v. 17. *ὅτ'*] *οὔτ'* Aldus. *ᾧ τ'* corrector Weimaranus: sed Lessingianus vulgatam dedit. REISK.

P. 544. v. 17. *κακηγορίου*] Vulg. *κατηγόρου*. *κακηγορίου* Ald. Paul. *κατηγορίου* Bavaricus. Correxi *κακηγορίου*. REISK. Compares *λειποταξίου* p. 547, 27. 548, 5. 28. 550, 23. Haec neutra cum similibus sunt *μονόπτωτα* *) propriaque *τῆς δικαστικῆς διαλέκτου*. SCHAEFER.

P. 544. v. 18. *ἡ κυρία τοῦ νόμου*] F. *ἡ κυρία ἐκ τοῦ νόμου*. et 23. *ὄντας ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις*. WOLF. Vulgata bene habet. Potest *ἐκ* subaudiri: addi nil opus est. *dies a legibus praescripta, praefinita arbitris*. REISK. *dies legitima*. Nec magis probanda altera Wolfii coniectura. SCHAEFER.

P. 544. v. 23. *αὐτῷ*] F. *αὐτοῦ*. WOLF. Male Wolfius. Multo enim rectius *αὐτῷ* vel *αὑτῷ*, *in eius* (vel *sui*) *gratiam*. Quae casus tertii usitata est significatio. MARKLAND. *αὐτῷ* est *in eius gratiam*, ut dudum admonuit Marklandus. REISK. *αὑτῷ* Dindorf. SCHAEFER.

P. 544. v. 25. *ἀποδιαιτήσωμεν*] *ἀποδιαιτήσομεν* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 545. v. 1. *παρὰ*] Abest ab Aldina, sed addidit corrector Weimaranus et Lessingianus. REISK.

P. 545. v. 7. *αἱρεῖσθαι*] Abest a Paris. primo: sed addit idem *ἑλέσθαι* post *διαιτητήν*. Etiam Bavaricus *ἑλέσθαι* ibidem loci addit. REISK.

P. 545. v. 7. *ἐπειδὰν δ' ἕλωνται*] [*ἐπειδὰν βούλωνται.*] Adde ex Ital. *ἐπειδὰν δὲ βούλωνται*. Sunt qui referant *κατὰ κοινὸν* non

---

*) Idem monui de alia substantivorum classe ad Porsoni Hecub. p. 47. ed. tert. Lips. Quod recte me monuisse ne dubites, (nuper enim exstitit qui confutare vellet,) cavebit Homericus *Ἄϊρος* cum Archiepiscopo Thessalonicensi. Talibus in nominibus *ᾱ* non est *τὸ στερητικὸν μόριον*, sed *τὸ σχετλιαστικὸν ἀναφώνημα*. Conf. vernaculum *weh* in substantivis cum eo compositis. SCHAEFER.

ad *βούλωνται*, sed ad *μενέτωσαν*. Quod inscitius. TAYLOR. Vulg. *ἐπειδὰν βούλωνται*. *βούλονται* P. Manutius. Imo vero *ἐπειδὰν δ' ἕλωνται*. *posteaquam vero delegerint de communi consilio arbitrum quempiam*. REISK. Reiskii scripturam, etiam a Bekkero servatam, Buttmannus contra Hudtwalckerum de Diaetet. p. 178. (omnino mirabiliter ruentem, si quando partes agit philologi) ita tuetur, ut verbum addi supervacaneum sit. SCHAEFER.

P. 545. v. 10. *μηκέτι καταφερέτωσαν*] *Τί οὖν τοσαυτάκις ἡ δίαιτα εἰς δικαστήριον καταφέρεται*; Eo fortassis, quod non delecti, sed ex lege adhibiti fuerunt. WOLF. Recte rem vidit Wolfius et optime distinxit inter arbitros compromissarios et sorte vel lege datos. Eam distinctionem recepit Ius Romanum, in quo pariter non licet ad alium iudicem provocare, si arbitrium sit compromissarium. *Arbitrorum genera sunt duo, unum eiusmodi, ut, sive aequum sit, sive iniquum, parere debeamus: quod observatur, cum ex compromisso ad arbitrum itum est.* L. 76. D. *Pro socio*. Plura Petitus Lib. IV. Tit. V. — Pro *καταφερέτωσαν* Budaeus mavult *μεταφερέτωσαν* in Commentar. L. Gr. p. 34. edit. a. 1525. *ἀναφερέτωσαν* margo Paris. TAYLOR. *μεταφερέτωσαν* Bekker. SCHAEFER.

P. 545. v. 10. *ἀπὸ*] *ὑπὸ* Bavaricus. REISK.

P. 545. v. 12. *Κάλει δὴ καὶ τὸν Στράτωνα κ. τ. λ.*] Vix potuit ab Oratore excogitari quod iudicum miserationem magis commoveret. SCHAEFER.

P. 545. v. 13. *ἑστάναι — αὐτῷ*] *εἰ καὶ μὴ λέγειν μηδὲ μαρτυρεῖν ἀτίμῳ γε ὄντι*. SCHAEFER.

P. 545. v. 16. *νυνὶ*] *νῦν* Buttmann. SCHAEFER.

P. 545. v. 17. *καὶ ὀδύρασθαι*] Vulg. *ἢ ὀδύρασθαι*. *καὶ ὀδύρασθαι* August. primus, quod recepi. Sed forte legendum sit *φθέγξασθαί τι καὶ ὀδύρασθαι*. REISK. *ἢ ὀδύρασθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 545. v. 20. *οὐδ' εἰ*] *οὐ δὴ* Bavaricus. REISK.

P. 545. v. 21. *καὶ ταῦτα — εἰς εἶναι*] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 16. SCHAEFER.

διὰ

P. 545. v. 22. *παρὰ*] Bekkerus: „*παρὰ* O.“ V. Iulianea nostra p. VIII. SCHAEFER.

P. 545. v. 23. *τὴν ἐρημίαν*] Vulg. *ἐρημίαν*. *τὴν ἐρημίαν* August. primus. Et sic correxi. REISK. *ἐρημίαν* Anecd. Bekk. Idem dedit Bekker. SCHAEFER.

P. 545. v. 25. *τὰς πεντήκοντα δραχμὰς*] de quibus supra p. 542, 8. SCHAEFER.

P. 545. v. 26. *κατεδιῄτησεν*] Bekkerus: „*καταδιῄτησεν* t. v. et correctus fortasse F.“ Sic idem ad p. 542, 7.: „*καταδεδιῄτηκει*] *καταδιῃτήκει* t.“ SCHAEFER.

P. 545. v. 26. ἀπέφηνεν] ἀπέφηνεν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 545. v. 28. παρεῖδε πρὸς τὰ δίκαια Μειδίαν] *iustitiae Midiam posthabuit.* SCHAEFER.

P. 546. v. 2. περιπέπτωκεν ἀδίκως] [περιπέπτωκεν.] Addunt Barocc. et Aug. περιπέπτωκεν ἀ δ ί κ ω ς. Bene, ut p. 547, 6. TAYLOR. Vulg. περιπέπτωκεν. Addit ἀδίκως August. primus. Addidi. V. p. 547, 6. REISK. Iure deleverunt Buttmann. et Bekker. Altero illo loco adverbium recte additum est. SCHAEFER.

P. 546. v. 5. λαβόντες] λαμβάνοντες August. primus. REISK.

P. 546. v. 6. μήθ' — μήτε — μήτε — μήτ' — μηδενὸς] Mirum non legi οὔθ' — οὔτε — οὔτε — οὔτ' — οὐδενὸς. In Demosthenicis quidem res facit mirationem: non item in scriptis cadentis Graecitatis, in quibus vix credas quoties participialis constructio, non οὐ etc., ut oportebat, sed μή etc. adsciscat. Habebimusne talia exempla pro initiis usus negativarum soloecissantis, an librariis imputabimus, quos suorum consuetudo temporum transversos ageret? Sed de hoc loco v. not. ad v. 7. SCHAEFER.

P. 546. v. 6. νόμου] νόμων August. primus. νόμου si bene habet, redit ad legem de Liberalibus. Alii dant νόμων. Dubito, utri melius. REISK. Singularis perplacet. SCHAEFER.

P. 546. v. 7. πρόνοιαν ποιούμενον] Subaudi ὅπως μὴ περὶ αὐτὰ πλημμελῇ vel tale quid. Accusativus hic redit ad λαβόντες ἀφήσετε. Quapropter signum interrogandi ei adiunxi: nam καταψηφίζεσθαι genitivum adsciscit. REISK. Non auscultarunt operae Reiskio ponentes post ποιούμενον signum coli. Interrogandi signum posuit Buttmannus. Non magis quam ego interpunxit Bekkerus. Sed videndum ne gravius quid h. l. agatur quam interpunctio. Nam mihi suspicio nata est Oratoris purpuram panno adsuto deturpatam esse. Scilicet deletis his verbis, καὶ μήθ' ἑορτῆς — πρόνοιαν ποιούμενον, vide quam rotunde, quam apte totius loci argumento Demosthenes scripserit: — ἀφήσετε; οὐ καταψηφιεῖσθε; κ. τ. λ. Nimirum toto hoc loco loquitur de contumeliosis Midiae in cives facinoribus, tacet quae homo in deum impie admisit. SCHAEFER.

P. 546. v. 7. παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ποιήσετε] [παράδειγμα ποιήσετε.] παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ποιήσετε Barocc. et Aug. Recte. TAYLOR. Vulg. παράδειγμα ποιήσετε. Post παράδειγμα addit τοῖς ἄλλοις August. primus. Addidi. REISK. Deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 8. τίνα] Plenius editi et MSti καὶ τίνα, exceptis solis Aldinis, unde Wolfius sua expressit. *) TAYLOR. Vulg. καὶ

---

*) Wolfius interdum Aldinam secutus est, non semper, nullam constanter, sed ex omnibus aliquid delibavit, inconstans delectus. REISK.

τίνα. καὶ abest ab August. primo, Bavarico. Aldina. Detraxi copulam, quo fortior fieret oratio. REISK.

P. 546. v. 10. ὦ] ὦ Reisk. et Bekker. Qui accentus probabilior. V. Brunck. ad Aristophan. Lysistrat. 836. et Ecclesiaz. 160. SCHAEFER.

P. 546. v. 10. ἔξετε] ἔξετ' Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 10. ὅτι — βδελυρός;] Est ὑποφορὰ σαρκαστική. Igitur signo interrogandi locus non est. SCHAEFER.

P. 546. v. 11. γάρ ἐστι] γὰρ ἔσται August. primus. REISK.

P. 546. v. 12. ὀφείλετε] ὀφείλετ' Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 12. τοὺς τοιούτους δήπου] Vulg. τοὺς τοιούτους. Addit August. primus δήπου. Addidi. REISK. δήπου τοὺς τοιούτους Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 13. ἀλλ' ὅτι πλούσιός ἐστιν;] Haec quoque ὑποφορά est: ut etiam hic signum interrogandi perperam positum sit. SCHAEFER.

P. 546. v. 15. σχεδὸν αἴτιον] Est idem atque σχεδὸν μόνον αἴτιον aut σχεδὸν αἰτιώτατον. REISK.

P. 546. v. 16. προσῆκε] Bekkerus: „προσήκει k. r." Hoc verum. SCHAEFER.

P. 546. v. 16. σῶσαι] Aut subaudi aut adde τοῦτον. REISK.

P. 546. v. 18. ἐὰν] ἂν August. primus. REISK.

P. 546. v. 20. ἐλεῆσαι νὴ Δία;] Rursus est ὑποφορά. Signum interrogandi igitur recte amoverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 22. ὑπόλοιπον] Vulg. λοιπόν. ὑπόλοιπον August. primus. Et sic correxi. REISK. λοιπόν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 22. δήπου] που August. primus. REISK.

P. 546. v. 22. τοῦθ'] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 22. κακὸν] Abest ab August. primo. REISK. Omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 546. v. 25. ταῦτ'] Scilicet τὰ Μειδίου παιδία. REISK.

P. 546. v. 26. τὰ τοῦδε] Liberos puta Stratonis. REISK.

P. 546. v. 26. ὑπὸ τούτου] a Midia. REISK.

P. 546. v. 26. τοῦ πατρὸς] Stratonis. REISK.

P. 547. v. 1. τουτονὶ] Vulg. τοῦτον. τουτονὶ August. primus. REISK. τοῦτον Buttmann. SCHAEFER.

P. 547. v. 1. ἠτίμωται — Μειδίου] Citat Tiberius p. 55. SCHAEFER.

P. 547. v. 2. τῆς Μειδίου] Vulg. τοῦ Μειδίου. Pro τοῦ ante Μειδίου dant τῆς August. primus, Bavaricus. τῆς τοῦ Μειδίου

P. Manutius. Correxi τῆς Μειδίου. REISK. Nostram scripturam tuetur etiam Tiberius, etsi vitium passus. SCHAEFER.

P. 547. v. 2. ταῦτα ποιεῖ] h. e. ὑβρίζει. REISK.

P. 547. v. 3. μὲν] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 5. πένης ὢν] Vulg. πένης. Addit August. primus ὢν. Vocabulum πένης abest ab edit. P. Manutii. Addidi ὢν. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 5. μηδὲν] μὲν Bavaricus. REISK.

P. 547. v. 5. ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς — περιπέπτωκε] V. p. 546. init. Nubem exemplorum huius locutionis congessit Wyttenbachius in Iulian. p. 219. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 547. v. 6. δὲ μὴ] Forte cum cl. Marklando δὴ, μὴ —. TAYLOR. δὲ οὐ August. primus, Bavaricus. Forte voluit idem margo Lutetianae, in quo est γρ. οὐδὲ. REISK. δ' οὐδὲ Bekker. Quod aliquanto gravius est. De coniectura Marklandi v. Melet. Crit. p. 111. SCHAEFER.

P. 547. v. 7. μηδαμῶς] Subaudi τοῦτο ποιεῖτε. SCHAEFER.

P. 547. v. 8. ἐγὼ γὰρ οἴομαι πάντας ἀνθρώπους κ. τ. λ.] Verba sic ordino: ἐγὼ οἶμαι πάντας ἀνθρώπους ἀξιοῦν φέρειν (ὅπως ἂν φέρωσιν οἱ δεόμενοι ἐν τοῖς δικαστηρίοις) αὐτοῖς (ἑαυτοῖς) παρ' ἑαυτῶν ἔρανον εἰς τὸν βίον παρὰ πάνθ', ὅσα πράττουσιν. Hoc est: Acta cuiusque vitae est ἔρανος, hoc est stips vel collecta, quam confert aliis, recepturus, cum opus fuerit: et hanc collectam omnes ab iis postulant, qui sui rationem haberi volunt. Puto vocem ἑκάστους omissam a librario et sic legendum: φέρειν ἑκάστους ἀξιοῦν. Sic fere Ovidius IV. de Ponto [III. 29.]:

Quid facis, ah demens! Cur, si Fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipse tuo?

cum infido et obtrectatore amico expostulans. WOLF. [ἐγὼ γὰρ οἶμαι πάντας ἀνθρώπους φέρειν ἀξιοῦν παρ' αὐτῶν εἰς τὸν βίον αὐτοῖς ἔρανον.] Si vera haec sic lectio, absurdam opinionem profert Orator. Nec enim omnes homines, sed boni solum ἀξιοῦσι, aequum esse censent, ut praemium vita sua dignum a reliquis hominibus consequantur. Mali longe aliter sentiunt. Quod si legas ἄξιον pro ἀξιοῦν, planus erit sensus. *Ego enim opinor homines omnes ex seipsis dignam quasi stipem ad reliquam ferre vitam.* Malim vero, deleto τῷ παρ', scribere ἄξιον αὐτῶν. IURIN. φέρειν ἀξιοῦν. Subaudi πάντας. Constructio haec est: ἡγοῦμαι, ὅτι πάντες ἄνθρωποι ἀξιοῦσι τοὺς ἄλλους πάντας φέρειν αὐτοῖς εἰς τὸν βίον ἔρανον παρ' αὐτῶν etc. *Existimo homines omnes postulare ceu rem aequam et sibi debitam, ut collatio quaedam ad vitam communem agendam sibi conferatur a reliquis omnibus hominibus.* Vel potest ad ἀξιοῦν subaudiri ἐμὲ vel ἐμαυτὸν, ut haec sit sententia: *Videor enim mihi recte et iure merito postulare,*

ut omnes homines sibimet ipsi de suo penu collationem ad vitam conferant. Sed inclusi ἀξιοῦν uncis, quoniam p. 574, 12. abest, ubi locus hic idem iisdem verbis recurrit. REISK.

P. 547. v. 8. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. ἡγοῦμαι Paris. quintus, August. primus. REISK. οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 10. [ἀξιοῦν]] ἄξιον εἶναι margo Lutet. REISK. Uncos recte amoverunt Buttmann. et Bekker. φέρειν ἀξιοῦν, *sic statutum deliberatumque habere, ut conferant.* SCHAEFER.

P. 547. v. 10. αὐτῶν — αὐτοῖς] Sic etiam Bekker. αὐτῶν — αὐτοῖς Reisk. αὑτῶν — αὑτοῖς Buttmann. SCHAEFER.

P. 547. v. 11. ἔρανον] De notione τοῦ ἐράνου, et quis sit πληρωτὴς ἐράνου, disputant bene multi et locum idcirco prae manibus illustrant. Vid. Casaubonum ad Athenaeum VIII. 10., Ramirez de Prado in Pentecontarch. c. 11., Spanhemium ad Callimach. Hymn. ad Cerer. v. 73., Petitum ad LL. Attic. l. 5. tit. 7., Heraldum praecipue et Salmasium, hunc de Usuris c. 3. iterumque p. 679. in Omissis, praecipue autem Observatt. ad Ius Attic. et Rom. statim ab initio, illum in Animadverss. l. 6. c. 5. seqq. TAYLOR.

P. 547. v. 11. [οὐ τοῦτον μόνον, — ἀλλὰ καὶ ἄλλον,]] Tota haec sententia abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Buttmann. Suus sententiae locus est p. 574, 12. s., unde inepta scribarum sedulitas huc invexit. Hic qui deleverit, de ipso Oratore bene merebitur: sic enim iterare sententias fortasse alios deceat, Demosthenem quidem dedecet. SCHAEFER.

P. 547. v. 12. οὗ] Codd. Regg. α. β. et Obsop. ὧν, proinde quasi olim hic scriptum fuisset, uti in loco, qui huic plane germanus et consimilis est, p. 574, 12., οὐχὶ τούσδε μόνους, οὓς συλλέγουσί τινες καὶ ὧν πληρωταὶ γίγνονται etc. TAYLOR. Ipsum illud ὧν indicio est aliena nos hic legere. Scilicet qui celeros plurales, ut apte coiret structura verborum, mutavit singularibus, hunc unum mutare oblitus est. SCHAEFER.

P. 547. v. 13. οἷον· ἐγὼ τίς οὑτοσί; —] Lege mecum: — ἀλλὰ καὶ ἄλλον. οἷον, ἐγὼ τίς οὑτοσί; μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι etc. — *sed etiam aliam. Exempli gratia: Ego ille qualisnam? Aequus comesque erga omnes* etc. TAYLOR. Ex p. 574, 12. patet, hunc locum ita distinguendum esse: — καὶ ἄλλον. οἷον· ἐγώ τις οὑτοσὶ, μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι, ἐλεήμων, εὖ ποιῶν τοὺς πολλούς; ἅπασι — ταὐτὰ — παραστῇ. ἕτερος οὑτοσί τις, βίαιος — ἄνθρωπος; τούτῳ — ὑπάρχειν. Confer loca. Hanc distinctionem Wolfius non videns in versione sua Demosthenem inducit de se ipso putide καυχώμενον. Rectiora eum docere potuisset vocabulum τις, per quod Demosthenes innuit, quemvis, quemlibet transferre in se posse hanc gnomen et se ipsum interrogare: *Ego hicce sumne aequus — erga omnes? Omnes igitur par est eadem*

tali rependere. Et ita in sequente sententia de alio quolibet: *Alter hicce, quicumque sit, estne violentus* etc. MARKLAND. Vulg. οἷον ἐγώ τις οὑτοσί; μέτριος —. In August. primo erat sic distinctum: οἷον. ἐγώ τις. οὑτοσί. μέτριος. Ad eundem modum refinxi versum 15. REISK. οἷον, ἐγώ τις οὑτοσὶ μέτριος — πολλούς· ἅπασι προσήκει — recte Buttmann. et Bekker., nisi quod hic continuat οἷον ἐγώ —. Talia non sunt signa putidae καυχήσεως, si rem aestimes e moribus veterum, qui quae sentirent fucatae osores modestiae libere eloquerentur. Encliticum pronomen referendum ad μέτριος etc. οὑτοσί, *qui hîc adsum.* SCHAEFER.

P. 547. v. 13. εἰμὶ] Delevi. REISK. Bene cecidit, quod operae non paruerunt. SCHAEFER.

P. 547. v. 14. ταὐτὰ] [ταῦτα.] Pro hoc ταὐτὰ cum margine Benen. et Ital. TAYLOR. Vulg. ταῦτα. Correxi ταὐτά. REISK.

P. 547. v. 15. που] ποι Paris. primus. REISK.

P. 547. v. 15. παραστῇ] V. Dorvillius ad Chariton. p. 438. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 547. v. 15. ἕτερος οὑτοσὶ τίς; —] ἕτερος οὑτοσί τις βίαιος — ἡγούμενος· τούτῳ — recte Buttmann. et Bekker. οὑτοσί, *qui hîc adest,* scilicet Midias. SCHAEFER.

P. 547. v. 15. βίαιος, ὠμὸς] [βίαιος.] βίαιος, ὠμὸς Ven. Barocc. Aug. Quod praestat. TAYLOR. Vulg. βίαιος. Addit ὠμὸς August. primus. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 16. οὐδένα οὔτ'] Vulg. οὐδένα δ' οὔτ'. δ' abest ab August. primo. Delevi. REISK. Iure delevit. Conf. v. 14. SCHAEFER.

P. 547. v. 17. τὰς αὐτὰς] τὰς ὁμοίας MSS. Ven. Barocc. Reg. α. Lindenbr. Obsop. Aug. Ital. TAYLOR. τὰς ὁμοίας August. primus. REISK. τὰς ὁμοίας Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 17. φορὰς] Ne forte corrigas εἰσφορὰς, conf. p. 574, 21. SCHAEFER.

P. 547. v. 17. δὴ] [δὲ.] Lege δὴ cum Ital. Nam concludendi vim habet. Locus est συμπερασματικός. TAYLOR. Vulg. δὲ. δὴ August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 547. v. 18. τοιούτου] Vulg. τοῦ τοιούτου. τοῦ abest ab August. primo et Aristide *T.* p. 192. Delevi. *qualem puta modo exposui: eiusmodi, qualem omnes de te norunt.* REISK.

P. 547. v. 18. τουτουὶ] τοῦτον Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 20. ἡγοῦμαι τοίνυν] ἡγοῦμαι μὲν τοίνυν Bekker. aptius haec iungens sequentibus: quippe μὴν v. 23. refertur ad μέν. SCHAEFER.

P. 547. v. 21. ἔτ'] Abest ab August. primo. REISK.

P. 547. v. 21. κατηγορεῖν εἶχον] εἶχον κατηγορεῖν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 22. δικαίως — τῶν ἐσχάτων] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 4. SCHAEFER.

P. 547. v. 23. καταψηφίσασθαι] [καὶ καταψηφίσασθαι.] καὶ dele cum Barocc. Natum est enim ex voce, quae sequitur. TAYLOR. Vulg. καὶ καταψηφίσασθαι. καὶ abest ab August. primo. Delevi copulam. REISK. Tuentur Anecd. Bekk. revocavitque Bekker. SCHAEFER.

P. 547. v. 23. ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα] *his finibus causa circumscripta est.* SCHAEFER.

P. 547. v. 26. κατηγοριῶν] τῶν κατηγοριῶν Bavaricus: sed articulus a nova manu est adscriptus. REISK.

P. 547. v. 26. ὅτι μὲν δὴ λειποταξίου γραφὴν κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides *Τέχν.* p. 230. REISK.

P. 547. v. 27. λειποταξίου] λιποταξίου Bekker. Bene. V. Photius c. 165., qui nostrum locum respexit. Ibidem legas sincere scripta λιποτάκτης, λιποτακτήσας: item λιπομαρτύριον. Add. Anecd. Bekk. p. 1395, b. Nec causa obscura est, cur diphthongus in his verbis locum non habeat: significant enim rem, non quae deseritur, sed quae deserta est. Conf. p. 550, 25. SCHAEFER.

P. 547. v. 27. ποιήσοντα] ποιήσαντα Paris. primus, secundus, quintus, Aristides l. c. — Aperta quidem sententia, durius tamen dictum. *illud facturum.* Quidnam? Scilicet τὸ γράψασθαι ἐμὲ λειποταξίου. REISK. Quid hic duri sit non intelligo. SCHAEFER.

P. 547. v. 28. τὸν κονιορτόν, Εὐκτήμονα] Ad discrimen alterius fortassis *Εὐκτήμονος*; cuius fit mentio in Androtiana et Timocratea. κονιορτὸν autem cognomentum esse puto τοῦ μιαροῦ καὶ λίαν εὐχεροῦς, ut si dicat hominem pluma leviorem. κόνις est *pulvis*, κονιορτὸς *pulvis a vento concitatus*, παρὰ τὸ ὄρσαι τὴν κόνιν. Quid si *turbinem* dicas? WOLF. Explicationem hanc mutuo sumsit a Scholiaste. Verum uterque falli videtur. Ἐπικλήσεις antiquorum plurimae (*noms de guerre* vocant Galli) festive explicantur a duobus Comicis vetustioribus, Aristophonte scilicet [apud Athenaeum l. 6. p. m. 120. *)] et Anaxandride [ibid. p. 122. **)]: et bene mehercule factum, ut inter eas conservaretur quoque vox κονιορτός, quam non a levitate, verum a squallore inditam discimus:

Πυῖγος. ὑπομεῖναι καὶ μεσημβρίας λαλεῖν;
Τέττιξ. ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι μήθ' ὁρᾶν;
Κονιορτός. ἀνυπόδητος ὄρθρου περιπατεῖν;
Γέρανος. καθεύδειν μηδὲ μικρόν; νυκτερίς.

---

*) T. II. p. 415. Schw. SCHAEFER.

**) Ibid. p. 430. SCHAEFER.

Et rursus:

— — — χαίρει τις αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν;
Κονιορτὸς ἀναπέφηνεν. *) — — —

TAYLOR. Casaubonus ad Athenaei p. 421. arbitratur, hunc hominem ideo hoc nomine contumelioso notatum esse, quod esset sordidus et squalidus: ita enim dictos olim fuisse illuvie tetros. Conf. cum his Taylor. ad h. l. REISK. Infra p. 560, 3. Εὐκτήμων ὁ κονιορτός. Ut praestet etiam hic continuari τὸν κονιορτὸν Εὐκτήμονα. Compares similem usum vocis συρφετός, de quo v. Heindorfius ad Platonis Theaetet. p. 315. SCHAEFER.

P. 548. v. 1. ἀνεκρίνετο] Editiones superiores praeter Parisinam ἂν ἐκρίνετο. Male. Correxit Wolfius. Insederat etiam antiquitus in Demosthenis Codicibus eadem prava lectio, a qua cavendum esse docet Scholiastes ad locum, qui etiam ibidem bene explicat, quid sit ἀνάκρισις. Wolfius vim vocis in interpretatione non expressit, neque enim potuit. TAYLOR. Olim vulgatum ἂν ἐκρίνετο correxit etiam Lessingianus. *subibat* τὴν ἀνάκρισιν. Quod examen erat, quo praetor ius dicturus accusatorem seorsim et tum reum audiebat totamque causam cognoscebat ante, quam eius in forum deferendae veniam daret: quo certior fiebat, quibus quaeque pars praesidiis causae suae niteretur. V. v. 8. et Vales. ad Harpocrat. p. 10. REISK. Add. Ind. Graecitat. p. 37. ἀνεκρίνατο Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 548. v. 5. λειποταξίου] λιποταξίου Bekker. V. not. ad p. 547, 27. SCHAEFER.

P. 548. v. 7. ᾗ] Sic etiam Bavaricus, sed cum ῷ superscripto. REISK. ῷ Buttmann. Ad ᾗ subaudi γραφῇ. SCHAEFER.

P. 548. v. 8. ἑαυτὸν ἠτίμωκεν] Vulg. ἠτίμωκεν αὑτόν. ἑαυτὸν ἠτίμωκεν August. primus. αὐτὸν cum leni Aldina et Paulina. REISK. ἠτίμωκεν αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 548. v. 11. κοινὸν] Subaudi κατὰ πάντων ὑμῶν. Insequens ἔμοιγε cohaeret cum δοκεῖ, ut τοῦτο cohaeret cum πεπρᾶχθαι. REISK.

P. 548. v. 11. ἀσέβημα] V. p. 553, 25. REISK.

P. 548. v. 12. πεπρᾶχθαι] Vulg. πεπρᾶκται vitio typographico. πεπρᾶχθαι August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK.

P. 548. v. 12. τῷ γὰρ ἀθλίῳ καὶ ταλαιπώρῳ κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides Τέχν. p. 252. REISK.

P. 548. v. 18. ἐκεῖνον] Aristarchum. REISK.

---

*) Taylori errorem versum hunc male dividentis notavit Porsonus Advers. p. 81. (71.). Nimirum pauci Criticorum habent aures. SCHAEFER.

P. 548. v. 20. τοῦ τετελευτηκότος] Nicodemi. V. p. 549, 23. REISK.

P. 548. v. 22. ὁσίαν] Ita editi et MSS. constantissime. Solus Wolfius ὅσιον. Noster p. 556, 9. ὁ θεὸς — καὶ τὸ τῆς ὁσίας ὅ τι δήποτ' ἐστὶ τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ δαιμόνιον. συνηδίκηται. TAYLOR. ὅσιον peccatum est non Wolfii, sed operarum Francofurt. Nam in Herwagiana quoque vulgata legitur. REISK. Item in edit. Aurel. Allobr. a. 1607. SCHAEFER.

P. 548. v. 22. τῷ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 548. v. 23. ἀλλ'] Abest ab Aristide. REISK.

P. 548. v. 24. ἀδίκως] Abest ab August. primo. REISK.

P. 548. v. 26. ὡς δέον, εἴ τις ὑβρισθεὶς κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides Τέχν. p. 220. REISK.

P. 548. v. 28. λειποταξίου] λιποταξίου Bekker. V. not. ad p. 547, 27. SCHAEFER.

P. 549. v. 1. μονονοὺ] μόνον οὐ Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 2. ἐξελέγχηται] Melius cum Ven. Barocc. Lindenbr. Reg. α. Obsop. Aug. Vindob. et Ital. ἐξελεγχθῇ. TAYLOR. γρ. ἐξελεγχθῇ Paris. primus, August. primus, Lessing. Utrumque dat Bavaricus. REISK. ἐξελεγχθῇ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 5. αὐτὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζω] Verba sic collocata dat August. primus: αὐτὸν νομίζω, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. REISK.

P. 549. v. 7. τὰ ἀναλώματα] τἀναλώμαθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 7. ἀναλώματα] [ἀναλώμαθ'.] ἀναλώματα πάντα Barocc. Aug. TAYLOR. Vulg. ἀναλώμαθ'. ἀναλώματα πάντα August. primus. Correxi ἀναλώματα πάνθ'. REISK. πάνθ' recte omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 7. ὑβρίζειν] Meierus de Bonis Damnator. p. 19.: „scilicet δοκεῖ." Immo infinitivus regitur a verbo νομίζω. SCHAEFER.

P. 549. v. 8. νῦν δὲ τούτοις οἷς ἐποίει] Vitiosa traiectio pro τούτοις δὲ, οἷς [vel ἃ] νῦν ἐποίει. Nisi potius legendum est: νῦν δὲ τούτοις, οἷς μετὰ ταῦτ' ἐποίει. V. p. 414. REISK. Non dicam traiectionem: nedum vitiosam. τότε μὲν et νῦν δὲ sibi inter se opponuntur: ut νῦν alio loco poni non potuerit. τούτοις οἷς ἐποίει autem intelligi de iis, quae Midias in causa Aristarchi contra Demosthenem machinatus est, tam manifesto apparet, ut neminem fallere possit. SCHAEFER.

P. 549. v. 8. τε καὶ] Particulae ita copulant, ut simul serviant comparando. Sensus: ut in illa fuerat contumeliosus, ita in reliqua omnia manus protervas immisisse. Dixi de hoc idiomate ad Sophocl. Electr. 676. et ad Antigon. 181. Aeschylus

Suppl. 735. Well. εἴ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο. Poëtae sensus ne te lateat, verte *diis perinde ut tibi.* V. not. ad p. 686, 26. SCHAEFER.

P. 549. v. 10. τὰς ἐλπίδας] Post ἐλπίδας deesse videtur ἀφῃρῆσθαι, qui infinitivus pendebit e νομίζω v. 5., aut ἐπιβουλεῦσαι e proximo εἰ γὰρ ἓν ὧν ἐπεβούλευσε —. REISK. Immo omnes hi accusativi, ἐκεῖνά τε — τὰς ἐλπίδας reguntur ab infinitivo ὑβρίζειν. Hoc cum in priori membro nativam vim habeat, in posteriori significationis est latioris: quod Graecae syntaxis idioma idem verbum accommodantis pluribus nominibus, quorum modo uni satis aptum videatur, et alii dudum copiosius illustrarunt et ego passim tetigi. Quippe nunc ita notum esse arbitror, ut verbo moneri minus exercitatos sufficiat. SCHAEFER.

P. 549. v. 12. οὐδὲ] Vulg. μηδὲ. οὐδὲ August. primus. REISK. Bene μηδὲ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 12. προσυπῆρχεν] προσυπῆρξεν August. primus. REISK.

P. 549. v. 12. διὰ τί, ἄνδρες δικασταί;] Interrogat et non respondet recta, sed ἀποσιωπήσει utitur, cum iudices ipsi rem satis intelligant, Midiae violentiam in causa esse. WOLF. Videtur hic aliquid deesse: ratiocinium enim labat, neque superiora insequentibus satis bene respondent. Quid enim sibi vult illa interrogatio: διὰ τί; *cur?* Nil praecessit, ad quod illud *cur* referatur. Neque magis habet γάρ, quo referatur. Num deest: διὰ τί πολιτευόμεθα aut μένομεν ἐν τῇ πόλει; *Ecquid manemus in urbe?* REISK. Notabile exemplum, unde discas, quanta levitate oratores curent dialecticam ratiocinandi subtilitatem. Subaudi, si placet, e proximis (nam tales defectus semper e proximis explendi): ὅτι φεύγω προσκυνεῖν τὸν οὕτως ἀσελγῶς ὑβρίζοντα. Conf. not. ad p. 558, 21. SCHAEFER.

P. 549. v. 16. τοιαῦτα] τοιαῦθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 17. ἀμύνασθαι] Sic etiam Bavaricus, sed cum ε super α medio. REISK. Recte ἀμύνεσθαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 17. ἔσται] ἐστίν August. primus. REISK.

P. 549. v. 20. τούτων] καὶ τούτων August. primus. REISK. Sic Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 549. v. 21. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Διονύσιος — παραγράψασθαι.] Totum hoc testimonium abest ab August. primo. REISK.

P. 549. v. 22. Ἀντίφιλος] Ἀντίλοφος Paris. primus. Voluisse videtur Ἀντίλοχος. REISK.

P. 549. v. 22. διαφθαρέντος Νικοδήμου] Historiam hanc de caede Nicodemi narrat Ulpianus ad locum, Scholiastes item ad Aeschinem περὶ παραπρεσβ. §. 46. edit. Brook. et Athenaeus l. 13. Vide praeterea eundem Aeschinem ibid. §. 52. et Orat. c. Timarch. versus finem. TAYLOR.

P. 549. v. 25. ἐπεξήειμεν τοῦ φόνον τὸν Ἀρίσταρχον] Citant Anecd. Bekk. p. 141. s. SCHAEFER.

P. 549. v. 25. ἐπεξήειμεν] [ἐπεξῆμεν.] ἐπεξῆμεν [sic Wolfius] pro ἐπεξήειμεν, et fortasse τῷ Ἀριστάρχῳ. τὸ γὰρ ἐπεξιέναι καὶ ἐπεξελθεῖν δοτικῇ συντάσσεται. WOLF. Vulg. ἐπεξῆμεν. ἐπεξῇμεν cum iota sub η vult Wolfius, quod esse posse autumet idem atque ἐπεξήειμεν. Correxi ἐπεξήειμεν de meo. REISK. ἐπεξῇμεν Buttmann., et Bekker. Non meminerat Reiskius hanc formam se passim legisse. ἐπέξιμεν Anecd. Bekk.: ut satis appareat, quid in Grammatici libro scriptum fuerit. SCHAEFER.

P. 549. v. 25. τὸν Ἀρίσταρχον] Bene habet. ἐπεξιέναι τινὰ perinde atque τινὶ usurpatur, quasi sit ἐξιέναι ἐπί τινα. REISK. Buttmannus citavit ex Antiphonte p. 112, 35. ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν φονέα, et in Addend. p. 161. ex Euripidis Androm. 735. τήνδ' ἐπεξελθεῖν θέλω. Reiskii autem rationem accusativum tuentis cave probes. Quippe ἐπεξιέναι hunc casum adsciscit, quia est de classe verborum accusandi, quae solenniter construuntur cum accusativo personae et genitivo rei. Conf. not. ad Porsoni Medeam p. 77. ed. tert. Lips. Ceterum Grammaticus in Anecd. Bekk. nugatur Demosthenem inepte componens cum Isocrate. SCHAEFER.

P. 549. v. 27. κέρματα] Legendum videtur χρήματα. Nec enim verisimile est Midiam nummis minutulis oblatis, sed notabili aliqua pecuniae summa promissa tantum facinus illis persuadere voluisse. IURIN. Conf. p. 542, 8. πεντήκοντα illae δραχμαὶ quantilla fuerunt summula! Nempe Athenis in tanta plurimorum paupertate etiam nummulorum magna vis fuit. SCHAEFER.

P. 549. v. 28. ἀθῶον] ἀθῷον REISK. Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 550. v. 1. Λάβε] Λαβὲ Buttmann.: item Bekker. in edit. Berolin., sequente Dindorfio. SCHAEFER.

P. 550. v. 1. δωρεῶν] δώρων Paris. primus, secundus, quintus, August. primus, Bavaricus. REISK. δώρων Buttmann. et Bekker. Atque ipse Reiskius δώρων ex hoc loco citavit Ind. Graecitat. p. 176. Hoc unice probandum. Quae enim dantur corrumpendi ergo, sunt δῶρα, non δωρεαί. Monuit etiam Buttmannus Ind. p. 170. SCHAEFER.

P. 550. v. 1. ἐν ὅσῳ δὲ τὸν νόμον κ. τ. λ.] En exemplum interlocutionis solito longioris. V. not. ad p. 407, 13. et 482, 21. SCHAEFER.

P. 550. v. 3. δεηθεὶς — τῇ γνώμῃ] Ita distinguendum: δεηθεὶς ὑμῶν ἁπάντων· πρὸς Διὸς — ἀκούετε τῇ γνώμῃ. MARKLAND. Ne audias. SCHAEFER.

P. 550. v. 5. ὧν ἂν ἀκούητέ μου] [ὧν ἂν ἀκούητε.] ὧν ἂν ἀκούητέ μου Barocc. Aug. ἀκούσητε Lindenbr. Reg. α. Obsop. Ital. Vindob.: et ita quoque apud Scholiastem repetitur. TAYLOR.

Vulg. ὧν ἂν ἀκούητε. μου addit August. primus. Addidi. ἀκούσατε farrago Wolf., nisi ille error est operarum pro ἀκούσητε. Voluit forsitan Wolfius e coniectura sua dare ἀκούσαιτε in optativo. REISK. μου delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 550. v. 6. τοιαῦθ'] ταῦθ' Paris. primus, August. primus. REISK. ταῦθ' Bekker. Quod gravius est. SCHAEFER.

P. 550. v. 7. τίνα] τίν' Bekker. SCHAEFER.

P. 550. v. 10. τούτοις] ἐπὶ τούτοις. MARKLAND. Malim ἐπὶ τούτοις. V. v. 8. REISK.

P. 550. v. 10. τοῖς] Pro τοῖς dat margo Lessing. οἷς. REISK.

P. 550. v. 10. ἠγανάκτηκα] ἠγανάκτησα August. primus. Utrumque dat Bavaricus. SCHAEFER.

P. 550. v. 11. τί γὰρ ὡς ἀληθῶς πέρας κ. τ. λ.] Rectius haec et felicius vertit Hier. Ferro Italus: *Percioche che fine, per Dio, al far male si porrà, o che maggiore isfacciataggine, crudeltà o ingiuria aspetteremo, che* etc. TAYLOR.

P. 550. v. 11. καὶ τίνα] Vulg. ἢ καὶ τίνα. ἢ abest ab August. primo. Fuit olim in libris aliis ἢ τίνα, in aliis καὶ τίνα. Ambae lectiones deinde in unam vulgatam coaluere. Sed delevi ἤ. REISK. Revocavit Buttmann. SCHAEFER.

P. 550. v. 11. καὶ τίνα ὑπερβολὴν ἀναιδείας] Simile quod ex Oratore Tiberius citat p. 31.: καὶ τίς ἂν γένοιτο ἀναιδείας ὑπερβολή; SCHAEFER.

P. 550. v. 11. τίνα] τίν' Bekker. SCHAEFER.

P. 550. v. 11. τίνα ὑπερβολὴν] Post τίνα subaudiendum ἄλλην μείζονα. *quem alium maiorem excessum vel excellentiam.* REISK. Non subaudiendum: nam τὸ μεῖζον vox ὑπερβολὴ sola per se indicat. SCHAEFER.

P. 550. v. 15. μεταγινώσκειν] μεταγιγνώσκειν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 550. v. 15. ἔτι] Omisit Bekker. ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον v. 9. SCHAEFER.

P. 550. v. 15. δεινότερα ὕστερον] [δεινότερα.] δεινότερα ὕστερον Barocc. Obsop. Vindob. cum edit. Felic. TAYLOR. Vulg. δεινότερα. Addunt ὕστερον August. primus, Bavaricus (sed hic a nova manu), P. Manut. Felic. Addidi. REISK.

P. 550. v. 20. αὐτὸν εὐδαιμονιεῖ] Vulg. αὐτὸς εὐδαιμονείη. αὐτὸν εὐδαιμονιεῖ August. primus, Bavaricus, Aldina, ubi tamen corrector Weimaranus αὐτὸς reposuit. εὐδαιμονεῖ P. Manut. Correxi αὐτὸν εὐδαιμονιεῖ, a verbo εὐδαιμονίζω. *ipse semet beatum praedicet, ipse sibimet placeat plaudatque de suis divitiis.* REISK.

P. 550. v. 23. λειποταξίου] λιποταξίου Bekker. V. not. ad p. 547, 27. SCHAEFER.

P. 550. v. 26. τουτὶ — με] Citat Tiberius p. 34. SCHAEFER.

P. 550. v. 26. τουτὶ] τοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 550. v. 26. αὖ] Abest ab August. primo. Eius loco dant ἂν indices Aldinae et Paulinae. REISK.

P. 550. v. 26. παρῆλθέ με] [παρῆλθέ μοι.] με coniecit cl. Wolfius, quo pacto legitur in optimo Aug. et Regg. α. β. TAYLOR. Vulg. μοι. με Bavaricus, August. primus. Et sic correxi. REISK. με παρῆλθεν Tiberius. SCHAEFER.

P. 550. v. 28. κατεσκεύασε] Vulg. κατεσκεύαζε. κατεσκεύασε August. primus. Utrumque dat Bavaricus. Dedi κατεσκεύασε. REISK. Recte κατεσκεύαζε Bekker. Fraus enim caruit successu. *iactitabat, mentiebatur*. Conf. p. 552, 10., ubi eadem diversitas scripturae. — Post h. v. non interpungendum. SCHAEFER.

P. 550. v. 28. πρὸ τοῦ — γεγονός] *antequam omnibus manifestum fieret rem* (non per me, sed) *per Plutarchum transactam esse*. SCHAEFER.

P. 551. v. 1. λαχόντος, δοκιμαζομένου] Wolfius legit λαχόντος καὶ δοκιμαζομένου, consentiente Barocc. TAYLOR. λαχόντος καὶ δοκιμαζομένου August. primus, Bavaricus. Et sic coniecit Wolfius quoque, sed frustra. REISK. Quin cum damno sententiae. Sic enim resolve: καὶ τελευτῶν, ὅτε βουλεύειν λαχὼν ἐδοκιμαζόμην, κατηγόρει μου. Delenda igitur interpunctio post τελευτῶν et λαχόντος. SCHAEFER.

P. 551. v. 3. ἀντὶ γὰρ τοῦ — ἐκινδύνευον] Citant Anecd. Bekk. p. 132. in. SCHAEFER.

P. 551. v. 3. ὧν ἐπεπόνθειν] ὑπὲρ ὧν ἐπεπόνθειν Lindenbr. Obsop. Ital. Reg. α. et Vindob. TAYLOR. Item Anecd. Bekk. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 551. v. 5. προσῆκεν ἐκινδύνευον] προσῆκε δίκην ἐκινδύνευον Paris. primus. Non male. Quicquid est, debet δίκην, si non additur, subaudiri. REISK. προσῆκε δίκην ἐκινδύνευον etiam Anecd. Bekk. Et sic Bekker. προσῆκεν, δίκην ἐκινδύνευον Buttmanniana, προσῆκε ἐκινδύνευον Dindorfiana: illa pleonasmo, haec defectu litterae paragogicae laborans; qualia ne oculatissimus quidem in refingendo textu semper caveat. SCHAEFER.

P. 551. v. 6. νυνὶ] Vulg. νῦν. νυνὶ August. primus. REISK.

P. 551. v. 10. ὁμοίων] νόμων Obsop. Ital. et Vindob. Sed vulgatam amplector. TAYLOR.

P. 551. v. 11. τοῖς πολλοῖς ἡμῶν] Pro τοῖς πολλοῖς Ital. et Vindob. τοῖς λοιποῖς. Interea corrige ἡμῖν. Non enim dicitur *multi e nobis*, sed oppositio est inter τοὺς πλουσίους et ἡμᾶς τοὺς πολλούς. Quod quantum intersit, vel me silente animadvertis probe, mi bone lector. Vide interea quae dixi ad p. 561, 13. TAYLOR. τοῖς πολλοῖς ἡμῶν. illi parti populi nostri, quae nomine τῶν πολ-

λῶν, *multitudinis*, venit. V. p. 561. et Taylor. ad p. 485. REISK. Bekkerus: „πολλοῖς] λοιποῖς P. S. Y. s." Non displicet. Conf. v. 15. SCHAEFER.

P. 551, v. 11. ἡμῶν] ὑμῶν August. primus. Et sic quoque v. 15. REISK. Utroque loco verum ἡμῶν. SCHAEFER.

P. 551. v. 12. δίκην] τὴν δίκην Bekker. SCHAEFER.

P. 551. v. 13. ἕωλα — καὶ ψυχρά] Hesychius posteriori adiectivo utitur ad interpretandum prius: Ἕωλον. — ψυχρόν. T. I. c. 1570. Ut discas Oratorem haec duo pro synonymis habuisse. Lucianus T. I. p. 16. ed. Bip. ἕωλος γὰρ ἡ ψυχρολογία. Opponitur v. 15. πρόσφατος. Quomodo Photius c. 41. Ἕωλον, τὸ μὴ πρόσφατον. SCHAEFER.

P. 551. v. 17. εὐτρεπεῖς καθ' ἡμῶν] καθ' ὑμῶν (in secunda persona) εὐτρεπεῖς August. primus. REISK. καθ' ἡμῶν εὐτρεπεῖς Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 551. v. 18. ὁρᾶτε] ὁρᾶτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 551. v. 18. εἴποι] ἀπείποι Bekker. ex optimo Codice. Quod multo et áptius et gravius. *His igitur litibus facile quis, quamvis moerens, renuntiet.* Supra v. 8. οὐκ ἔχω — ὅ τι χρὴ ποιῆσαι. De confusione verborum εἰπεῖν et ἀπειπεῖν conf. variet. lection. ad Xenophont. de Re Equ. VIII. 5. SCHAEFER.

P. 551. v. 20. λέγε] λέγ' Bekker. SCHAEFER.

P. 551. v. 20. ὥσπερ ἠρξάμην] Scilicet αὐτὸν λέγειν. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 551. v. 20. λέγε] Bekkerus: „λέγων S." Movit hoc Buttmannum, ut daret ὥσπερ ἠρξάμην λέγων. Non imiter. Digressionem inceperat p. 550. in. his verbis: Λάβε δή μοι καὶ τὸν — νόμον. Hoc nunc repetens, ὥσπερ ἤρξατο, ait: τὸν δὲ νόμον μοι λέγε ἐφεξῆς. SCHAEFER.

P. 551. v. 21. *ΝΟΜΟΣ.* Ἐάν τις — τὰ ἐκείνου.] Lex tota ad v. 26. abest ab August. primo. REISK.

P. 551. v. 23. ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου] *ad nocendum populo.* Adde: *vel alicui civium.* Nam legendum puto ἢ τινὸς τῶν πολιτῶν, non καὶ τινὸς τ. π. IURIN.

P. 551. v. 25. καὶ ἰδίᾳ τινὸς τῶν πολιτῶν] [καί τινος τῶν πολιτῶν.] Ita lege, non καὶ διά τινός τ. π. Et [v. 28.] εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι. Hoc malo quam διαπρᾶξαι. διαπράξασθαι facilius admitterem. Et [ibid.] εἴτ' ἀληθὲς, non εἰ δ' ἀ. Et [p. 552, 5.] εἴασε δ' ἀρχιθεωροῦντα, ut et Ulpianus et Obsopoeus et Felicianus habent, non ἀρχιερῶντα. WOLF. Examinemus singula. Primo ab omnibus Codd., tam editis quam MStis, alteram lectionem recipi video, καὶ διά τινος. Codex Ital. cum habeat καὶ ἰδίᾳ τινὸς, idem velle videtur. Error enim vocis ἰδίᾳ oritur ex vicinia verbi praecedentis. Tu ipse, Wolfi, bene reddidisti lectionis antiquae sen-

sum in ista tua interpretatione. Bene etiam Italus: *o per mezzo d' alcun cittadino.* Non nego itaque vim et genium tuae correctionis, si per Codd. liceret. Deinde διαπρᾶξαι habent editt. et MSti praestantiores, Felic. Man. Vindob. Obsop. et Aug. Simo Fabricius: *Forte* καὶ δὴ πρᾶξαι. Quod inutile et otiosum. Proxime εἰ δ' ἀληθὲς cum vulgatis, non εἴτ' ἀληθὲς. Si haec verba usque ad διορίζων mecum parenthesi includas, illud rectissime se habere sentias. Ultimo istud ἀρχιθεωροῦντα est probum, ἀρχιερουῦντα uno nititur Aldino. De ἀρχιθεωροῖς vide quae diximus ad Marmor Sandvicense. Hoc vero comma cum Italico interprete, non cum Wolfio, vertas ita: *Hora costui è si impio e scelerato huomo et a fare et a dire ogni cosa cosi audace, (ne se e vera o falsa, ne verso nimico o amico, e simil cose, fa niuna distintione,) che quantunque m' habbia incolpato d' homicidio — nondimeno* etc. TAYLOR. Vulg. καὶ διά τινος. Pro καὶ mavult Iurinus ἢ. Wolfius διὰ deleri vult. Correxi ἰδίᾳ de mea coniectura, quam postmodum a codice quodam Italico, teste Tayloro, vidi confirmatam. *in damnum populi universi,* ἢ καὶ ἰδίᾳ τινὸς τῶν πολιτῶν, *aut etiam privatim civis alicuius.* REISK.

P. 551. v. 26. καὶ τὰ ἐκείνου] Videtur deesse δημόσια. SCHAEFER.

P. 551. v. 28. πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι] Enuntiatio est hypothetica. Subaudi εἰ τύχοι aut simile quid. Non leniter Orator loquitur, sed inprimis ἀποτόμως. Conf. not. ad p. 117, 10. SCHAEFER.

P. 551. v. 28. καὶ πρᾶξαι] Sic in August. primo. REISK. V. not. ad v. 25. Praestat simplex in hoc nexu cum verbo εἰπεῖν. SCHAEFER.

P. 551. v. 28. εἰ δ'] Iure tuetur Taylorus ad v. 25. Totum hoc membrum, εἰ δ' ἀληθὲς — διορίζων, parenthetice intersertum est. Ponenda igitur hypostigme post πρᾶξαι et διορίζων. SCHAEFER.

P. 551. v. 29. ᾖ τὰ τοιαῦτα] [ἢ τὰ τοιαῦτα.] Forte καὶ τὰ τοιαῦτα. MARKLAND. Vulg. ἢ τὰ τοιαῦτα. Primam vocem correxi ᾖ, ut sit a verbo εἰμί. *verum sit an mendacium, in amicum an in inimicum, (mitto reliqua, quae sunt huiusmodi,) pensi non faciens.* Iam alibi admonui, formulam τὰ τοιαῦτα Demostheni idem significare atque nobis *et cetera.* REISK. ἢ τὰ τοιαῦτα Buttmann. et Bekker. Bekkerus: „ἢ τὰ] καὶ τὰ s. ἢ καὶ τὰ t. v.“ Mihi placet καὶ τὰ τοιαῦτα. Idemque videtur Reiskio obversatum, cum latine verteret. Quod autem edidit ᾖ, etiam soloecismo laborat. SCHAEFER.

P. 552. v. 1. ἐπαιτιασάμενός] αἰτιασάμενός simplex dat August. primus. REISK.

P. 552. v. 5. ἀρχιθεωροῦντα] ἀρχιερουῦντα Ald. Correxit Lessing. REISK. V. not. ad p. 551, 25. SCHAEFER.

P. 552. v. 5. Νεμίῳ] Νεμείῳ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 552. v. 6. περιεῖδε — καταρξάμενον] Citat h. l. Etymolog. M. c. 469, 9. mendis inquinatum, sed quae neminem fallant. SCHAEFER.

P. 552. v. 6. ταῖς σεμναῖς θεαῖς] ταῖς Ἐριννύσιν ἢ Εὐμενίσι, Furiis, quae κατ' εὐφημισμὸν *venerandae deae* vocantur. WOLF. Sollicitavit hunc locum Philippus Iacobus Maussacus, doctus vir, in suis ad Harpocrationem notis pag. 260. et adeo audacter pronunciat, eum esse corruptum, ut fere minetur plagas iis, qui contrarium sentiunt. Sed quibus viris? Ulpiano primum, antiquo Demosthenis scholiastae, deinde Budaeo, Sigonio et omni ferme eruditorum catervae. Operae pretium est audire eius verba. Sic igitur ille de hoc Demosthenis loco: *Quae verba hactenus ita lacera et corrupta remanserunt, nec est ullus ex his, qui aliquid in Demosthenem contulerunt, qui non crediderit, veram esse hanc huius loci lectionem, et qui non concluserit cum Ulpiano ex horum verborum auctoritate, tres tantum fuisse dearum illarum* ἱεροποιούς. *Ulpianus:* τρεῖς δὲ ἴσως ὑπέστησεν, ἐπεὶ καὶ τρεῖς δοκοῦσιν εἶναι θεαί. *Eandem opinionem amplexati sunt viri doctissimi post illum, Budaeus, Sigonius et omnis ferme eruditorum caterva. Nos primi monere volumus, textum Demosthenis esse corruptissimum, et non tres tantum dearum illarum* ἱεροποιοὺς *fuisse, sed decem. Togam compone, lector, et te a regina veritate abduci patere. Verba Demosthenis sic corrigo:* περιεῖδε ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων καὶ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν καταρξάμενον. *Ex* περὶ τὸν *fecerunt* τρίτον *notarii et vocem* καιρὸν *praetermisere. Quae cum ita se habeant, corruit omne fundamentum, quo suffulta videbatur sententia prior; ex verbis enim Demosthenis coniiciebant omnes, tres tantum fuisse* ἱεροποιοὺς *Eumenidum. Sed non sufficit corruisse fundamentnm, nisi tota domus aut aedificium susque deque vertatur et pessundetur. Superest probandum, decem fuisse* ἱεροποιοὺς *venerandarum dearum, ut nostra melius adstruatur opinio: quod exsequimur breviter, ne vadimonium videamur deserere. Nam fideiussorem dabimus Dinarchum, qui est solvendo et in Orat.* κατὰ Λυκούργου εὐθυνῶν, *quae nobis periit, ita locutus est:* καὶ τὰς σεμνὰς θεὰς, αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς δέκατος αὐτός. *Quisquis ille erit, qui in posterum ibit inficias et haec negare audebit, nae cerritus ille, et qui ad Praetorem et cognatos amandetur, dignus erit.* Haec Maussacus maximo verborum apparatu, et satis quidem pro imperio minas agit cum omnibus literatis. Sed tandem modestius agat et bacchari desinat, vel illi sua verba reddentur et pro cerrito circumferri iubebitur, qui tam confidenter ex loco Dinarchi et oratione, quae non exstat, textum Demosthenis antiquissimis Ulpiani scholiis confirmatum et optimum sensum habentem mutare non erubescit et ex τρίτον αὐτὸν facit καὶ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, sine necessitate, sine verisimilitudine, additis decem literis.

Sed dicat, si potest, quare potius Demosthenes ex Dinarcho, quam Dinarchus ex Demosthene corrigendus: nam multo facilius ex δέκατος fiet τρίτος, quam ex τρίτον αὐτὸν fiat καὶ παρὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ut vult Maussacus. Sed demus, Dinarchi locum non esse ex Demosthene corrigendum, (quod facio lubens, utpote qui credam utrumque locum esse sanum,) quis nobis praes est, non variasse numerum τῶν ἱεροποιῶν, prout res exigebat, vel ex populi libitu, vel ex oraculorum monitis, vel ex vatum responsis? Quis denique negare potest, non potuisse ex illis decem, de quibus loquitur Dinarchus, (si numerus ille fuit ordinarius et status, quod non probatur,) populum tres eligere ἐξαιρέτους ad sacrificium quoddam, vel ad θεωρίαν, i. e. *sacram legationem*, vel aliud quod ministerium sacrum exsequendum? Certe quod ait Demosthenes τρίτον αὐτὸν, non καθέλκει, sed ad eius dignitatem augendam pertinet: nam quo pauciores fuerant, eo digniores videbantur, et phrasis τρίτος αὐτὸς manat ex puriore hellenismo. Ea usus est saepe Thucydides. Sed et ipse Dinarchus in loco a Maussaco citato, δέκατος αὐτὸς, debebat monere eum, ut pruritum suum corrumpendi, non corrigendi, Demosthenis sedaret et ab hoc loco manus suas contineret. Ego certe cum Ulpiano, Budaeo, Sigonio malo cerritus vocari, quam esse Maussaci nimiae confidentiae hoc loco συνθιασώτης. PALMER. Maussacus, notante eruditissimo Valesio, emendationem suam ex Etymolog. M. mutuo sumsit, qui ita laudat hunc locum Demosthenis. Ineptam tamen crisin vocat idem Valesius, hominemque ait modestius egisse, si contentus fuisset dicere καὶ τρίτον αὐτὸν καταρξάμενον τῶν ἱερῶν, in qua emendatione tantum καὶ transponitur. TAYLOR. Numerum horum sacrificulorum variasse docet Photius c. 80. Ceterum conf. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 231. s. SCHAEFER.

P. 552. v. 6. ἱεροποιὸν] ἱεροποιῶν August. primus. Maussaci ad h. l. molimina certatim velut exagitarunt Palmerius et Valesius, quibus accedere videtur Taylorus quoque. REISK.

P. 552. v. 8. στιγμὴν ἢ σκιὰν] Reiskius Ind. Graecitat. p. 461.: Dubium est, utrum ἢ σκιὰν ab ipso oratore an a scholiasta profectum sit." Inanis dubitatio: citantque ut genuinum Wyttenbachius ad Iulian. p. 198. ed. Lips. et Bakius ad Cleomed. p. 375. SCHAEFER.

P. 552. v. 10. κατεσκεύαζε] κατεσκεύασε August. primus. κατασκεύαζε P. Manut. REISK. κατεσκεύασε Buttmann. Non imiter. V. not. ad p. 550, 28. SCHAEFER.

P. 552. v. 10. οἴομαι] οἶμαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 552. v. 11. ἐξελέγχεται] Restitui ex edit. Benenati et MSS. Barocc. Lindenbr. Vindob. et Ital. Vulgo ἐξελέγξεται. TAYLOR. *Vulgo* ait, hoc est, in editionibus Wolf. Ald. Paul. REISK.

P. 552. v. 12. πατρίδος] πόλεως Paris. quintus. REISK. πό-

λεως Buttmann. „Accedunt" [Parisino illi] inquit „Bekkeri codd. omnes." Sed ipse Bekkerus de libris suis οὐδὲ γρύ. SCHAEFER.

P. 552. v. 13. πανταχῆ] πανταχῆ Buttmann. SCHAEFER.

P. 552. v. 13. φανερῶς — ἐσυκοφάντει] Nempe ἐπὶ τῷ μετ' ἐκείνου κἀμὲ προσεκβαλεῖν ἀδίκως p. 552, 2. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 54.

P. 552. v. 15. δι' ἐμὲ] Cum Demosthenem ipsum non posset, amicum eius vexavit. Non multo post in eandem sententiam dicit p. 553, 7. λέγων δὲ καὶ καταιτιώμενος ταῦτα ἕνεκα τοῦ συκοφαντεῖν ἐμέ. In variis lectionibus annotatum est δι' ἐμοῦ [ita legunt MSS. Ald. Felic. et Manut. Regg. α. β. ε. Ital. Vindob. Lindenbr. Barocc. et Ulpian.], sed illud melius. μετ' ἐμὲ, *post me* vel *me relicto*; rectius legi videretur. WOLF. Fallitur vir doctissimus. δι' ἐμὲ bene explicatur in sequentibus p. 553, 7. ἕνεκα τοῦ συκοφαντεῖν ἐμέ. TAYLOR. Wolfius: *me relicto*. Immo *mea causa* vel *propter me*, nempe ut facti invidiam ad me derivaret. IURIN. δι' ἐμοῦ August. primus, indices Ald. et Paul. Utrumque dat Bavaricus. δι' ἐμὲ sola vera est lectio. *propter me*, quia mihi infestus erat. REISK. δι' ἐμοῦ Bekker. Ego Reiskium sequor. SCHAEFER.

P. 552. v. 17. Ἀγνοεῖτ', ἔφη, τὸ πρᾶγμα, ὦ βουλή;] Ἀγνοεῖτ', ἔφη, ὦ βουλή, τὸ πρᾶγμα; Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 552. v. 18. ἔχοντες] λέγοντες August. primus servans proximum λέγων. Forte voluit λαβόντες. REISK.

P. 552. v. 18. τὸν] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 552. v. 20. οὐκ ἀποκτενεῖτε;] Erat quidem ordo naturalis, ut haec verba starent post συλλήψεσθε. Sed quis in affectu loquendi ordinem severum observat? Nisi malumus οὐκ ἀποκτενεῖτε; reddere, non *Cur non datis eum morti?* sed *Cur dubitatis ei mortis sententiam dicere?* REISK.

P. 552. v. 21. οὐχὶ συλλήψεσθε;] Scholiastes ad Aristophan. Acharn. 206. (205.) p. 772. ed. Dind. memoriter citat οὐχὶ συλληψόμεθα. Monuit etiam Buttmannus. SCHAEFER.

P. 552. v. 21. ταῦτ' ἔλεγεν — κεφαλή] Scholiastes Aristophanis ad Acharn. 284. [p. 779.] citat ταῦτ' ἔλεγες, μιαρὰ κεφαλή. REISK. Etiam hoc memoriter; ne forte quid latere putes. SCHAEFER.

P. 552. v. 22. κεφαλή, ἐξεληλυθώς] Conf. nott. ad Porsoni Hecub. p. 25. s. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 552. v. 23. πρὸ τούτου] Num πρὸ τοῦ? Sic certe solent Attici. *antehac*, *tempore superiori*. REISK.

P. 552. v. 25. ηὐτύχει] Vulg. εὐτύχει. ηὐτύχει August. primus. REISK. εὐτύχει Bekker. SCHAEFER.

P. 552. v. 25. ἐκείνου] Aristarcho puta. REISK.

P. 552. v. 26. τοῦτον] Ad Midiam redit. REISK.

P. 552. v. 26. εἰ μὲν — χρῆν μὲν] εἰ μὲν refertur ad εἰ δὲ p. 553, 5.: χρῆν μὲν ad ὅμως δ' ἔστω p. 553, 5. SCHAEFER.

P. 552. v. 27. ἀπόλωλεν] Fuit etiam in Bavarico a prima manu, sed nova correxit ἀπολωλέναι. REISK.

P. 552. v. 28. χρῆν] Legendum ἐχρῆν. IURIN. Fefellit virum doctissimum memoria, cum hoc scriberet: nam χρῆν centies legerat. Quanquam etiam ἐχρῆν in Demosthenicis legitur, ut p. 559, 2. V. Porsonus praefat. ad Euripid. Hecub. p. XIX. (XVII.) SCHAEFER.

P. 552. v. 28. χρῆν μὲν οὐδ' οὕτω] Scilicet ποιεῖν. REISK. Immo λέγειν. SCHAEFER.

P. 553. v. 1. οὕτω] οὕτως Bekker. SCHAEFER.

P. 553. v. 1. δίκῃ] Sic etiam Weimaranus correxit pro vitioso δίκην, quod est in Aldina. REISK.

P. 553. v. 2. τῆς λοιπῆς] H. e. τοῦ λοιποῦ s. εἰς τὸ λοιπὸν, ut Reiskius Ind. Graecitat. p. 330. SCHAEFER.

P. 553. v. 5. καταλείπεται] ὑπολείπεται Paris. quintus, August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. παραλείπεται Bekker. SCHAEFER.

P. 553. v. 5. τούτῳ] Puto τούτου. IURIN. τούτων. MARKLAND. τοῦτο index Aldinae. τούτῳ γε bene habet. homini saltim tam immani, tam omnis humanitatis experti, atque est Midias. huic uni saltim Midiae venia detur, si alii nulli dari potest. REISK.

P. 553. v. 5. ἀλῶν] Vulg. λαλῶν. ἄλλων Paris. primus, Ulpianus. In August. primo fuit sine dubio primitus λαλῶν, sed postea nescio an ipse librarius primam literam erasit, ut superesit αλων, in quo ἀλῶν satis clare cernitur. Ergone dedit orator ἀλῶν [id est τραπέζης] μὲν κοινωνὸς καὶ ὁμωρόφιος. V. p. 554, 18. Et sic ausus sum de meo sensu corrigere. REISK. H. Stephanus Thes. c. 1879. A.: „[Demosthenes] in Or. c. Mid. ita loquitur, Εἰ δὲ ἁλῶν μὲν κοινωνήσας καὶ ὁμωρόφιος γενόμενος ὡς οὐδὲν εἰργασμένῳ φανήσεται: ita enim legitur h. l. in optimis et vetustissimis Codd., non autem ut in V.V. Editt., atque adeo in Aldina, Εἰ δὲ λαλῶν μὲν καὶ ὁμωρόφιος γιγνόμενος.“ Scripturam a Stephano proditam adscivit Buttmann. λαλῶν μὲν καὶ ὁμωρόφιος γιγνόμενος Bekker., cuius libri de altera scriptura tacent. Ego Bekkerum sequar: nam cauti sit probare quod certa Codicum auctoritate nititur. λαλεῖν, *familiariter colloqui*, *garrire cum aliquo*. Neque hoc nullius momenti est, quod λαλῶν καὶ γιγνόμενος aliquanto aptius respondet sequenti λέγων καὶ καταιτιώμενος, quam κοινωνήσας καὶ γενόμενος. Adde quod Orator infra v. 10. ss., ubi rem ait fide testium se confirmaturum esse, nihil aliud dicit quam Midiam εἰσεληλυθέναι et διειλέχθαι: vix taciturus τοὺς ἅλας, si h. l. de convictus sanctitate cogitasset.

Pariterque v. 26. solius τῆς ὁμωροφίας, non item τῆς συσσιτίας meminit. SCHAEFER.

P. 553. v. 8. ἐστ' ἀπολωλέναι δίκαιος] δίκαιός ἐστ' ἀπολωλέναι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 553. v. 10. τῇ μὲν προτεραίᾳ] Vulg. τῇ προτεραίᾳ. Post τῇ addit August. primus μὲν. Addidi. REISK.

P. 553. v. 11. ὅτε] F. ἢ ὅτε. Vid. Lect. Lysiac. cap. 1. Deinde τῇ θ' ὑστεραίᾳ. TAYLOR. Ante ὅτε nullus dubito ἢ excidisse, quod Taylorus quoque animadvertit. *die ante, quam haec in senatu diceret: pridie eius diei, quo verba illa in senatu fecisset.* REISK. Non opus esse addito ἢ optime docuit Buttmannus, cuius vix temperavi mihi quin adnotationem transscriptam hic ponerem. Sed dignus est viri doctissimi libellus, qui in omnium manibus versetur. Parum perspexerat hoc idioma Bastius, cum ad me scriberet quae edidi praefat. ad Append. Epist. Crit. p. VII. et Epimetr. ad Aristophan. Plut. p. XXXVI. SCHAEFER.

P. 553. v. 11. εἰσεληλύθει] Scilicet ad Aristarchum. REISK.

P. 553. v. 12. δ'] θ' vult Taylorus. REISK. Verum esse δ' satis arguit μὲν v. 10. a Reiskio insertum. SCHAEFER.

P. 553. v. 12. πάλιν αὖ] Vulg. πάλιν. Addit August. primus αὖ. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 553. v. 12. τοῦτο — ἀκαθαρσίας] Memoriter citat Aristides. V. not. ad p. 119, 10. SCHAEFER.

P. 553. v. 14. ἐφεξῆς οὑτωσὶ] tam prope, ut vulgo solent maxime familiares sibi assidere. REISK. Boeckhius Act. Academ. Boruss. a. 1818. 1819. p. 76. comparat ἐν συνουσίᾳ τινὶ καὶ διατριβῇ οὕτως ἰδίᾳ p. 537, 17. οὑτωσὶ iungens ille participio καθεζόμενος. Ego malim cum Reiskio arcte iungere ἐφεξῆς οὑτωσί. Conf. not. ad p. 554, 22. SCHAEFER.

P. 553. v. 14. καθεζόμενος] καθιζόμενος Paris. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 553. v. 17. περὶ] κατ' August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 553. v. 17. φλαῦρον] φλαῦρον et φαῦλον in MSS. saepius confunduntur, uti in hoc loco et rursus p. 554, 23. Earum autem vocum significationem diremit Eranius Philo, quem nuper edidit bono rei literariae natus cl. Valckenaer: *Φλαῦρον καὶ φαῦλον διαφέρει. φλαῦρον καὶ γάρ ἐστι τὸ μικρὸν καὶ κοῦφον κακόν· φαῦλον δὲ τὸ μέγα.* Quod quam recte dixit, non definio. TAYLOR. Bekkerus: „φαῦλον P. S. Y. O. s. quod est p. 554, 23.“ Hinc adscivit Dindorf. SCHAEFER.

P. 553. v. 20. αὐτῷ] [αὐτῷ.] αὑτῷ, *sibi ipsi.* MARKLAND. αὐτῷ cum leni Ald. Paul. Wolf. *sibi,* Midiae. REISK.

P. 553. v. 20. δι' ἐκείνου] *per illum,* Aristarchum. REISK.

inclinarem huc, ut suspicarer scribendum καὶ τὴν δεξιὰν οἱ ἐμβεβληκότα. SCHAEFER.

P. 554. v. 25. ἀξιοῦντα —, ὅπως ἂν διαλλάξῃ] Herodotus II. 126. δέεσθαι, ὅκως ἂν — δωρέοιτο. ubi fuit cum ἂν mihi suspectum esset. Sine causa. Idem III. 44. ἐδεήθη, ὅκως ἂν — δέοιτο. Rarior autem haec similisve constructio: longe frequentior altera illa cum infinitivo, cuius exemplum mox sequitur p. 555. in. V. Melet. Crit. p. 121. SCHAEFER.

P. 554. v. 27. αὐτὸν] αὑτὸν Dindorf. SCHAEFER.

P. 554. v. 28. εἰπεῖν] [εἰ.] εἰπεῖν Ven. TAYLOR. Vulg. εἰ. εἰπεῖν εἰ Lessing. Correxi εἰπεῖν. Tametsi vulgata possit defendi quodammodo et exponi sic: ἐῶ γὰρ ζητεῖν, εἰ φίλον ἠδίκηκεν. Sed hoc perdurum est, et vel sic tamen addi deberet ζητεῖν. REISK. εἰ Bekker. Quod unice verum. Plenior locutio: ἐῶ γὰρ λέγειν, εἰ φίλον ἐσυκοφάντει. Dionysius Halic. T. II. p. 1212. R. ὅσας μὲν οὖν πόλεις — ὑπηκόους ἐποιήσαμεν, ἐῶ. SCHAEFER.

P. 555. v. 1. αὐτὸν] [αὐτόν.] αὐτόν, se. MARKLAND. αὑτὸν Reisk. et Bekker. αὑτὸν mecum Buttmann. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 555. v. 2. προσεκβαλεῖν] ἐκ τῆς πατρίδος, quod additur p. 552, 12. Ceterum adverte locutionem pleonasticam μετ' ἐκείνου προσεκβαλεῖν. Conf. Lobeckius ad Phrynich. p. 354. SCHAEFER.

P. 555. v. 5. τὸ] Visum mihi quoque aliquando fuit, quod Marklando, τοῦ esse legendum. Sed bene habet τὸ, et haec est explicatio superiorum, τὸ ἔθος καὶ τὸ κατασκεύασμα. REISK. Ubinam Marklandus censuerit τὸ in τοῦ mutandum ignoro: videturque Reiskius huc retulisse quod Anglus ad v. 15. notaverat. SCHAEFER.

P. 555. v. 7. ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως ὀργιστέον, ἐκλογιζομένοις κ. τ. λ.] πάντας ὁμοίως ὀργίζεσθαι προσήκει τοῖς ὑβρισταῖς καὶ ἐκλογίζεσθαι. Constructio est τοῦ θετικοῦ ἐπιῤῥήματος, οὐχὶ δὲ ἡ τοῦ ῥήματος ἰδία, etsi id ipsum etiam dativum postulat, ut ἐγὼ ὀργίζομαι τοῖς ὑβρισταῖς, ὀργιστέον ἐμοὶ τοῖς ὑβρισταῖς. Observetur et participium dandi casu positum, ut cum verbi constructione consentiat. Alias plerumque accusativo, ταῦτ' ἐγνωκότας καὶ λογιζομένους et ἐνθυμουμένους, cum scilicet verba praecedentia accusativum postulant. WOLF. Verbalia etiam accusativo iungi vix opus est ut moneam. Plato Legg. VII. p. 808. HSt. ἄνευ ποιμένος δὲ οὔτε πρόβατα οὔτε ἄλλο οὐδὲν πω βιωτέον. ad q. l. Astius p. 369.: „βιωτέον, i. e., βιοῦν δεῖ; hinc πρόβατα et ἄλλο; verbalia enim et dativo et accusativo personae iunguntur. vid. Wyttenbach. ad Muson. in Philomath. P. II. p. 15.“ Ibid. p. 809. ἰτέον τὸν μέλλοντα πολίτην ἔσεσθαι 'μέτριον. VIII. p. 833. πρεπούσῃ δὲ στολῇ ταύτας ἐσταλμένας καταβατέον ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τούτων τῶν δρόμων. V. Melet. Crit. p. 89. *) SCHAEFER.

---

*) Aliud egi, cum ibid. de particulis ἄρα et ἆρ' οὐ disputans uterer Sophoclis loco Oed. Col. 316. Particula negativa enim verbo substantivo iungenda est: ut solum ἆρ' bis positum sit. SCHAEFER.

P. 555. v. 10. ὦ ἄνδρες — ἐγγύτατα ἡμῶν] ὦ ἄνδρες δικασταὶ ῥαδίως κακῶς πάλιν ἐγγύτατα ὑμῶν August. primus. Etiam corrector Weimaranus dedit ὑμῶν, forsitan e Paulina, in qua sic est. REISK. ὑμῶν Bultmann. SCHAEFER.

P. 555. v. 11. τοῦ ποιήσαντάς τι μὴ δοῦναι δίκην] [τοῦ ποιήσαντας μὴ δοῦναι δίκην.] Legendum: τοῦ κακῶς ποιήσαντας μὴ δοῦναι δίκην. Opponitur nimirum τὸ κακῶς ποιήσαντας τῷ *) supra posito κακῶς παθεῖν. IURIN. Vulg. τοῦ ποιήσαντας μὴ δ. δ. τοῦ ποιήσαντάς τι μὴ δ. δ. Paris. quintus, August. primus. Ad ποιήσαντας addidi τι. REISK. τι deleverunt Buttmann. et Dindorf. Recte. ποιήσαντας i. q. ὑβρίσαντας. Graeci saepe usurpant ποιεῖν, ne verbum antegressum repetere cogantur. SCHAEFER.

P. 555. v. 13. οἱ βδελυροὶ] οἱ δὲ βδελυροὶ August. primus: quod ferri potest, particula δὲ eleganter repetita, licet praeter necessitatem. REISK. In tali verborum structura, qualis hic est, δὲ repeti nequit. SCHAEFER.

P. 555. v. 13. [εἰσιν ἐγγυτάτω]] Haec verba facile patiar abesse, quae paulo ante praecesserint: et inclusi uncis. REISK. Uncos amovit Buttmann. Mihi concinnitas periodi duobus his verbis perverti videtur: ut prorsus deleta malim. SCHAEFER.

P. 555. v. 15. τὸ δίκην — λαμβάνειν] Quaere, annon τοῦ δίκην — λαμβάνειν. MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 555. v. 16. αὐτοῦ] αὑτοῦ Dindorf. SCHAEFER.

P. 555. v. 16. τὰς — μετουσίας] Notabilis usus pluralis h. v. SCHAEFER.

P. 555. v. 16. τῆς ἰσηγορίας καὶ τὰς τῆς ἐλευθερίας] Bekkerus: „τῆς ἐλευθ. καὶ τῆς ἰσηγ. k. r.“ Hoc verum videtur. SCHAEFER.

P. 555. v. 16. ἰσηγορίας] Locum hunc tangit Moeris Atticista p. 203. REISK.

P. 555. v. 18. διεωσάμην] διεσωσάμην Bavaricus. διωσάμην P. Manut. REISK.

P. 555. v. 18. καὶ ἄλλος τις ἂν] Parenthetice inserta sunt. Subaudi διώσαιτο. Caveant tirones h. l. ἴσως et ἂν habeant ἰσοδυναμοῦντα: nam quae scripsi ad Gregor. Cor. p. 44. nunc non scriberem. Nec magis sunt ἰσοδυναμοῦντα in Euripid. Alcest. 184. et Aristophan. Equitt. 1257.: utroque enim loco οὐκ ἂν mutandum in οὐχί. SCHAEFER.

P. 555. v. 21. πᾶσι φοβερὸν καταστήσητε] φοβερὸν πᾶσι καταστήσεται August. primus. REISK.

---

*) Notus iste abusus articuli in scriptis Philologorum: sed qui tale quid ausus sit praeter Iurinum novi neminem. SCHAEFER.

P. 555. v. 23. ἐγκαλῇ] ἐγκαλέσῃ August. primus. REISK. ἐγκαλέσῃ Buttmann. SCHAEFER.

P. 555. v. 23. ἐπ᾽ αὐτὸν] ἐφ᾽ αὐτὸν Bavaricus. Subaudi τινὰ, scilicet τὸν δόντα λόγον. Nil opus est ἐφ᾽ αὐτὸν legi, sed perinde est, utrum quis malit. REISK. ἐφ᾽ αὐτὸν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 555. v. 25. καὶ τότ᾽, ἂν ἀδικοῦντας ὁρᾷ τις] F. καὶ ὅταν (vel ὁπόταν) ἀδικοῦντά σε ὁρᾷ τις. WOLF. Editt. omnes et MSti plurimi constanter, ut ego editum curavi. Scriptura, quam nulla auctoritate munitus adeo tuetur Wolfius, planissimam et expeditissimam periodum nobis intricatam praestitit. Hem! vide, quantum praestet lectio nostra. *Si quis te criminetur, sine de te iudicium capi: quod ubi diligenter celebratum fuerit, post tuam causam nimirum cognitam, tum demum, si te laesum fuisse queraris, aut si alios criminis alicuius postulas, ad iudicem ito: neque tu tuam causam, novo interposito crimine, praereptam velis.* TAYLOR. Post ὁρᾷ [vel φωρᾷ] τις deest aliquis infinitivus, e. c. εἰσαγγέλλειν vel γράφεσθαι vel τιμωρεῖσθαι vel tale quid. REISK. Subintelligendum videtur ἀμύνεσθαι χρὴ post καὶ τότ᾽. καὶ τότ᾽, ἂν ἀδικοῦντας ὁρᾷ τις, est: *idque tum demum, si quis calumniatores suos ipsos contra leges commisisse quid viderit.* SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 54. Iure Seagerus vulgatam tuetur. ὁρᾷ pronuntiantis voce acuendum. *si iniuria adeo manifesta sit, ut pateat oculis.* SCHAEFER.

P. 555. v. 25. οὐ — οὐδ᾽ — οὐδ᾽] Negativae referendae sunt ad χρὴ, non ad infinitivos qui singulas sequuntur: quippe his iungi oporteret μὴ — μηδ᾽ — μηδ᾽. SCHAEFER.

P. 555. v. 25. προαναρπάζειν] Significat, si quis potentem a se in flagitio deprehensum accusare minetur, eum prius funditus perdere, quam divitem criminosum ad iudicii severitatem pertrahat. REISK.

P. 555. v. 28. εἴς τε] ἴστε August. primus. REISK.

P. 555. v. 28. σῶμα] σῶμ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 556. v. 1. ἐκπέφευγα] διεσωσάμην — καὶ οὐκ ἀνήρπασμαι p. 555, 18. SCHAEFER.

P. 556. v. 3. ἔσθ᾽] ἔσται August. primus. REISK.

P. 556. v. 7. εἷς] Abest ab August. primo, Ald. Paul. REISK.

P. 556. v. 10. ὁτιδήποτ᾽ — τὸ δαιμόνιον] Haec verba non videntur loco suo posita: quae si omittantur, tamen locus erit integer. Miror prae caeteris illud ὁτιδήποτε, quod usurpant, aut qui rem ignorant, aut in dubium adducunt, aut elevant et extenuant, quorum nihil huic loco convenit: nisi si Demosthenes extenuatione sui muneris invidiam minuere et avertere voluit, quam ipsi contrahere poterat vocabulum paulo arrogantius ὁσίας et σεμνόν. *venerabile illud sanctimoniae, quaecunque tandem*

illa fuit, quae mihi tum inhaerebat, choregus qui essem, cuius persona e legibus sacrosancta est. REISK. In mente Reiskius videtur habuisse Euripidea ὅ τί πότ' εἰσιν οἱ θεοί, ὅστις ὁ Ζεύς, de quibus v. Porsonus ad Orest. 412. Sed ab illis Tragici, ad speciem impie, etsi convenienter personis et ταῖς περιστάσεσιν, iactatis, hoc Oratoris mirum quantum differt: nam tantum abest, ut sententiam extenuet, ut faciat longe gravissimam. Videlicet ἐστὶ h. l. significat τὴν ὕπαρξιν: quo sensu nunc fere scribunt ἔστι. *quidquid est sanctitatis.* SCHAEFER.

P. 556. v. 10. τὸ σεμνὸν καὶ τὸ δαιμόνιον] Lennepius ad Phalarid. p. 339. a.: „τὸ σεμνὸν, diversum a τὸ δαιμόνιον, respicit τὸ θεῖον." Non assentior. τὸ δαιμόνιον h. l. est i. q. τὸ θεῖον. Vernacule vertas: *alles heilige, ehrwürdige und göttliche.* SCHAEFER.

P. 556. v. 12. παρὰ] Vulg. περὶ. παρὰ Paris. secundus et quintus, August. primus, Bavaricus. Correxi παρά. REISK.

P. 556. v. 12. ἐμοῦ] Vulg. ἡμῶν. ὑμῶν margo Lutet. ἐμοῦ August. primus, Lessing. Omnes has tres lectiones simul exhibet Bavaricus. Correxi ἐμοῦ. REISK.

P. 556. v. 13. μόνον ὄντος] ὄντος μόνον Bekker. SCHAEFER.

P. 556. v. 15. ὁμοῦ πάντων] [ἐμοῦ, πάντων.] ὁμοῦ πάντων coniecit Wolfius. Eleganter et adeo vere, quam quod ita est maxime. Ita legit quoque Barocc. cum Augustano. TAYLOR. Vulg. ἐμοῦ, πάντων. ὁμοῦ πάντων (sine interiecto commate) August. primus, prout etiam Wolfius coniecit. Et sic correxi. REISK. ἐμοῦ, πάντων revocavit Buttmann. SCHAEFER.

P. 556. v. 16. τοὺς συνεξεταζομένους] [συνεξεταζομένους.] Addidi τοὺς ante συνεξεταζομένους iuxta fidem omnium editt. (Aldina excepta) et MSS. Barocc. Obsop. Vindob. Ital. TAYLOR. τοὺς abest a Bavarico et Aldina. REISK. Articulum delevit Buttmann. SCHAEFER.

P. 556. v. 18. δοκιμαστὰς] δοκιμαστὴς hic est non ἐξεταστής, sed ὁ ἀποδεχόμενος καὶ συνευδοκῶν. WOLF.

P. 556. v. 18. ὑπολαμβάνειν] ὑπολαμβάνειν pro ὑπολαμβάνετε cum Barocc. Ven. Aug. TAYLOR. Vulg. ὑπολαμβάνετε. ὑπολαμβάνειν August. primus, quomodo Taylorus quoque edidit. Correxi ὑπολαμβάνειν. Aptus est hic infinitivus a δεῖ v. 11. REISK.

P. 556. v. 20. μηδὲν] Omisit Bekker. Malim servatum. SCHAEFER.

P. 556. v. 23. δεικνύων] Frequentat Orator has formas. ὤμνυε p. 553, 16. et alibi. Sic in Testimonio p. 554, 22. ὀμνύοντα. SCHAEFER.

P. 556. v. 25. τούτῳ — διακρούσηται] Vulg. τούτῳ τὸ δίκην, ὧν ἐμὲ ὕβρικε, δοῦναι διακρούσηται. Verba sic ordinata dat August. primus: τούτῳ τὸ δίκην δοῦναι ὧν ἐμὲ ὕβρικε διακρούσηται.

Et sic dedi. REISK. διακρούσηται τούτῳ τὸ δίκην ὧν ἐμὲ ὕβριχε δοῦναι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 556. v. 26. νυνὶ] Bekkerus: „νῦν r." Hoc verum puto. SCHAEFER.

P. 556. v. 26. ἐστὶ δὴ τἄλλα, ἃ πολλοὺς] ἐστιν ἃ πολλοὺς dat August. primus sine δὴ τἄλλα. REISK. δὴ bene deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 1. ἀκούσητε] ἀκούητε Paris. primus. ἀκούηϑ' August. primus. REISK. ἀκούηϑ' Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 2. οὐ δεινότερα] [σὺ δεινότερα.] Addenda negatio: σὺ μὴ δεινότερα. Nec enim mihi placet Ulpiani enarratio, cum subiiciantur atrocissima crimina, graviora etiam iis, quae in Demosthenem commisit. WOLF. Vulg. σὺ δεινότερα. Correxi periculo et Marte meo: τί οὖν; οὐ δεινότερα —; *Ergone, cum* [hoc est *licet*] *acerbiora, quam reliquorum civium unusquisque, a Midia passus non sis, tamen indignaris?* Leniorem hanc duxi medicinam illa, qua Taylorus est usus, qui post σὺ auctoritate sua μὴ addidit. Pronomen σὺ si servatur, possit etiam sic legi: τί οὖν; οὐδὲν σὺ δεινότερα —; REISK. Τί οὖν; σὺ δεινότερα — Buttmann. τί οὖν σὺ δεινότερα — Bekker. Buttmanni ratio placet. σὺ nec deesse potest propter oppositionem, et primum in interrogatione locum tenere debet. Sensus: σὺ δεινότερα, ἢ τῶν ἄλλων εἷς ἕκαστος, πέπονϑας, ὥστε οὕτως ἀγανακτεῖν; SCHAEFER.

P. 557. v. 5. ἔγωγε] ἐγὼ Buttmann. et Bekker. Vere: opponuntur enim inter se ἐγὼ et ὑμεῖς. SCHAEFER.

P. 557. v. 5. πρὸς ὑμᾶς] πρὸς αὐτοὺς Bavaricus. REISK.

P. 557. v. 6. ὑπομείναιτ'] ὑπομενεῖτε August. primus. REISK.

P. 557. v. 6. ἂν] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 6. οὐδ'] Ne corrigas οὔτ' ob antegressa duo οὔτ'. Illa enim prioris membri duas partes iungunt arctissime: οὐδ' priori membro addit posterius nexu laxiori. SCHAEFER.

P. 557. v. 6. τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ] [παρ' ἀμφοτέρων ὑμῶν.] Lego ἡμῖν vel ἐμοί. ὕδωρ παρ' ἀμφοτέρων, ἐμοῦ τε τοῦ διώκοντος καὶ Μειδίου τοῦ φεύγοντος. WOLF. Promtior est medicina παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν. Atque ita tandem comperio scriptum in optimo Codice Vindobonensi. TAYLOR. Vulg. ὑμῶν. ἡμῶν Bavaric. Vindob., quod praeferunt Wolfius et Taylorus. REISK.

P. 557. v. 7. πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν] Subaudi τοῦ λόγου. Constructio verborum traiectorum haec est: εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ, τό τ' ἐμὸν λέγω καὶ τὸ τούτου, ὑπάρξειε προστεϑὲν πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τοῦ λόγου. *si aqua nobis ambobus definita, mihique puta illique, in unam confusa massam illi, quae adhuc reliqua superest, orationis meae parti addatur, tamen haud suffecerit.*

REISK. Itaque post πᾶν posuit hypostigmen, quam servavit Bekkerus. Delevit Buttmannus haec sic vertens: *si ei aquae, quae reliqua mihi est, de novo adderetur integra et mea et illius mensura, non tamen sufficeret.* Quae ratio quantum praestet Reiskianae quantumque augeat pondus verborum, quis non intelligit? SCHAEFER.

P. 557. v. 8. φανερώτατα] φανερώτερα Bavaricus. REISK.

P. 557. v. 11. τοῦτο πρῶτον] [πρῶτον.] τοῦτο πρῶτον Felic. Manut. Barocc. Ital. Obsop. Vindob. Recte. TAYLOR. τοῦτο abest a Bavarico et Aldina. REISK.

P. 557. v. 13. ἔστι δὲ ταῦτα παντοδαπά] Videtur orator dedisse ἔστι δὲ ταῦτ' ἀδικήματα παντοδαπά. REISK. Non dedit. SCHAEFER.

P. 557. v. 13. δὲ] Abest ab Aldina. REISK.

P. 557. v. 16. τόπος] Non intelligam de loco oratorio s. sede argumentorum, ut duumviris praeclaris placuit, sed sensu proprio. Dicit Orator Midiam ubique locorum, quocunque accesserit, domi forisque, capitalia perpetrasse. Quanquam facile concedam hoc dictum esse ὑπερβολικώτερον. Eadem superlatio, quae hic est de loco, de tempore sequitur v. 23. SCHAEFER.

P. 557. v. 18. *ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ — ΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝ.*] Totus hic versus seu titulus abest ab August. primo. REISK.

P. 557. v. 20. προστυχόντ' αὐτῷ] Malim προστυχόνθ' αὐτῷ. SCHAEFER.

P. 557. v. 21. καὶ πολλὰ ἕτερα παραλέλοιπα] καὶ παραλέλοιπα ἕτερα (sine πολλὰ) August. primus. καὶ παραλέλοιφ' ἕτερα (item sine πολλὰ) Bavaricus, indices Aldinae et Paulinae. Malim καὶ πολλὰ δ' ἕτερα παραλέλοιπα. V. p. 556, 2. REISK. καὶ παραλέλοιφ' ἕτερα Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 22. δύναιτο] δύνοιτ' (sic) August. primus. REISK. δύναιτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 26. νεανικὸν οὐδὲν] Vulg. νεανικόν. August. primus addit οὐδὲν. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 26. οὐδὲ] οὐδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 26. [εἶναι]] Omittit August. primus. REISK. Deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 26. θανάτου] Buttmannus: „Sarcasmus.“ Sarcasmus talis mox displicuisse ipsi videtur: nam in Bekkeriana legas „αὐτοῦ Buttmannus.“ Nec mihi multum placet: ut suspicer Oratorem non dedisse nisi οὐδ' ἄξιον vocemque θανάτου e margine in textum irrepsisse. Thucydides I. 142. πῶς δὴ — ἄξιον ἄν τι δρῷεν; SCHAEFER.

P. 557. v. 26. τις] τι Bavaricus. REISK.

P. 557. v. 27. καὶ] καὶ prius abest ab August. primo, Bava-

rico, Aldina, Paulina. REISK. Omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 27. φυλὴν] Bekkerus: „βουλὴν r." Hanc scripturae diversitatem propius contuenti sane quam probabile fit deludi nos haec legentes διττογραφίᾳ. Nisi enim multum fallor, Demosthenes sic scripsit: εἰ μὴ φυλὴν ὅλην καὶ ἔθνος προπηλακιεῖ —. Opponuntur inter se εἷς et φυλὴ ὅλη καὶ ἔθνος. SCHAEFER.

P. 557. v. 28. ἔθνος] *classem civium.* Sequentia docent intelligi classem equitum. Conf. p. 668, 11. seqq. SCHAEFER.

P. 557. v. 28. ἀθρόους] ἀθρόους Bekker. SCHAEFER.

P. 557. v. 28. ἐλᾷ] V. Moeris p. 146. — Hoc sensu ἐλαύνειν in hac oratione saepius dicitur. V. p. 535, 26. 551, 7. 558, 21. 559, 3. πάντα τρόπον περιωθῶν καὶ ἐλαύνων τοὺς ἀνθρώπους p. 570, 17. SCHAEFER.

P. 558. v. 1. ᾤετο] ᾤετ' Bekker. SCHAEFER.

P. 558. v. 1. ἑαυτῷ] Vulg. αὐτῷ. ἑαυτῷ August. primus. REISK.

P. 558. v. 2. μυρία ἂν ἔχων εἰπεῖν] μυρία εἰπεῖν ἔχων Bekker. SCHAEFER.

P. 558. v. 6. καὶ τὴν λοιδορίαν, ἣν ἐλοιδορήθη Κρατίνῳ] Wolfius: *et quibus conviciis Cratinum fuerit insectatus.* Potius, ni fallor: *et quibus conviciis eum Cratinus fuerit insectatus.* Certe, si Graeca utrumque sensum capiunt, id magis e re Oratoris esset, iudicibus subiicere, Cratinum antea Midiam maximis conviciis insectatum fuisse, nunc vero eidem patrocinari. IURIN. Scilicet Iurinus secutus est Wolfianae scripturam: — Κρατίνῳ περὶ τούτων, τῷ νῦν, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, μέλλοντι βοηθεῖν αὐτῷ. V. not. sequ. Multum autem fallitur ἐλοιδορήθη passive intelligens: active enim intelligendum esse loci tenor docet apertissime. λοιδορηθέντος δ' αὐτοῖς ἐκείνου καὶ κακίσαντος αὐτοὺς οὐ μόνον περὶ ὧν — p. 1257, 23. SCHAEFER.

P. 558. v. 7. Κρατίνῳ] Κρατίωνι index Aldinae. REISK. Latetne hac in scriptura Ἀρχετίωνι? ut homo sit idem qui commemoratur infra v. 21. SCHAEFER.

P. 558. v. 7. τούτων] Post h. v. additum habet P. Manut. τῷ νῦν, REISK. Adscivit Buttmannus ideoque v. 8. αὐτῷ mutavit in αὐτῷ. Nollem factum: tam sublestae haec scriptura fidei est ab auctoritate librorum. Adde quod Orator, hoc si dicere voluisset, sic, opinor, locuturus erat: τῷ νῦν βοηθοῦντι αὐτῷ. SCHAEFER.

P. 558. v. 8. δὴ] δὲ Buttmann. δὴ melius. *iam.* SCHAEFER.

P. 558. v. 8. ἀθρόοις] ἄθροοις Bekker. SCHAEFER.

P. 558. v. 10. ἐπ' οὐδενὶ] nulla te cogente causa sontica, petulanter. SCHAEFER.

P. 558. v. 11. πότεροί] [πότερ'.] πότεροι Barocc. Wolfius hic interpretatur, quasi legisset συμβαλλόμενοι. Redde cum Italo: *Ma dimmi, o Media, chi è colui, che fa vergogna alla città, coloro che fanno passagio in ordinanza con quelli arnesi, che a coloro, che vanno ad affrontare i nimici et a congiongersi co' confederati, si richieggono: o tu* etc. TAYLOR. Vulg. πότερ'. In August. primo vetus manus dederat πότερ cum ῳ super ρ, id quod pro istius codicis aliorumque multorum more significat ος, ut sit πότερος. Sed nova manus ad illud ο adscripsit ι, ut sit πότεροι, quae vera est lectio, quam testatur Taylorus etiam in Barocc. esse. Igitur sic correxi. REISK. πότερ' Bekker. continuans — τῇ πόλει οἱ διαβάντες —. SCHAEFER.

P. 558. v. 11. εἰσιν, ὦ Μειδία, ὄνειδος τῇ πόλει] εἰσὶν ὄνειδος, ὦ Μειδία, τῇ πόλει Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 558. v. 13. ἣν πρόσηκε] Malim ἣν ἔχειν προσῆκε. REISK. Nihil frequentius quam huiusmodi ellipses syntacticae. SCHAEFER.

P. 558. v. 13. συμβαλουμένους] Vulg. συμβαλλομένους. συμβαλουμένους August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 558. v. 15. ὁ μηδὲ λαχεῖν — ὅτ' ἐκληροῦ] V. Ind. Graecitat. p. 321. SCHAEFER.

P. 558. v. 15. μηδὲ] μὴ Bekker. Recte: nihil enim aliud quam hoc talis homo in sortitione abominari poterat. SCHAEFER.

P. 558. v. 16. ἐκληροῦ] Vulg. ἐκλήρου. ἐκληροῦ August. primus. Et sic correxi: est enim secunda singularis imperfecti medii a verbo κληροῦσθαι. REISK.

P. 558. v. 16. ἐπ' ἀστράβης — τῆς Εὐβοίας] Ulpianus hoc loco non caret culpa, qui legit ἐξ ἀργυρᾶς et sic ait: τὸ γὰρ ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει. Sed debebat meminisse, supra v. 2. Demosthenem dixisse περὶ δὲ τῶν συστρατευομένων ἱππέων εἰς Ἄργουραν, et infra hac eadem oratione p. 567, 17. ἐπειδὴ δὲ ὁ στρατηγὸς Φωκίων μετεπέμπετο τοὺς ἐξ Ἀργούρας ἱππέας. Itaque non fuit argentata cathedra, sed cathedra vehebatur in reditu ex Argura, Euboeae loco vel oppido, de quo Stephanus. PALMER. Malo stare ab hoc doctissimo tribuno, quam ab aliis, qui et numero et aetate vincunt. Inter eos esse videtur Helladius Besantinous in Chrestomath. apud Photium p. 1590. Λέγεται μέντοι ἀστράβη καὶ τὸ κατασκεύασμα, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου λόγῳ· ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος ἀργυρᾶς. Ulpiani auctoritate se vinci palam profitetur Maussacus ad Harpocrat. En ipsius verba: „Sed quid faciemus Ulpiano, vetere Demosthenis interprete, qui ad haec Midianae, ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος, non Ἀργούρας cum Harpocratione et faece interpretum, ut ille loquitur, legendum esse putavit, sed ἀργυρᾶς? ita ut secundum eum ex verbis Demosthenis hic sensus sit eliciendus: Midiam usum esse cathedra argen-

tea, ad mollitiem eius et lasciviam arguendam et aperiendam, non cathedra ex Argura Euboeae civitate sibi comparata, quomodo vulgus existimabat. Verba illius digna relatu sunt: *Εἶθ'*, inquit, *ἵνα μὴ ἀντιπέσῃ, τί οὖν εἰ κακωθεὶς ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ, προσέθηκεν ἀργυρᾶς. τὸ μὲν ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει, τὸ δὲ καὶ ἐξ Εὐβοίας, ὅτι μὴ εἰωθότων τῶν Ἀθήνησι τοιαύτας ἐργάζεσθαι, αὐτὸς ἐξ Εὐβοίας ὠνήσατο. ἡ δὲ δημώδης* [scriptura scilicet aut lectio vulgaris] *ἐξ Ἀργούρας ἔχει, ἀπὸ τόπου τῆς Εὐβοίας. ἀλλὰ τὰ ἑξῆς δηλοῖ, ὅτι μαλακίαν αὐτῷ καὶ τρυφὴν ὀνειδίζει χλανίδας λέγων καὶ ἱμάτια τρυφερὰ καὶ σκεύη ἐπιτήδεια πρὸς ἀνειμένον βίον.* Quae profecto verissima et acutissima sunt, et vulgarem aliam lectionem reiiciendam demonstrant apertissime." Haec Maussacus. *ἀργυρᾶς* marg. Par. cum Scholiaste. *ὀχούμενος Ἀργούρας τῆς ἐξ Εὐβοίας* Codd. Vindob. Ital. et Lindenbr. TAYLOR. Wolfius in Farragine admonet *ἐξ* abundare. — Citat h. l. Helladius Besantinous apud Photium Biblioth. p. 871, 17. REISK. Bekkerus: „Conf. Pierson. ad Moer. p. 57." *ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβοίας* Buttmann. Nostram scripturam tuetur etiam Herodianus, doctus Grammaticus, cuius auctoritatem nemo non habeat pro gravissima. V. Dindorfius praefat. p. IX. Vel sic tamen vereor ut haec sit ipsius Oratoris manus. Quodnam enim totius huius loci consilium est? Nimirum ut notetur Midiae ignavia et mollities, in cuius indiciis numeratur etiam hoc, quod vectus sit, non equo bellatore, sed mulo clitellario. Iam quid attinebat memorari locum, unde vectus esset tali iumento? Et si forte memorandus esset, quid attinebat doceri auditores loci situm? Num ignorabant Arguram esse Euboeae oppidum? Si ignorabant, non hoc loco docendi erant, sed supra v. 3., ubi primum fit mentio oppidi. Quae cum ita sint, vide ne quatuor verba *ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας* haberi oporteat pro glossemate pervetusto, quod etiam antiquissimos Demosthenis interpretes eorumque sequaces Grammaticos ludificatum sit. SCHAEFER.

P. 558. v. 17. *χλανίδας* [*δὲ*] *καὶ*] Vulg. *χλανίδας δὲ καὶ*. Secundam vocem omittit Paulina: secundam cum tertia August. primus. REISK. Particulam *δὲ* uncis iure liberarunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 558. v. 18. *κυμβία*] *κυμβεῖα* August. primus. REISK. Hesychius T. II. c. 376. *Κυμβίον. εἶδος ποτηρίου καὶ πλοίου.* Anecd. Bekk. p. 274, 28. *Κυμβεῖον: εἶδος ποτηρίου παραπλήσιον τῷ σχήματι πλοίῳ, ὃ καλεῖται κύμβη.* V. not. ad p. 566, 1. et conf. Porsonus ad Euripid. Med. 139. p. 34. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 558. v. 18. *ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκοστολόγοι*] Wolfius: *quae publicani pignerabant.* Potius: *quae publicani attinuerunt*, nempe donec portorium solveretur. IURIN.

P. 558. v. 18. ἐπελαμβάνοντο] ἀπελαμβάνοντο Bavaricus. REISK.

P. 558. v. 18. οἱ πεντηκοστολόγοι] Tangit h. l. Photius c. 301. SCHAEFER.

P. 558. v. 19. ἡμᾶς] [ὑμᾶς.] Legendum ἡμᾶς, quod clare apparet ex sequentibus, ἡμεῖς διέβημεν. IURIN. [ἡμᾶς.] Ita ex Barocc. Felic. Manut. Paris. Ital. pro ὑμᾶς. TAYLOR. ὑμᾶς Aldina et Wolfiana. REISK.

P. 558. v. 19. ἀπηγγέλλετο] ἐπηγγέλλετο August. primus. REISK.

P. 558. v. 20. εἰς ταὐτὸν] *in eundem locum.* SCHAEFER.

P. 558. v. 21. ἤ τις ἄλλος [[εἴ τις ἄλλος.] ἤ τις ἄλλος. MARKLAND. Quae coniectura confirmatur a Vindobonensi. TAYLOR. Vulg. εἴ τις ἄλλος. ἤ τις ἄλλος August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 558. v. 21. ἤλαυνες;] Post h. v. subaudienda ad superiorem interrogationem responsio ab oratore suppressa, sed ab audiente aut legente quoque facile supplenda: ἀλλ' οὐ δικαίως γε τοῦτο. *Non tu id iure quidem.* Interrogatio est mirantis infitiationem quoque complectens. *Et nihilominus tu tamen eos agitabas — et in eo recte facere tibi videbare? Nullo modo.* REISK. Conf. not. ad p. 549, 12. SCHAEFER.

P. 558. v. 22. ταῦτα] ταῦτα πάντα Cod. Reg. ε. TAYLOR.

P. 558. v. 22. συνιππεῖς] Rarior vox, quam nonnulli libri dant etiam p. 571, 6. SCHAEFER.

P. 558. v. 23. κατηγόρεις] illo tempore. *quaeque illos de te dicere criminabaris.* Imperfectum contra nonneminem satis verbose tuetur Wunderlichius praefat. ad Orat. pro Cor. p. XXVIII. S. SCHAEFER.

P. 558. v. 23. κακῶς] καλῶς P. Manutius. REISK.

P. 558. v. 25. τουτουσὶ] Vulg. τούτους. τουτουσὶ August. primus. REISK.

P. 558. v. 26. κατεσκεύαζον] Emendaverum olim κατεχλεύαζον. Ita legit et Lambinus. TAYLOR. Nihil est cur Taylorus cum quoquam de inventione huius corruptelae potius quam emendationis contendat. Vulgata bene habet. Usurpatur, ut aliquoties in hac ipsa Midiana factum est, de iis, qui insidias fraudesque clandestinas parant, consilia inter se conferunt et mendacia comminiscuntur atque velut tela quaedam procudunt, quibus inimicos innocentes configant, eaque per subornatos omissarios clam per circulos spargunt. REISK. Vides Orellium ad Isocrat. π. τ. ἀ. p. 464. coniicientem κατεχλεύαζον actum egisse, idque nullo cum successu: nam vulgata est longe sanissima. V. not. ad p. 612, 16. et Ind. Graecitat. p. 300. S. SCHAEFER.

P. 559. v. 1. τοιαῦτα] τὰ τοιαῦτα Vindob. et Aug., quibus fere consentiunt Barocc. et Lindenbr. TAYLOR. τὰ τοιαῦτα August. primus. REISK. Quid sibi vult illud *fere* Taylori? Sic scribere Criticum dedecet. τοιαῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 559. v. 2. σὺ δ' ἀπειλεῖς πᾶσιν] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 29. SCHAEFER.

P. 559. v. 3. σὺ] σοι August. primus. REISK.

P. 559. v. 4. λυπήσῃς] λυπήσεις Ven. Barocc. Ital. λυπήσαις margo Paris. TAYLOR. λυπήσεις August. primus, Bavaricus, corrector Weimaranus: nam in Aldina est λυπήσας, quod ad λυπήσαις Lambini (nam eius esse coniecturam quod habet margo Lutet. suspicor) proxime accedit. REISK. λυπήσεις Buttmann. et Bekker. Quomodo corrigendum fuit, etiamsi omnes libri tacuissent. SCHAEFER.

P. 559. v. 7. ἀθρόων] Ita ex auctoritate editionis Benenati et mente Wolfii pro communi ἄθροον. TAYLOR. ἀθρόον August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK. ἀθρόων primus Dindorf.: spiritus enim hic non adverterat oculatissimum Bekkerum. SCHAEFER.

P. 559. v. 7. κατηγόρεις] κατηγορεῖς Bavaricus. REISK.

P. 559. v. 7. οὐκ] Abest ab Aldina. REISK.

P. 559. v. 8. ἀνθρώποις] Abest ab August. primo. REISK.

P. 559. v. 10. ὄντα] Abest a Bavarico. REISK.

P. 559. v. 11. κατηγοροῦνται] κατηγορεῖται August. primus. REISK. Sic Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 559. v. 12. τίς ὑμῶν ἐμὲ ταῦθ' ἑώρακε ποιοῦντα;] ἢ τίς ὑμῶν ἐμὲ ταῦθ' ἑώρακε ποιοῦντα; Ita Barocc. et Aug. Malim etiam τοιαῦθ', ita ut Wolfius interpretatur. TAYLOR. ἢ τίς — August. primus. REISK.

P. 559. v. 13. ἑώρακε] Bekkerus: „ἑόρακε O.“ SCHAEFER.

P. 559. v. 15. καταψευδομαρτυροῦμαι — τὰ τοιαῦτα] [καταψευδομαρτυροῦμαι τὰ τοιαῦτα.] Lege et distingue, ut Wolfius interpretatus est: — καταψεύδονταί μου· καταψευδομαρτυροῦμαι· τὰ τοιαῦτα. TAYLOR. Frigide, ut mihi videtur, legitur καταψευδομαρτυροῦμαι τὰ τοιαῦτα. Quare enim τοιαῦτα et non potius ταῦτα? Unde suspicor, vocabulum excidisse et Demosthenem scripsisse: καταψευδομαρτυροῦμαι. ἐκείνοις τὰ τοιαῦτα· τούτῳ δ' αὖ τἀναντία τούτων. Wolfius videtur legisse: καταψευδομαρτυροῦμαι, καὶ τὰ τοιαῦτα. Sed praecessit λόγους δὲ ἀφθόνους τοιούτους, cui non bene subiungi potest καὶ τὰ τοιαῦτα in eadem periodo et de eadem re. MARKLAND. τὰ τοιαῦτα. Haec verba, quae significant *et caetera*, *mitto reliqua hoc de genere*, a prioribus commate interiecto diremi ad exemplum Wolfii et Taylori. REISK. Usus sum ad dirimendum lineola. De hac formula v. not. ad p. 96, 10. et 436, 6. SCHAEFER.

P. 559. v. 15. τὰ] Abest a Bavarico. REISK. Articulus hac in formula nunc adest nunc abest. V. not. ad ll. cc. SCHAEFER.

P. 559. v. 17. τὸν τούτου] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 559. v. 17. καὶ τὴν ἀσέλγειαν] Absunt a Bavarico. REISK.

P. 559. v. 17. τοῦ βίου] [τὴν τοῦ βίου.] Melius cum Vindob. Barocc. Ven. Lindenbr. et Ital. τοῦ βίου sine articulo. TAYLOR. Vulg. τὴν τοῦ βίου. τὴν abest ab August. primo. Delevi. REISK.

P. 559. v. 18. οἴομαι] οἶμαι August. primus. REISK.

P. 559. v. 18. ὧν αὐτοὶ — νῦν ἐμοῦ] Buttmannus resolvit sic: ὅτι πολλά, ἃ αὐτοὶ ἴσασιν, (ταῦτα) οὐκ ἀκηκόασι νῦν ἐμοῦ. Malim sic: ὅτι ἃ αὐτοὶ ἴσασιν οὐκ ἀκηκόασι νῦν ἐμοῦ. Sic p. 579, 15. ἐν οἷς καιροῖς, ut scribi oportet, resolvendum: ὅτι ἐν τοιούτοις καιροῖς. Quod igitur nuper scripsi ad Porsoni Orest. p. 97. ed. tert. Lips. nunc ἀνατίθεμαι. SCHAEFER.

P. 559. v. 22. ὁρῶντας] Ven. Barocc. Aug. δεδιότας. Scilicet erat vel varia lectio vel glossa τοῦ ὀῤῥωδοῦντας, quod hic olim suspicor fuisse scriptum. TAYLOR. δεδιότας August. primus. ὁρῶντας tametsi ferri potest, (neque enim a more loquendi Demosthenico neque a loci abhorret sententia,) minus tamen hic placet ideo, quod modo v. 21. praecesserit ὁρῶ. Quare, cum in Augustano sit δεδιότας, suspicor olim in libris fuisse ὀῤῥωδοῦντας, in cuius locum scholium δεδιότας et vitiosa lectio ὁρῶντας successit. Video nunc Tayloro quoque eadem in mentem venisse. Reliqui tamen vulgatam. REISK. ὀῤῥωδοῦντας Buttmann. et, quod fortasse mireris, Bekker. Cautior Dindorfius revocavit ὁρῶντας. SCHAEFER.

P. 559. v. 23. ἰσχυρὸν καὶ φοβερὸν ποιεῖ] ἰσχυρὸν ποιεῖ καὶ φοβερὸν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 559. v. 23. τὸ γὰρ — τούτου προβέβληνται] Memoriter citavit Tiberius p. 41., mutatis aliis, aliis omissis. SCHAEFER.

P. 559. v. 25. ἐπ' ἐξουσίας καὶ πλούτου] Perperam Tiberius ἐπ' ἐξουσίαις καὶ πλούτῳ. SCHAEFER.

P. 559. v. 25. πονηρὸν] θρασὺν August. primus. REISK. Vulgatam tuetur Tiberius. SCHAEFER.

P. 559. v. 26. ἂν] Bekkerus: „ἂν om. k. r.“ Nec Tiberius habet. Quod si probes, facile intelligas hunc locum oportere eximi ex illorum numero, quibus usus est Bremius ad p. 117, 10. Sed etiamsi particulam tuearis, virum egregium loco abusum esse mihi persuasi. Est enim hic quoque enuntiatio hypothetica, conditione latente in formula ἐξ ἐπιδρομῆς, pro qua scribi poterat ἐπιδραμόντος τινός, h. e. εἴ τις ἐπιδράμοι. SCHAEFER.

P. 559. v. 26. ἐπεὶ περιαιρεθεὶς] ἐπεὶ περιαιρεθείς γε Tiberius. Quod haud cunctanter amplecterer, si libri darent Demosthenici. SCHAEFER.

P. 559. v. 27. οὐκ] Vulg. οὖν. οὐκ August. primus, Bavaricus et libri omnes. Alterum est vitium editionis Lutetianae typographicum, quod correxi. REISK.

P. 559. v. 27. εἰ δ' ἄρα] Wolfius: *si ei res familiaris adimatur, fortasse fiet in posterum modestior: posteaque minoris putabitur.* Potius: *sin minus, minoris putabitur.* IURIN. Non bene haec a Wolfio reddita. Verte: *fiet in posterum modestior: sin forte* non ita se gesserit, *minoris erit, quam omnium apud vos.* ut recte versio Italica: *forte egli niuno ingiurierà, e se ingiurierà, sia pochissimo stimato.* TAYLOR. Subaudi ὑβρίζοι. SCHAEFER.

P. 560. v. 1. βοήσεται] V. not. ad p. 26, 25. SCHAEFER.

P. 560. v. 1. δίκην δ' — ἐξ ἴσου δώσει] Vel *eadem, qua nostrum aliquis, poena adficietur*, vel *aequo iure poenas dabit nobis caeteris.* Ambigua est enim constructio, δώσει δίκην ἡμῖν, vel δώσει δίκην ἐξίσου ἡμῖν, et utraque sententia bona. WOLF. Interpres Italus verum sensum adripuit: *e se farà qualche insolenza, sarà al pari di noi castigato.* TAYLOR.

P. 560. v. 2. προβέβληνται] προβέβληται Paris. primus. REISK. Singularem adscivit Bekker. τοῦτο προβέβληται Tiberius l. c. memoria fallente referens τοῦτο ad τεῖχος p. 559, 25. SCHAEFER.

P. 560. v. 3. Εὐκτήμων ὁ κονιορτός] V. not. ad p. 547, 28. SCHAEFER.

P. 560. v. 5. καὶ πρὸς ἔτι — εταιρία] In August. primo verba sic collocata conspiciuntur, quod ex diligente et iterata inspectione affirmo: καὶ προσέτι ἕτεροι τούτοις μαρτύρων συνεστῶσα ἑταιρία. non, quod Fabricius perhibuit, μαρτύρων τούτων συνεστῶσα ἑταιρία. REISK. πρὸς ἔτι ἕτεροι τούτοις Bekker. Adverte praepositionem a casu suo diremtam. SCHAEFER.

P. 560. v. 7. ὑμῖν] Vulg. ἡμῖν. ὑμῖν August. primus. REISK.

P. 560. v. 7. ῥᾶστα] ῥᾶστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 560. v. 8. δεινοί τινές εἰσιν — πρὸς τοὺς πλουσίους] Alii παρὰ [MSS. Ald.]. Videtur de industria posuisse verbum in hac significatione insolentius, ἀντὶ τοῦ ὁμιλεῖν τοῖς πλουσίοις, ἀλλὰ μετ' αἰσχύνης καὶ βλάβης. Et fortassis asseclas mensarum et parasitos intelligit, qui ventre metiuntur felicitatem, nec praeterea ullum faciunt operae pretium, nisi cum adulationibus aut calumniam aut lenocinium aut utrumque aliaque nefaria ministeria coniunxerint. Verte: *ut corrupti largitionibus divitum adsint.* Quod si minus placet, repone: *ut cum divitibus se coniungant.* WOLF. Res infeliciter cessit nostro Wolfio, neque felicius quidquam Hieronymo Ferro: *Ma sono di natura, Signori Atheniensi, che volontieri s' accostano a i ricchi per esser corotti.* Utrumque interpretem cum Lexicographis, credo, omnibus latuit

vis τοῦ φθείρεσθαι. Eam utique proditurus sum ad Lycurgum p. 166. not. 79. TAYLOR. Wolfius: *ut cum divitibus se coniungant.* Num *qui se divitibus corrumpendos praebeant?* An potius coniecturae acutissimi Taylori favendum est? *qui ad divites reptant*, derivando τὸ φθείρεσθαι ἀπὸ τοῦ φθειρός. IURIN. „Bud. in Comm. meminit alius cuiusdam signif. huius verbi, quam Latine uno verbo exprimi posse negat, ut apud Plut. in Antonio, καὶ βασιλέων γυναῖκες ἁμιλλώμεναι δωρεαῖς πρὸς ἀλλήλας καὶ κάλλεσιν ἐφθείροντο πρὸς αὐτόν. ubi interpret. Turpiter et indecore eum adibant, sese scilicet illi venditantes et ad nutum eius expositae." H. Stephanus Thes. Gr. L. IV. 139. c. Adde: οἱ Μακεδόνες, ἀδείας μὲν οὔσης, ἐφθείροντο πρὸς τοὺς διδόντας καὶ τὰς ἐκείνων θύρας ἐθεράπευον. Plutarchus in Eumene p. 1079. ed. H. St. et: Ἅρπαλος μετὰ χρημάτων πολλῶν ἀποδρὰς Ἀλέξανδρον ἐκ τῆς Ἀσίας τῇ Ἀττικῇ προσέβαλε, καὶ τῶν εἰωθότων ἀπὸ τοῦ βήματος χρηματίζεσθαι δρόμος ἦν καὶ ἅμιλλα φθειρομένων πρὸς αὐτόν. Idem in Phocione p. 1378. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 54. s. Taylorum hoc φθείρεσθαι serio (non per iocum, qui foret non illepidus) derivantem a bestiola nauseosa satis operose refutavit Dorvillius ad Chariton. p. 385. ed. Lips., ubi etiam de h. l. disputatur. SCHAEFER.

P. 560. v. 10. πρὸς] παρὰ index Aldinae. REISK.

P. 560. v. 13. ὑμεῖς;] Signum interrogandi si consulto Reiskius posuit, (in Parisina recte est hypostigme,) multum erravit. οὗπερ enim nusquam ponitur pro interrogativo τίνος. SCHAEFER.

P. 560. v. 15. τῶν ἄλλων τινὶ, τούτων συλλεχθέντες] Vulg. τῶν ἄλλων τινὶ τούτων, συλλεχθέντες. Distinctione mutanda locum sanavi et illuminavi: comma scilicet ad vocem tertiam revocavi. Constructio est: γίγνησθε κρείττους ἑκάστου τούτων. *horum* [conspiratorum in vestram pestem] *unumquemque superetis atque dometis.* REISK.

P. 560. v. 15. συλλεχθέντες] συλλεγέντες Paris. primus et secundus, Bavaricus. συλλεγέντας August. primus. REISK. συλλεγέντες Buttmann. et Bekker. Idem praefert Piersonus ad Moer. p. 208., assentiente Valckenario ad Herodot. VII. 173., qui bene docet Atticos Demosthenis aetate suaviores illas formas his asperioribus antehabuisse. SCHAEFER.

P. 560. v. 16. τε] Abest ab August. primo. REISK.

P. 560. v. 16. γίγνησθε] Vulg. γίγνεσθε. γίνησθε August. primus. Correxi γίγνησθε. REISK.

P. 560. v. 17. τάχα τοίνυν ἴσως] [τάχα τοίνυν.] τάχα τοίνυν ἴσως Barocc. et Aug. Codd. optimi, ut infra p. 576, 15. et alibi. TAYLOR. Vulg. τάχα τοίνυν. Post τοίνυν addit ἴσως August. primus. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 560. v. 17. Τί δὴ τὰ καὶ τὰ —] Locum sic lego omnino

emendatius, eiecta interrogatione: ἥξει πρὸς ὑμᾶς λόγος, τί δή; τὰ καὶ τὰ πεπονθὼς ὁ δεῖνα οὐκ ἐλάμβανε δίκην παρ' ἐμοῦ· ἢ τί δή; πάλιν ἄλλον ἴσως τινὰ τῶν ἠδικημένων ὀνομάζων. Sic autem interpretor: *talis oratio proferetur, scilic. Quid? Alius profecto, qui haec et similia a me perpessus est, ille neutiquam mecum lege egit. Quid? alium deinde nomine ciens eorum, qui laedebantur.* TAYLOR.

P. 560. v. 19. *Τί δή —*] τί δή; Reisk. et Buttmann. „τί δή" Bekker. SCHAEFER.

P. 560. v. 20. *ὀνομάζων*] Addidit tanquam si v. 17. scripsisset: τάχα — τοιοῦτό τι ἐρεῖ. SCHAEFER.

P. 560. v. 20. *δι' ἃς μὲν προφάσεις*] [δι' ἃς προφάσεις.] δι' ἃς μὲν προφάσεις Codd. optimi et plurimi, Barocc. Par. Ital. Aug. Vind. TAYLOR. Recte: nam sequitur μέντοι v. 23., quod idem est atque δὲ, cum praecedit μέν. Sic p. 575, 27. p. 576, 26. p. 564, 6. 13. MARKLAND. Quorum locorum in uno (scilic. p. 576, 26.) pro μέντοι Cod. Vindob. legit δέ. TAYLOR. μὲν abest ab Aldina, Paulina, Wolfiana, Tayloraна. REISK.

P. 560. v. 28. *μυρί' ἐστὶν ἕτερα αἴτια*] [μυρί' ἐστὶν αἴτια.] μυρία ἐστὶν ἕτερα Barocc. Aug. TAYLOR. Vulg. μυρία ἐστὶν αἴτια. Pro αἴτια dant ἕτερα August. primus, Barocc. et margo Bavarici. Correxi μυρί' ἐστὶν ἕτερα αἴτια. REISK. ἕτερα omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 560. v. 25. *νυνὶ*] Vulg. νῦν. νυνὶ August. primus. REISK.

P. 560. v. 26. *πεποίηκέ τι — κατηγόρηκα*] πεποίηκε ταῦτα, ἐφ' οἷς αὐτοῦ κατηγόρηκα Barocc. Ven. Aug. TAYLOR. πεποίηκε ταῦτ' ἐφ' οἷς αὐτοῦ κατηγόρηκα August. primus, margo Bavarici. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 560. v. 27. *ἐστι δίκαιος*] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 560. v. 28. *καθ' ἕνα ἡμῶν ἕκαστον*] καθ' ἕνα ἕκαστον ἡμῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 561. v. 1. *αὐτοῦ*] αὑτοῦ Dindorf. SCHAEFER.

P. 561. v. 1. *τυχεῖν*] τυγχάνειν August. primus, margo Bavarici cum γρ. REISK.

P. 561. v. 3. *λέγεται*] Mox v. 10. τούτου μέμνημαι τοῦ λόγου. Ipsum λέγεται recurrit v. 15. Solennis huius verbi usus de rebus factis, quarum memoria viva voce propagatur: aliam enim, h. e. nostram libros legentium, rationem propagandae rerum praeteritarum memoriae veteres illi fere ignorabant. Sic Xenophon Cyrop. I. 2. 1. Πατρὸς μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου. Mox: φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται κ. τ. λ. Monuit etiam Buttmannus. Eodem referendum ὡς ἔστιν ἀκούειν p. 609, 5. SCHAEFER.

P. 561. v. 6. *ποίων*] F. πόσων. Antecedens τίνων indicat τὴν ποιότητα. SCHAEFER.

P. 561. v. 6. *τινῶν*] *τιμῶν* August. primus, margo Bavarici cum *γρ*. Quae lectio si plane vitiosa non est, referri debet ad honores, quos resp. Atheniensium a victoriis Alcibiadis Olympicis retulit. REISK.

P. 561. v. 10. *οὐχ*] *οὐδ'* Bavaricus. REISK.

P. 561. v. 12. *οὔτ' ἐστὶν*] Absunt a Paulina. REISK.

P. 561. v. 13. *ὃ*] Malim *ἅ*, ut omnia praemissa, *γένος*, *πλοῦτος*, *δύναμις*, complectatur. REISK. *ὅ*, ut referendum ad *οὐδὲν*, ne mutes. Bekkerus: „*ὅτι* P. S. Y. O.“ Itaque *ὅ,τι* Buttmannus, *ὅ τι* Dindorfius dedit. SCHAEFER.

P. 561. v. 13. *τοῖς πολλοῖς ὑμῶν*] Suadeo autem *πολλοῖς ὑμῖν*, *vobis, qui populus estis*. Sentit mecum Ven. Lindenbr. Ital. et qui Italicum Cod. procuravit. Interea tamen et priori modo scribi aliquoties sentio. Infra p. 566, 3. *τοὺς πολλοὺς ὑμῶν ὠφελεῖ*. et p. 582, 10. *ἂν ἴσα μὲν κτήσηται τοῖς πολλοῖς ὑμῶν, οὓς νῦν ὑβρίζει καὶ πτωχοὺς ἀποκαλεῖ*. Ita etiam p. 566, 10. *ὧν ἅπασι μέτεστι τοῖς πολλοῖς ὑμῶν*. ubi profecto vel *ἅπασι* vel *τοῖς πολλοῖς ὑμῶν* glossae naturam sapit. Perpetua est enim et notissima distinctio inter *τοὺς πολλοὺς ὑμῶν* (vel *ὑμᾶς*), quae locutio designat *populum Atheniensem* sive *civitatem universam*, *τοὺς ἅπαντας* scilicet, et *τὸν ἐντυχόντα ὑμῶν*, *individuum et privatum*. Ita p. 573, 23. *οὐδὲν γὰρ ῥῆμα οὐδ' ὄνομα οὕτως ἐστὶ τοῖς πολλοῖς ὑμῶν χαλεπὸν, ὡς ὅσα ὑβρίζων τις τὸν ἐντυχόντα ὑμῶν διαπράττεται*. Ita similiter p. 566, 4. *ἐπὶ πολλοὺς καὶ τοὺς τυχόντας ὑμῶν ἀφικνούμενα*, *in populum universum et privatum quemque redundantia*, i. e. et publice et privatim nocitura. Male ibi Wolfius: *in multos et proximos quosque vestrum*. Rectius omnino Italus: *che al popolo et a qual si voglia di voi appertengono*. TAYLOR. Bekkerus: „*ὑμων* F.“ SCHAEFER.

P. 561. v. 13. *ῇ*] Ita Wolfiana editio cum Aldina et Parisina. Restitue mecum lectionem Codd. praestantiorum, scilic. Barocc. Felic. Manut. Obsop. Ital. Vindob. et marginis Lutetiani, *προσῇ*. TAYLOR. *προσῇ* August. primus. Malim aut *ἂν ὑβρίσῃ* (uno vocabulo,) aut *ἂν ὕβρις προσῇ*, quorum hoc a libris confirmatur, aut *ἂν ὕβρει συνῇ*. REISK. *προσῇ* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 561. v. 15. *πρὸς πατρὸς μὲν — πρὸς δὲ μητρὸς*] Positus hic minus concinnus particularum *μὲν* et *δὲ* saepe reperitur. SCHAEFER.

P. 561. v. 16. *Ἀλκμαιωνιδῶν*] Vide Isocratem *περὶ ζεύγους* et Plutarchi vitam Alcibiadis. WOLF. *Ἀλκμαιονιδῶν* August. primus. REISK. Bekkerus: „*ἀλκμεωνιδῶν* t. *ἀλκμεωνιδων* (αι) F. S. Y. O. s. v.“ *Ἀλκμεωνιδῶν* bene Dindorf., cuius v. praefat. p. IX. Dudum innotuerat verior haec scriptura e Codicibus Herodoteis: sed

pro scribarum errore habitam contemserunt Historici editores. V. varr. lect. ad I. 59. 61. 64. SCHAEFER.

P. 561. v. 17. στάσιάζοντας] Vulg. στασιάσαντάς. στασιάζοντας August. primus. στασιάζοντας restitui pro vulgato στασιάσαντας. Ideo expellebantur Alcmaeonidae a Pisistratidis, quod ἐστασίαζον, adhuc dum factionem agitarent atque tumultuarentur, non quod ἐστασίασαν, olim aliquando id fecissent. REISK. στασιάσαντας temporum τὸ κατάλληλον, quod est ex idiomatis Graecae syntaxis, facile tueatur. Resolve: ὑπὲρ τοῦ δήμου στασιάσαι καὶ ὑπὸ τῶν τυράννων ἐκπεσεῖν. Sic p. 562, 3. ποιήσαντες φυγάδα ἐξέβαλον. Sed talia sunt infinita. SCHAEFER.

P. 561. v. 20. πρὸς δὲ μητρὸς Ἱππονίκου] Cum loquatur hoc loco Demosthenes de Alcibiade illo celeberrimo duce, non consentit cum Plutarcho, nec cum Andocide, qui in hoc negotio fide dignior, utpote qui contemporaneus fuerit Alcibiadis et contra eum orationem composuerit, in qua eius genus curiose recenset. Sed credo, oratoria astutia Demosthenem de illo Alcibiade dixisse, quae Alcibiadi iuniori prioris illius filio conveniebant. Nam Alcibiades dux ille celebratus duxerat Hippareten, filiam Hipponici et sororem Calliae, ex qua genuerat Alcibiadem iuniorem, quem accusavit Lysias λειποταξίου. Ergo erat ille iunior πρὸς μητρὸς Ἱππονίκου, quod ait hoc loco Demosthenes de Alcibiade patre, cui mater erat Dinomache, filia Megaclis Alcmaeonidae. Transtulit ergo stemma filii ad patrem, non, credo, ignoratione veri, sed eo quod ad propositum suum faciebat. Fallebat igitur Demosthenes, vel falsus erat. En tibi, benigne lector, Alcibiadis stemma ex Herodoto, Lysia, Platone, Plutarcho et Pausania descriptum:

ALCMAEO

ALCMAEO

MEGACLES, Cylonii piaculi auctor.

ALCMAEO, quem Croesus auro donavit.

MEGACLES, Paralorum caput, Pisistrati socer —— AGARISTE, Clisthenis Sicyonii filia.

HIPPOCRATES — CLISTHENES, qui Pisistratidas expulit et remp. ordinavit. — COESURA uxor PISISTRATI secunda et ἄπαις. Fuerunt eius item uxores: 1. Anonyma, unde HIPPIAS et HIPPARCHUS. 3. TIMONASSA, unde SOPHO et THESSALUS.

(Children of Hippocrates:) MEGACLES bis exsul per ostracismum. — AGARISTE, cuius maritus XANTHIPPUS

(Son of Megacles:) EURYPTOLEMUS

ISODICE, uxor Cimonis.

(Children of Agariste and Xanthippus:) PERICLES — CLINIAS —— DINOMACHE —— HIPPONICUS Calliae ad r. Persarum legati f. Cui ex alia coniuge nata

(Sons of Pericles:) XANTHIPPUS. PARALUS

CLINIAS: Alcibiadis bis exsulis ostracismo f.

CALLIAS

HIPPONICUS

ALCIBIADES dux celebris. —— HIPPARETE

ALCIBIADES iunior, quem Lysias accusavit. — Anonyma ab Hipponico repudiata ob incesti cum fratre suspicionem.

PALMER. Vide eundem Palmerium ad Plutarchi Periclem Exercitt. p. 191. et ad Aristophanis Aves pag. 754. Meursium Attic. Lect. VI. 12. Valesium ad Maussaci Notas in Harpocrat. v. Ἀλκιβιάδης, scilic. pag. 214., rursus eundem Valesium Emendatt. IV. 1., ubi hunc Demosthenis duplicem errorem fusius persequitur. Duplex enim fuit: neque enim Alcibiades ὁ πάνυ, de quo hoc loco agitur, paternum genus ab Alcmaeonidis, neque maternum ab Hipponici domo duxit. Eodem errore, quo Demosthenes, tenetur etiam Libanius Declamat. IX. TAYLOR. Volunt Demosthenem hic in geminum impegisse scopulum: alterum, quod paternum eius genus ab Alcmaeonidis repetierit; alterum, quod maternum ab Hipponico. Possit utcunque altera certe liberari reprehensione. Clinias enim, pater Alcibiadis, per matrem erat ab Alcmaeonidis oriundus. REISK.

P. 561. v. 20. καὶ ταύτης δὴ τῆς οἰκίας] [καὶ ταύτης τῆς οἰκίας.] καὶ ταύτης δὴ τῆς οἰκίας Barocc. Aug. TAYLOR, Vulg. καὶ ταύτης τῆς οἰκίας. Post ταύτης addit δὴ August. primus: post οἰκίας margo Bavarici συγγενεῖς cum γρ. *) Addidi δή. Sed nondum sic locus est complanatus. Nam adhuc deest δὲ et delendum est ἧς, ut sic habeat: καὶ ταύτης δὲ δὴ τῆς οἰκίας ὑπάρχουσι —. *atqui huius quoque domus* —. aut: *sed vel huius quoque domus* —. Non possum dissimulare lectionem, quam in margine codicis Bavarici reperi, quae videri possit vera et elegans adeo, nisi elegantior esset quam pro spiritu Demosthenico: accedit enim ad tragicam audentiloquentiam. Est haec: καὶ ταύτης τῆς οἰκίας συγγενεῖς ὑπάρχουσι. Laudarem et tollerem in poeta dictionem. *huic genti cognata sunt multa et magna beneficia, quibus ea gens populum ornavit.* REISK. Particulam δὴ recte deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 561. v. 23. θέμενος τὰ ὅπλα] Citat h. l. Harpocrat. hac voce. REISK. Photius c. 65. Θέμενος τὰ ὅπλα, ἀντὶ τοῦ περιθέμενος καὶ ὁπλισάμενος. Δημοσθένης —. SCHAEFER.

P. 561. v. 26. ἵππων] [ἱππέων.] Potius cum Barocc. et Ven. ἵππων. TAYLOR. Vulg. ἱππέων. ἵππων August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 561. v. 26. Ὀλυμπιάσιν] Ὀλυμπιᾶσιν Bekker. in Oxoniensi: melius Ὀλυμπίασιν in Berolinensi cum Buttmanno et Dindorfio. Idem praefat. ad Thucydid. (1824.) p. IV.: „Ὀλυμπίασιν et Μουνυχίασιν ut scriberem, persuaserunt similes formae θύρασιν et ὥρασιν." Aristophanis editores Vesp. 1382. vellem audivissent Scholiastam bene monentem. Plures tales formas,

---

*) Haec de libro Bavarico Reiskius in variet. lection.: sequentia in annotatt. Caruitne liber pronomine relativo? Si caruit, diserte dicendum fuit. Sed non puto caruisse. SCHAEFER.

etiam communium nominum, repertum iri auguror. Cuiusmodi est *ταμίασιν*, quod, *heteroclitum* sibi dictum perinde ut Boeckhio de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 276., Osannus Inscriptt. II. p. 74. errore vix credibili a nominativo oxytono tertiae declinationis *ταμιάς* *) derivandum censet. SCHAEFER.

P. 561. v. 27. *νῖκαι*] *νίκαι* Reisk. e Paris. Quod idem accentus vitium est in Bekkeri Oxon., operis imputandum. SCHAEFER.

P. 561. v. 27. *καὶ στέφανοι*] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 561. v. 27. *καὶ στρατηγὸς ἄριστος*] Subaud. *ἦν*. V. L. Bosii Ellips. p. 605. SCHAEFER.

P. 561. v. 28. *καὶ λέγειν — δεινότατος*] Respexit h. l. Plutarchus T. II. p. 18. R. SCHAEFER.

P. 561. v. 28. *ὥς φασιν*] Intelligendum de certa fama, non de vago rumore. Conf. not. ad v. 3. et Fr. A. Wolfii Prolegomm. ad Homer. p. LXXVII. Add. not. ad p. 506, 21. 641, 26. SCHAEFER.

P. 562. v. 1. [*τὸν χρόνον*]] Absunt ab August. primo. Haec duo verba uncis inclusi. *οἱ κατ' ἐκεῖνον* [scilicet *γεγονότες*] *ὑμέτεροι πρόγονοι*, vestri maiores, istius aequales. REISK. Uncos amovit Buttmann. Melius, ut arbitror, haec verba delevit Bekker. V. Dindorf. praefat. p. IX. SCHAEFER.

P. 562. v. 1. *ὑμέτεροι*] Vulg. *ἡμέτεροι*. *ὑμέτεροι* August. primus. REISK.

P. 562. v. 2. *οὐδενὸς τούτων*] F. *οὐδενὸς ἕνεκα τούτων* vel *ἀντ' οὐδενὸς τούτων*. Tale certe aliquid *ἐλλείπει*, ut cum dicunt *μισθοῦ φιλεῖν*, *τεττάρων δραχμῶν εἶναι πονηρόν*, et *οὐδενὸς πράγματος οὐδ' ἔργου τὸ ὑβρίζειν συγχωρητέον* [p. 566, 17.]. WOLF. Fortassis aliquid tale in structura *ἐλλείπειν* potest, ut multa in Graecismo elliptice dici solent, verum id non protinus ab emendatore in textu substituendum erat. TAYLOR. Ex hac Taylori annotatione necesse videatur **) esse, ut Francofurtenses *ἕνεκα* in textum ingesserint. Ecquis autem hic fecit? Nemo profecto, non Basileenses, non Francofurtani. Cur itaque Taylorus stomachatur? et cui? Subaudi *ἀντὶ* vel *χάριν*. Nihil hic deest. Perquam usitata haec est ellipsis. V. p. 566, 17. REISK.

P. 562. v. 3. *φυγάδα*] Margo Bavarici *γρ. ἄτιμον φυγάδα*.

---

*) Hoc *ταμιάς* (adscitum etiam in Auctarium Lexicc. Graecc. non sine asterisco) perinde referendum inter voces nihili ut alia multa, quibus Osannus in illa farragine, opinor, quod non lente festinaret, decipi se passus est. Velut *στάξ* asterisco insignitum p. 143. debetur erranti Grammatico, qui cum in Herodoti Musis legisset *σπάκα*, hinc intempestive graecissans procudit *σπάξ*, postea a librario aliud agente corruptum in *στάξ*. SCHAEFER.

**) Non videtur. Anglus universe loquitur sua utens Latinitate, cui Reiskius adsuevisse debebat. SCHAEFER.

Voluit nempe ille indicare, in codicibus quibusdam sic legi locum hunc distinctum: ποιήσαντες ἄτιμον, φυγάδα ἐξέβαλον. REISK.

P. 562. v. 3. ἰσχυρῶν ὄντων] ὄντων ἰσχυρῶν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 562. v. 5. αὐτοῖς] Ita restituendum curavi ex auctoritate Ital. et Reg. α. loco τοῦ αὐτοῖς. ἑαυτοῖς Vindob. TAYLOR.

P. 562. v. 7. ὑβρίζεσθαι] Wolfius: *ut vexarentur.* Potius: *ut contumelia afficerentur.* IURIN.

P. 562. v. 8. ἡλίκον] Subaud. ὑβρίσας. SCHAEFER.

P. 562. v. 8. Ταυρέαν ἐπάταξε κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. Ταυρέας et ἐπὶ κόῤῥης. REISK. V. Plutarchus T. II. p. 30. R. SCHAEFER.

P. 562. v. 10. κόῤῥης;] Bene κόῤῥης· Buttmann. et Bekker. Neque enim haec interrogatio est. SCHAEFER.

P. 562. v. 11. γε] Abest a Bavarico. REISK. Non sine vi additum est. V. mox v. 13. SCHAEFER.

P. 562. v. 12. Ἀγάθαρχον τὸν γραφέα] ζωγράφον interpretatur Ulpianus, non γραμματέα. Plutarchus huius facti non meminit. WOLF. Illud est adnotare! Primo enim anne novum hoc et insolitum, ut γραφεὺς pictor, non *scriba*, exponeretur? An tu, Wolfi, cuiquam incidisti, qui aliter exponeret? Deinde, quod ais dissimulari a Plutarcho, nescio sane, quo ore dixisti, cum ab eo scriptore diserte memoretur illa historiola *), atque etiam ab Andocide sive Phaeace c. Alcibiadem. Cuius sunt verba [p. 119. s. R.]: πείσας Ἀγάθαρχον τὸν γραφέα συνεισελθεῖν οἴκαδε τὴν οἰκίαν ἐπηνάγκασε γράφειν. δεομένου δὲ καὶ προφάσεις ἀληθεῖς λέγοντος, ὡς οὐκ ἂν δύναιτο ταῦτα πράττειν ἤδη διὰ τὸ συγγραφὰς ἔχειν παρ' ἑτέρων, προεῖπεν αὐτῷ δήσειν, εἰ μὴ πάνυ ταχέως γράφοι· ὅπερ ἐποίησε, καὶ οὐ πρότερον ἀπηλλάγη, πρὶν ἀποδρὰς ᾤχετο τετάρτῳ μηνὶ τοὺς φύλακας λαθών, ὥσπερ βασιλέως. οὕτω δ' ἀναίσχυντός ἐστιν, ὥστε προσελθὼν ἐνεκάλει αὐτῷ ὡς ἀδικούμενος κ. τ. λ. Negligitur sane ab Athenaeo, qui l. XII. p. m. 264. plurima de Alcibiadis luxuria et intemperantia conservavit, quae alibi frustra quaeras. TAYLOR. Citat Harpocrat. v. Ἀγάθαρχος. In Augustano est Ἀγάθαργον (per γ), nescio an recte: ut bonorum operum auctorem significet hoc nomen proprium. ἄργον pro ἔργον veteres in compositis usurpasse colligo e vocabulo ἐναργής. REISK. Mira narrat. SCHAEFER.

P. 562. v. 12. γραφέα;] Neque hoc interrogatio est. Recte igitur γραφέα. Buttmann. γραφέα· Bekker. SCHAEFER.

P. 562. v. 13. γέ τι] γ' ἔτι margo Lutet. REISK.

P. 562. v. 13. ὅπερ οὐδ' ὀνειδίζειν ἄξιον] Wolfius: *quod ne*

---

*) Memoravit T. II. p. 30. R. SCHAEFER.

criminis quidem obiici loco debet. Potius: *quod ne inter vituperandum quidem proferri debet.* IURIN. Recte Wolfius. ὅπερ, scilicet τὸ εἶρξαί τι πλημμελοῦντα. Iurinus ὅπερ male retulit ad τι. SCHAEFER.

P. 562. v. 15. περιέκοπτεν;] Immo περιέκοπτεν., ut Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 562. v. 15. ἅπαντα μὲν, οἶμαι, τἀσεβήματα κ. τ. λ.] Concludit sic: Etiamsi concederem piaculum Midiae minus esse Alcibiadeo, tamen eadem ille poena esset afficiendus, qua fuit Alcibiades affectus, exsilio puta, quia scelera, quibus maiestas deorum violatur, omnia pari poena digna habentur. Verum nec minus est. Qui enim minus ille peccare queat, qui totam vestem sacram corrumpat, quam qui signum aliquod parte quadam mutilet? REISK.

P. 562. v. 17. ἱερὰν ἐσθῆτα] Ita omnes omnino libri, qui hodie supersunt, tam scripti, quam impressi. Wolfius interea, quod in notis dissimulat, videtur ex versione legisse τὸ δ' ὅλως ἀφανίζειν ἱερὰ, quasi istud ἐσθῆτα natum esset ex errore scribae repetentis voces proximas ἔσθ' ὅ τι. Istud sive errore sive consilio a Wolfio factum egregiam tamen recipit auctoritatem ab Ulpiano, cuius verba, id enim non creberrimo usu venerit, hoc loco subiungam: ἱερὰ μόνον ἡ ἀρχαία [ἔκδοσις scilicet] ἔχει, ἐκφαντικὸς οὖσα πολλῶν, οἷον στεφάνων, ἐσθῆτος, αὐτῆς τῆς ἐν ἱερῷ πανηγύρεως, καὶ ταύτην ὕβρισε· ἐπεὶ τό γε τὴν ἐσθῆτα προσθεῖναι πολλὴν ἔχει τὴν ἐλάττωσιν. TAYLOR. Bene sane monet Ulpianus antiquitus legi solitum τὰ ἱερὰ, cum vestis mentio hoc loco plane frigida sit, praesertim cum conferatur cum atrocissimo crimine, cuius reus factus erat Alcibiades. IURIN. Vulgata est verissima. Fugit Iurinum h. l. vim oppositionis referri, non ad ἱερὰν ἐσθῆτα et τοὺς Ἑρμᾶς, sed ad ὅλως ἀφανίζειν et περικόπτειν: id quod ipse verborum ordo satis arguit. SCHAEFER.

P. 562. v. 18. τοῦτο ποιῶν] Scilicet ἀφανίζων ἱερὰν ἐσθῆτα. REISK.

P. 562. v. 18. ἀντιθῶμεν δὴ, τίς ὢν κ. τ. λ.] Sententia est: Colligamus et spectemus e comparatione, quis ipse sit, qui talia in vos ausus est, et quinam sitis vos, ad quos ille suam iactat superbiam, potentiam petulantiamque. ἐνδείκνυταί τίς τινι, qui ad alterum sese seu verbis contumeliosis et arrogantibus seu factis insolentiae atque impotentiae plenis iactat insultandi ergo et quo magnitudinem nobilitatis generis, opum suarum caeteraeque suae excellentiae ei ostendat. Patet hinc verbum hoc a Lambino immerito esse notatum *). Quis est ad vos? qui vos estis ad eum? Vos

*) Lambinus enim p. 795. a.: „καὶ τίσι ταῦτ' ἠδικημένος. μὴ τοίνυν." SCHAEFER.

orti estis a maioribus, qui animis essent praediti tam excelsis, ut iniuriam accipere nollent ab homine nobilissimo, ditissimo, facundissimo, fortissimo, de rep. insigniter merito. Hic e sterquilinio exstitit, spurius, supposititius, barbarus, natu servus, qui patremque matremque veram nesciat nominare, dicendi infans, nullis rebus gestis clarus, omni dedecore coopertus, omni flagitio nobilitatus. REISK. Comparatio est, non Midiae cum ceteris Atheniensibus, sed Midiae cum Alcibiade. Orator hoc dicit: Vidimus, quis Alcibiades fuerit quosque vexaverit. Nunc e contrario videamus, quis Midias sit quosque se iactans proterve tractet. SCHAEFER.

P. 562. v. 20. δή] δὲ August. primus. REISK.

P. 562. v. 20. ἐνδεικνύμενος] Bekkerus: „Post ἐνδεικνύμενος margo S. addit haec: ἐπήρθη ταῦτα ποιεῖν." Sunt interpretantis. Satis commode, si sensum verborum spectes, ipsa verba non urgeas; nam Orator subaudivit ἐξελήλεγκται ποιῶν. SCHAEFER.

P. 562. v. 20. μὴ τοίνυν, πρὸς τῷ κ. τ. λ.] [μὴ τοίνυν ὑμῖν πρὸς τῷ μὴ καλὸν μηδὲ θεμιτὸν —.] Wolfius: *Proinde, praeterquam quod inhonestum est neque licitum, indices, ne fas quidem esse vobis existimate.* Paulo incuriosius. Vertendum: *Proinde, praeterquam quod inhonestum sit, neque licitum existimate, iudices, neque fas esse vobis.* IURIN. Has voces ordinant melius Ven. et Barocc.: μὴ τοίνυν πρὸς τῷ μὴ καλὸν ὑμῖν, μηδὲ θεμιτὸν νομίζετε κ. τ. λ. *Praeterquam quod inhonestum est* [μὴ καλὸν], *reputate, esse contra legem et contra religionem* [μηδὲ θεμιτὸν μηδ' ὅσιον]. Bonus Wolfius in sua ad hunc locum adnotatiuncula [*Subaudi εἶναι, vel lege μὴ καλῷ.*] primo nugatur, deinde delirat. TAYLOR. Haec vero atrocia et intemperantia sermonis est. Quid tu, Taylore, si quis te, saepe non minus meritum, eiusmodi contumeliis excipiat? Vulg. μὴ τοίνυν ὑμῖν πρὸς τὸ μὴ καλὸν μηδὲ θεμιτὸν —. μὴ τοίνυν πρὸς τῷ μὴ καλὸν ὑμῖν, μηδὲ θεμιτὸν — August. primus, Bavaricus. Transposui ὑμῖν post καλὸν et pro τὸ suffeci τῷ. Vos itaque non hoc solum cogitate, haud decere vos, sed etiam hoc, tametsi ignominiam ferre nil recusetis, tamen nefas quidem esse, ut Midiae veniam faciatis. εἶναι post καλὸν ὑμῖν aegre desidero; sed bonum Wolfium, qui non nisi bona, vera, recta, sed idonea, quamquam paucis verbis, notasset, tam indignis modis a Tayloro acceptum, paene dixeram tam furiose laceratum, aegrius fero. REISK. Haec pro Wolfio adversus Anglum Reiskius in annotatt., illa in variet. lection. Recte factum, quod optimum virum, cuius egregiam virtutem perpauci nostrorum hominum cognitam habent, tam graviter vindicavit. Quo magis nostrum est eandem ipsi Reiskio opem praestare, quoties quos inprimis deceat modestos esse capiti venerando illudere videmus. — μὴ τοίνυν ὑμῖν, πρὸς τῷ μὴ καλόν, μηδὲ θεμιτὸν — Bekker. Recte: ὑμῖν enim primariae

enuntiationi, non secundariae et tanquam parentheticae, contribuendum esse cum per se appareat, tum qui sequuntur dativi, οὖσιν ἀπογόνοις et λαβοῦσιν, ita ostendunt, ut aliam eius sedem cuiquam placere potuisse magnopere mirer. Intersertum autem comma πρὸς τῷ μὴ καλὸν e proximis sic exple: πρὸς τῷ μὴ καλὸν εἶναι νομίζειν. SCHAEFER.

P. 562. v. 23. καὶ μηδένα μηδαμόθεν] *ab omni parte nullum*, id est, *vilissimum hominem*, qui est *infra omnes infimos homines*, ut Comicus servulus loquitur. WOLF. Eodem modo Reiskius Ind. Graecitat. p. 342. Mihi videntur natales Midiae respici: ut haec opponantur illis, τοιούτων ἀνδρῶν οὖσιν ἀπογόνοις. Conf. Sophocl. Aiac. 1231. μηδένα μηδαμόθεν in vetante enuntiatione maluit Orator quam, quod idem significat, οὐδένα οὐδαμόθεν: hae enim locutiones sola negativae forma, non item significatione inter se differunt. SCHAEFER.

P. 562. v. 26. τῶν στρατηγιῶν; — ἀλλὰ τῶν λόγων; — γένους ἕνεκα νὴ Δία;] Has non esse interrogationes, sed ὑποφορὰς, formula νὴ Δία postremo loco addita manifesto docet. Iure igitur Buttmannus ter mutavit interpunctionem: tertio loco etiam Bekkerus in Berolinensi quidem editione, quem secutus et Dindorfius. SCHAEFER.

P. 562. v. 27. οὗτός γε] Vulg. οὗτος. Addit August. primus γε, quem secutus sum. γε ne ad οὗτος, sed ad στρατιώτης refer. *non imperator, sed* (οὐδὲ στρατιώτης γε) *ne miles quidem gregarius cum quoquam comparandus*. REISK. Encliticam, perperam a Reiskio relatam ad στρατιώτης, delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 562. v. 27. ἐστιν] ἐστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 562. v. 27. τί] Bekkerus: „τοι k.“ Hoc si vel omnes libri darent, corrigendum esset τι. V. not. ad p. 24, 22. Add. Hoogeveen. Doctrin. Particull. L. Gr. XXVII, 13. 14. SCHAEFER.

P. 562. v. 28. ἐν οἷς κοινῇ μὲν οὐδὲν] Sententia insequentium, ἰδίᾳ πάντας ἀνθρώπους, postulat, ut hic legatur ἐν οἷς κοινῇ μὲν οὐδένα οὐδέν. *de nemine quicquam boni praedicat, omnes autem infamat.* Opponit inter se *neminem* et *omnes*. Vulgatam si tueris, erit haec sententia: *nullius unquam consilii publice salutaris auctor fuit*. REISK. Eccui haec sententia displiceat? SCHAEFER.

P. 563. v. 1. ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ] Ut in Ione Euripidis, qui cum esset Apollinis filius, pro servo se gerebat. Si legeretur ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, ἐνάρθρως, certe aliqua tragoedia intelligenda esset, in qua homo vilis in regiam familiam adoptatus est. Fortassis adludit ad Oedipum Tyrannum Sophoclis. WOLF. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 563. v. 2. [τὰς]] Uncis inclusi. REISK. Male inclusit: uncosque removit Buttmannus summo iure. Articulus enim non

sine vi repetitur. *Quis vestrum ignorat arcanum illum partum, quales partus tragoediae decantant, huius, inquam, partum?* Compares Eupolideum a Longino XVI. 3. servatum: Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην —. SCHAEFER.

P. 563. v. 2. ᾧ δύο — εἶναι] ᾧ εἶναι, ἀντὶ τοῦ ὃν ἔχειν, συμβέβηκεν. Ferri potest: sed malim τὸ εἶναι ἀπεῖναι, cum τὸ συμβέβηκεν sufficiat. WOLF. εἶναι non redundat. *cui adsunt, ferente ita fortuna, duae res natura inter se ita pugnantes, ut nil magis. Sunt nempe ei uni duae matres, altera, quae vera est, sapientissima, altera, quae eum sibi supposuit, omnium stultissima.* REISK.

P. 563. v. 2. τὰ] Abest ab August. primo. REISK. Articulum non requiro. SCHAEFER.

P. 563. v. 3. ἡ τεκοῦσα αὐτὸν] Poterat abesse: nec tamen additum caret gravitate. Conf. Ind. ad Odyss. p. 176. SCHAEFER.

P. 563. v. 5. ὑποβαλομένη] [ὑποβαλλομένη.] ὑποβαλομένη Ital. ὑπολαμβανομένη Aug. TAYLOR. Vulg. ὑποβαλλομένη. ὑποβαλομένη Bavaricus. ὑπολαμβανομένη August. primus. Malim ὑποβαλομένη in aor. 2., quia τεκοῦσα praecessit: et quia sic nunc reperio in Bavarico, ideo recepi. REISK.

P. 563. v. 6. πασῶν ἦν ἀνοητοτάτη γυναικῶν] Scripsit πασῶν γυναικῶν, non πάντων ἀνθρώπων, ut v. 5., quia τὸ ὑποβάλλεσθαι est res muliebris. SCHAEFER.

P. 563. v. 8. τῆς ἴσης τιμῆς] ταύτης τῆς τιμῆς Cod. Reg. α. Obsop. Ital. TAYLOR. Hoc iure dedit Bekker. Nostrum debetur interpretanti. SCHAEFER.

P. 563. v. 8. ἠγόρασε] ἠγόρασεν Bekker. SCHAEFER.

P. 563. v. 8. καὶ γάρ τοι] I. q. τοιγάρτοι. V. nott. ad p. 125, 23. 477, 25. 484, 21. 655, 7. 689, 8. SCHAEFER.

P. 563. v. 8. διὰ τοῦτο] Haec verba cohaerent non tam cum γεγονὼς κύριος, tametsi illuc quoque referri possunt, quam potius cum οὐδένα τρόπον δύναται φέρειν. REISK. Fallitur. Midias nactus est divitias et patriam διὰ τὸ ὑποβληθῆναι, sed uti iis nescit διὰ τὸ τῆς φύσεως βάρβαρον. SCHAEFER.

P. 563. v. 8. οὐ προσηκόντων] τῶν οὐ προσηκόντων Cod. Reg. α. Obsop. Ital. TAYLOR. Item August. primus. REISK. Articulum bene receperunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 563. v. 10. τετυχηκὼς] τετευχὼς margo Lutetianae. REISK. Sic Buttmann. et Bekker. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 395. SCHAEFER.

P. 563. v. 11. ἢ νόμοις — δοκεῖ] Contrarium obtinet inter barbaros, a quibus Midias traxit originem. SCHAEFER.

P. 563. v. 11. οὐδένα — τρόπον] κατ' οὐδένα — τρόπον Ven. TAYLOR. Sic etiam Lessingianus. REISK.

P. 563. v. 12. φέρειν] Repete ταῦτα e sequente τούτοις. Scilicet *divitias patriamque.* SCHAEFER.

P. 563. v. 12. τὸ τῆς φύσεως — θεοῖς ἐχθρὸν] Dubium sitne nominativus, an accusativus. Si nominativus est, sic accipi debet: *Barbarica re vera et dis invitis nata indoles Midiae trahit, agit, rapit eum invitum, obtorto collo, et ostendit eum sic utentem praesentibus opibus, ut alienis, quae etiam sunt.* Sin est accusativus, mutandus est spiritus lenis in v. αὐτὸν v. 16. aspero et subaudiendum αὐτός. αὐτὸς ἕλκει τὸ τῆς φύσεως [id est τὴν ἑαυτοῦ φύσιν] καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ φανερὸν χρώμενον [id est φανεροῖ, ὅτι χρῆται]. *Ipse suae naturae feritatem et dis inimicis natam indolem raptat* [h. e. e tenebris, quibus ipsa latitare vult, protrahit invitam] *et vim ei reluctanti infert, ipseque se prodit et monstrat sese utentem suis pro alienis.* REISK. Prior ratio unice probanda: de posteriori vir optimus ne somnians quidem cogitare debuit. SCHAEFER.

P. 563. v. 13. ὡς ἀληθῶς βάρβαρον] βάρβαρον ἀληθῶς Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 563. v. 15. τοῖς παροῦσιν] opibus et iure civitatis. SCHAEFER.

P. 563. v. 16. τοσούτων — βεβίωται] Τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων ὄντων τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ ἀναιδεῖ ὧν βεβίωται Bekker. Suspicor ab Oratore sic scriptum: τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων ὄντων τῶν τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ ἀναιδεῖ βεβιωμένων, ut nostra scriptura debeatur interpretanti. Quod si vera haec coniectura est, indiciis haud obscuris patescit, quae sit origo turbarum in Codd., de quibus v. nott. seqq. — τὰ τούτῳ βεβιωμένα, *facinora ab homine per vitam patrata:* ne mireris τοσούτων additum. Ceterum haec locutio fere dicitur malo sensu. SCHAEFER.

P. 563. v. 17. ἃ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 563. v. 17. [μάλα]] Cum viderim, libros editos constanter prae se ferre hanc lectionem, quo me verterem, nescivi: cum in MSS., Lindenbr. scilic. Obsop. Vindob. et Ital., variari pro μάλα, ὧν, tantundem. Quo errore ortum sit illud μάλα, quo casu enatum, iudicent eruantque nasutiores. Fortasse pertinet ad sequentia: τῶν μάλα χρωμένων αὐτῷ. TAYLOR. μάλα abest ab August. primo. Eius loco in Bavarico est ὧν. Uncis inclusi. REISK. Pro pleonastico, sed genuino, habuit Ind. Graecitat. p. 332. Prorsus delevit Buttmann. Ex μάλα et ὧν simul sumtis Orellius ad Isocrat. π. τ. ἀ. p. 464. elicuit μαλακίωνι. Non placet. Primum enim comica vox non decet huius loci gravitatem; deinde Orator adversario exprobrat, non mollitiem, sed petulantiam et protervitatem. SCHAEFER.

P. 563. v. 20. τουτονὶ] Vulg. τοῦτον. τουτονὶ August. primus. REISK.

P. 563. v. 21. ἐπειδή με μὴ πείθοιεν] Optativus indicat familiares Midiae Demosthenem identidem compellavisse de lite abiicienda. Quae item causa est positae negativae μή. Semel si ille compellatus fuisset, scriptum legeremus ἐπειδή μ' οὐκ ἔπειθον. SCHAEFER.

P. 563. v. 21. πολλὰ καὶ δεινὰ] Bekkerus: „δεινὰ καὶ πολλὰ k. r." Hoc adscivit Dindorf., cuius v. praefat. p. IX. SCHAEFER.

P. 563. v. 22. οὑτοσὶ] οὗτος Buttmann. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 563. v. 22. δικαίως ἂν δοίη] Vulg. ἂν δικαίως δοίη. δικαίως ἂν δοίη August. primus. REISK. ἂν δοίη δικαίως Buttmann et Bekker. SCHAEFER.

P. 563. p. 23. ἀπήντων] Post h. v. deesse videtur: τίθει δή. *Fac, finge, Midiam esse iudicio convictum et condemnatum.* REISK. Nihil deest: quae enim sequuntur, ἥλωκεν ἤδη καὶ κατεψήφισται, rem indicant, non quae fingenda sit, sed quae vere accidit, scilicet τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν. V. p. 515, 3. SCHAEFER.

P. 563. v. 23. ἥλωκεν] Inde ab hoc verbo incipit oratio familiarium Midiae: ut debuerim scribere Ἥλωκεν ἤδη καὶ κατεψήφισται· τίνος τιμήσειν κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 563. v. 27. σκόπει δή] [σκόπει δὲ.] Melius cum Ital. et MSS. Ald. σκόπει δή. TAYLOR. Vulg. δὲ. δὴ August. primus, Bavaricus, index Aldinae. Et sic correxi. REISK.

P. 563. v. 27. μή] μοι Aldinae textumque indexque. REISK.

P. 563. v. 27. ἐξαιτήσηται — καταγελάσῃ] ἐξαιτήσεται et καταγελάσει margo Paris. ἐξαιτήσεται etiam MSS. Aldini. TAYLOR. ἐξαιτήσεται index Aldinae, unde videtur margo Lutet. repetisse. Utrumque dat Bavaricus. καταγελάσει margo Lutet., Bavaricus. REISK.

P. 563. v. 28. σοὶ] σοι Reisk. et Buttmann. σοὶ Bekker. in Berolin. cum Dindorfio. SCHAEFER.

P. 563. v. 28. ἐγὼ δὲ — καταγιγνώσκω] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 16. SCHAEFER.

P. 564. v. 1. καταθεὶς] καθεὶς August. primus. REISK. Conf. not. ad Porsoni Hecub. p. 43. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 564. v. 2. οὑτωσὶ] Aegre tuli, Wolfium post hanc vocem punctum commaticum addidisse, quia intempestive et inficete hoc factum. Deinde istud οὗτος Cod. Barocc. et οὑτοσὶ editt. Felic. et Lutet. eodem animo accepi. Recte, signanter et felicissime scriptum: — τιμήσειν οὐδενὸς ἐλάττονος τούτῳ, ἢ ὅσον καταθεὶς ο ὑ τ ω σ ὶ παύσεται τῆς ὕβρεως. Nimirum hic frigent omnes versiones, neque vim aut ictum capiunt Graecae orationis. Producam locum Aeschinis, quia est observatu dignissimus. Iubet lex Aedilem, qui fuerit Athenis, quadraginta ad minimum annos

natum ad id munus accedere. Rationem addit gravissimus scriptor: ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ ἡλικίᾳ ὢν οὗτος ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισί. Locus est in initio orationis c. Timarchum p. 36, 2. Tu tamen cum Codd. melioris notae (inter quos numerabis unum praestantissimi viri, I. Locker, qui me plurimum et amicitia et beneficiis sibi devinxit,) emphatice magis leges: *uti in sobria et severa aetate constitutus* οὕτως ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισί. *ita, ita demum.* Xenophon initio l. 2. Cyropaed. προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσιν ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς, οὕτω διέβαινον τὰ ὅρια. Isocrates de Permutat. οὐ γὰρ ἀγνοοῦντες, ὅσον διαφέρουσιν αἱ μείζους τῶν συμμαχιῶν πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, οὕτως ἐβουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ κ. τ. λ. Herodotus Cl. 196. ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωϋτοῦ θυγατέρα, ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος, οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ ἄνευ ἐγγυητέων ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστήσαντα, ἦ μὴν συνοικήσειν αὐτῇ, οὕτω ἀπάγεσθαι. Simile est istud Demosthenis; καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ πάντων. De Corona p. 227, 23. Neque absimile est valde illud, quod de Lycurgo Oratore circumfertur: Λυκοῦργον οὐ μέλανι, ἀλλὰ θανάτῳ, χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν, οὕτω συγγράφειν. Vid. Plutarchum in Vita Lycurgi. Adde, quae dixi inferius ad p. 577, 9. TAYLOR. Vulg. οὑτοσί. οὗτος August. primus. οὑτωσί Herwag. pr. servans tamen illa pravae distinctionis *): ut dubium sit, utrum a correctoris id profectum sit consilio, an ab errore typothetae. Correxi οὑτωσί, quod recte defendit et exponit Taylorus. *sic demum aliquando, tum demum, quia non prius, et ea de causa, quia non potuit alia effici, desinet insolescere.* REISK. Reiskiana post καταθεὶς interpungit οὑτωσί iungens sequentibus. Sic etiam Buttmann. οὑτοσὶ Bekker. οὗτος Dindorf. Hoc verum: proxime enim antecessit τούτῳ intelligendum de eodem homine. Quae autem Taylorus congessit exempla nihil quidquam faciunt ad οὑτωσί h. l. tuendum. SCHAEFER.

P. 564. v. 5. τοῦτον] τοῦτον Aldina, unde iteratum est hoc vitium in Herwag. pr. REISK.

P. 564. v. 5. τριηραρχιῶν] τῶν τριηραρχιῶν Buttmann. et Dindorf. Laudarem, si τοῦτον post τριηραρχιῶν sequeretur. SCHAEFER.

P. 564. v. 10. ἴσμεν] Abesse malim. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 564. v. 11. τὸ] Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 564. v. 12. γεγενῆσθαι] γενέσθαι August. primus. REISK.

---

*) Scilicet illius, quam in Wolfiana Taylorus reprehendit. SCHAEFER.

P. 564. v. 12. ἀποκναίει] V. Piersonus ad Moer. p. 73. et Ruhnkenius ad Tim. p. 42. s. SCHAEFER.

P. 564. v. 13. καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν] Vulg. καθ' ἑκάστην τὴν ἐκκλησίαν. τὴν abest ab August. primo, Bavarico, Aldina, Paulina. Delevi articulum. REISK. Restituit Bekker. V. Orellius ad Isocrat. π. τ. ἀ. p. 255. s. coll. Poppone ad Xenophont. Cyropaed. p. 8. SCHAEFER.

P. 564. v. 13. τί ποτ' ἐστὶν, ἃ —] V. not. ad p. 121, 7. 408, 23. τί talibus in locutionibus vice fungitur nominis collectivi. SCHAEFER.

P. 564. v. 15. τῇ ἀληθείᾳ Μειδίας] [τῇ ἀληθείᾳ.] τῇ ἀληθείᾳ Μειδίας Ven. Barocc. Aug. TAYLOR. Vulg. τῇ ἀληθείᾳ. Addit Μειδίας August. primus. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 564. v. 16. ὑμᾶς] ἡμᾶς P. Manutius. REISK.

P. 564. v. 17. περὶ] In Bavarico est a nova manu superscriptum. REISK.

P. 564. v. 18. ἐλάττω] ἔλαττον Bekker. SCHAEFER.

P. 564. v. 20. ὃς — γέγονα] Ergo Euthydemo vel, ut Diodorus, Eudemo Archonte, anno 4. Olymp. 106. egit hanc causam Demosthenes. Nam secundum Plutarchum in Decem Oratorum Vitis natus fuit Dexitheo Archonte, anno 4. Olymp. 98. PALMER. Cave credas. Nec maior erit adhibenda fides S. Petito in Comment. ad LL. AA. p. 266. Dixi alibi. Porro Interpres hic nobis clam biennium subripuit: *annum ago alterum et trigesimum.* Si enim Demosthenes δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονεν, annum egit trigesimum tertium. TAYLOR.

P. 564. v. 22. ἦμεν] ἦσαν Cod. Reg. ε. Quod perinde est. Variatur magis in sequentibus: nam pro οἴκων habent ἐδαπανῶμεν Ven. Barocc. Aug. Ital. Caeterum hunc Demosthenis locum de συντελείᾳ illustrare possunt ea, quae habet Petitus in Comment. ad LL. AA. p. 356. TAYLOR. ἦσαν Paris. quintus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 564. v. 22. τὰ ἀναλώματα] τἀναλώματα Bekker. SCHAEFER.

P. 564. v. 23. ἐκ τῶν ἰδίων [οἴκων] ἐδαπανῶμεν] Vulg. ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων. οἴκων abest ab August. primo: sed eius loco ibi est ἐδαπανῶμεν. Et sic quoque est in Ven. Barocc. Ital. οἴκων uncis inclusi addidique ἐδαπανῶμεν. REISK. οἴκων delevit Buttmann.: idem unaque ἐδαπανῶμεν Dindorf. Vide ne scribendum sit ἐκ τῶν ἰδίων διῳκοῦμεν. ἡμᾶς τε τρέφειν καὶ τὰ πρὸς τὴν πόλιν διοικεῖν p. 832, 22. Hesychius T. I. c. 998. Διοίκησις. ἡ ἀνάλωσις τῶν χρημάτων. ubi v. Kusterus: Quod si recte conieci, apparet origo verbi ἐδαπανῶμεν. SCHAEFER.

P. 564. v. 25. ἐπληροῦμεν] Πότερα σκευῶν, ἢ ἐρετῶν, ἢ

στρατιωτῶν, ἢ τούτων ἁπάντων; Sic Ulpianus interpretatur πληρώματα, ναύτας, καὶ ἐπιβάτας, καὶ σκεύη κατ' αὐτάς. WOLF. ἐπληρούμεθ' Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 564. v. 26. καθ'] Abest a Bavarico. REISK. — ἣν ἣν ἐγὼ νῦν Bekker. Attractio haec (cave enim dicas ellipsin) longe frequentissima est: ut exempla eius a me alibi congesta pluribus augere pigeat. SCHAEFER.

P. 564. v. 27. ἥπτάι] γρ. ἦρκται margo Bavarici. REISK. Bekkerus: „ἤρχετο] ἦρκται γρ. S." Sic Oxoniensis editio, fortasse referens ad ἤρχετο quod ad ἥπτάι fuit referendum. In Berolinensi ambiguum est utro referendum sit. SCHAEFER.

P. 564. v. 28. συντελεῖς] Wolfius nihil agit, cum vocem συντελεῖς reddidit *attributos*. Neque multo plus agit, cum suam interpretationem ita defendit: „*Attributos* verti. Sunt autem ii, qui una tributum conferunt ad munus aliquod obeundum, quod singuli suis sumtibus exsequi non possint." TAYLOR.

P. 564. v. 29. εἶτα] ἔπειτα August. primus. REISK.

P. 564. v. 29. τὰ] Delevit Bekker. Recte. Sic statim sequitur σκεύη sine articulo. SCHAEFER.

P. 565. v. 1. ὥστ' αὐτῶν — περίεστιν] Nempe qui, quantum οἱ συντελεῖς ad triremem contribuerunt, tantum nec plus dat conductori trierarchiae, cuius onus sibi ipsi incumbit, praeterquam quod de suo nullos facit sumtus, qui publice prosint, in cumulum lucratur et honorem susceptae trierarchiae et immunitatem ceterorum munerum per tempus trierarchicum. SCHAEFER.

P. 565. v. 3. ἀτελέσι] ἀτελεῖς MSS. quamplurimi, Ven. Barocc. Lindenbr. Obsop. Aug. Ital. Vindob. TAYLOR. ἀτέλεῖς August. primus. REISK.

P. 565. v. 5. ποτε] ποθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 565. v. 6. αὐληταῖς ἀνδράσι] Distingui haec malim interiecto commate. *tibicinibus in certamine virorum saltando inter se contendentium*. REISK.

P. 565. v. 6. ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα κ. τ. λ.] V. Wolfii Prolegomm. ad Leptin. p. 93. SCHAEFER.

P. 565. v. 7. πολλῷ πλεῖόν ἐστιν] πλέον ἐστὶ πολλῷ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 565. v. 8. καταστάς] καταθὲς P. Manutius. REISK.

P. 565. v. 10. δήπου αὐτῷ] αὐτῷ δήπου Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 565. v. 10. ἔχῃ] ἔχοι Paris. primus, August. primus. REISK. Turpem soloecismum vulgatae correxerunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 565. v. 10. τί ἔτι;] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 565. v. 10. εἱστίακα] Bekkerus: „ἑστίακα k. τ.“ SCHAEFER.

P. 565. v. 10. εἱστίακα τὴν φυλὴν ἐγὼ] Tangit h. l. Harpocrat. v. Ἑστιάτωρ. REISK.

P. 565. v. 11. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 565. v. 11. οὐδέτερα] Subaudi πεποίηκεν. SCHAEFER.

P. 565. v. 12. ἡγεμὼν συμμορίας], Vide Ulpianum in III. Olynth. et de Classibus. ἡγεμὼν autem id videtur habuisse munus, ut ante alios omnes tributum conferret et teniorum cessationem de suo resarciret. WOLF.

P. 565. v. 15. ἀπὸ ὑπαρχούσης οὐσίας] [ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης οὐσίας.] τῆς restitui ex Cod. Reg. ε. TAYLOR. Post ἀπὸ addit τῆς Paris. quintus: unde in suam editionem recepit Taylorus. Quod ego equidem factum haud probo. *non e peculio iam praesente atque parato, antequam ego ad eius administrationem venirem.* REISK. Ego Tayloro assentior. Sic statim sequitur ἀπὸ τῆς δόξης. Nec, puto, Demosthenes scripturus erat ἀπὸ ὑπαρχούσης, sed ἀφ' ὑπαρχούσης. SCHAEFER.

P. 565. v. 17. δοκιμασθέντα] Zonaras c. 566: Δοκιμασθείς. εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς. οὕτως Δημοσθένης. SCHAEFER.

P. 565. v. 17. οὖν] Restitui ex Ven. Barocc. Obsop. atque editt. Felic. Manut. et Parisina. TAYLOR. Abest a Bavarico et Aldina. REISK.

P. 565. v. 22. ἐστὶν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 565. v. 23. τὰ τούτου] Vulg. τούτου. τὰ τούτου August. primus. Addidi articulum. REISK. Delevit Buttmann. Quod probo. SCHAEFER.

P. 565. v. 23. γὰρ] Abest ab August. primo, Aldina. REISK.

P. 565. v. 24. πλὴν εἰ] F. πλὴν εἰ μή. MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 565. v. 24. ἐν] Omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 565. v. 25. ἐν τῷ τόπῳ] „pro ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ“ Reiskius Ind. Graecitat. p. 354. Mira annotatio. Quasi vero hic usus articuli notabile quid habeat. SCHAEFER.

P. 565. v. 26. βούληται] βούλεται August. primus. REISK.

P. 565. v. 27. λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος] Vid. Hadr. Iunii I. Animadv. 12. et Ulpianum in commentariis. TAYLOR.

P. 565. v. 27. ἐκ] ἀπὸ τοῦ Paris. quintus. REISK. Stephanus Byzant. Σικυὼν — λέγεται καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. SCHAEFER.

P. 565. v. 28. διὰ] τοὺς P. Manutius. REISK.

P. 565. v. 28. ῥυτὰ] ῥητὰ P. Manutius. REISK.

P. 566. v. 1. φιάλας] φιάλας καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων. Ita plenius et melius Ven. Barocc. Aug. Hunc locum laudat

Athenaeus l. XI. p. m. 237. et 244. ibique explicat, quid sit *κυμβίον*, quid *ῥυτόν*. Sunt autem utrumque poculi genus. Memorantur a multis, praecipue ab Epigene, poeta antiquo, ut liquet ex his locis Athenaei: *Ἡδυποτίδες — μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Ἐπιγένης ἐν Ἡρωΐνῃ διὰ τούτων· ψυκτήρια, κύαθον, κυμβία, ῥυτὰ τέτταρα, ἡδυποτίδας τρεῖς, ἠθμὸν ἀργυροῦν.* l. XI. p. m. 230. Rursus: *Ἐπιγένης δ' ἐν Ἡρωΐνῃ καταλέγων πολλὰ ποτήρια καὶ τοῦ ψυγέως οὕτως μνημονεύει· τὴν Θηρίκλειον δεῦρο καὶ τὰ Ῥοδιακὰ κόμισον λαβὼν τοὺς παῖδας εἰσοίσεις μόνος ψυκτῆρα, κύαθον, κυμβία.* Ex quibus locis collatis ita senarios instruo:

Τὴν Θηρίκλειον δεῦρο καὶ τὰ Ῥοδιακὰ
Κόμισον, λαβὼν τοὺς παῖδας· εἰσοίσεις μόνος
Ψυκτῆρα, κύαθον, κυμβία, ῥυτὰ τέτταρα,
Ἡδυποτίδας τρεῖς, ἠθμὸν ἀργυροῦν —.

Martialis VIII. 6.

Archetypis vetuli nihil est odiosius Eucti:
Ficta Saguntino cymbia *malo luto.*

Idem II. 35.

Cum sint crura tibi, simulent quae cornua Lunae,
In rhytio *poteras, Phoebe, lavare pedes.*

TAYLOR. *τὰ τοιαῦτα* August. primus, carens ille vocabulo *φιάλας*, tametsi in eo esse testetur Taylorus. Meminit huius loci Harpocrat. v. *Ῥυτά* et Athenaeus p. 481. f. REISK. V. Athenaeus T. IV. p. 284. et 343. Schw. et Photius c. 364. extr. Bekkerus: „*φιάλας καὶ τὰ τοιαῦτα* k. r." Non displicet. SCHAEFER.

P. 566. v. 1. *παριόντας*] Hoc malo, quam *παρόντας*. WOLF. Posteriore modo legunt Ald. Par. Ital. et Vindob. TAYLOR. Vulg. *παρόντας*. *παριόντας* Paris. secundus et quintus, August. primus, P. Manut. Hoc se malle, quam vulgatum, testatur Wolfius et praehabuit quoque in editione sua, quem secutus est Taylorus. Correxi *παριόντας*. REISK.

P. 566. v. 2. *Μειδίας*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 566. v. 2. *περιουσίας*] Cum additum sit *τρυφῆς*, sensu deteriori videtur dictum, qualis fere est in formula *ἐκ περιουσίας*. SCHAEFER.

P. 566. v. 5. *πολλοὺς καὶ τοὺς τυχόντας*] *multos quemque fors lascivienti obiecerit.* Minus recte Taylorus ad p. 561, 13. SCHAEFER.

P. 566. v. 6. *οὐ δὴ δεῖ*] *οὐ δεῖ δὴ* Bekker. meliori verborum ordine. V. not. ad p. 575, 7. SCHAEFER.

P. 566. v. 7. *τὴν φιλοτιμίαν*] *τὴν λαμπρότητα*. V. p. 565, 22. Mox v. 10. *λαμπρὸς καὶ φιλότιμος*. SCHAEFER.

P. 566. v. 10. *πολλὰ*] *καλὰ* Paris. quintus. *λαμπρὰ* August. primus. REISK. *καλὰ* Buttmann. et Bekker. F. *πολλὰ καὶ καλά*. SCHAEFER.

P. 566. v. 10. ἀλλ' ὃς ἂν —] Id est ἀλλὰ δεῖ ὑμᾶς τιμᾶν καὶ θαυμάζειν τοῦτον, ὃς ἂν — e versu 6. REISK. Vereor ut rationem structurae satis perspexerit. ὃς ἂν — ᾖ h. l., sensum si spectas, idem est quod εἴ τις — ἐστίν. Notabilis autem haec periodus, quod una complectitur duas diversas constructiones, et communem aliarum etiam linguarum, εἴ τις οἰκοδομεῖ —, et propriam Graecae linguae, ὃς ἂν — ᾖ. ἡ δ' αἰκία τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων p. 1151, 13. τὸ γὰρ συνοικεῖν τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν παιδοποιῆται — p. 1386, 16. De hoc idiomate dixi ad Panyas. I. 1. *) SCHAEFER.

P. 566. v. 10. ὧν — ὧν] Adverte relativi iterationem post tantulum spatium. SCHAEFER.

P. 566. v. 11. ἅπασι — τοῖς πολλοῖς ὑμῶν] Taylorus ad p. 561, 13.: „Profecto vel ἅπασι vel τοῖς πολλοῖς ὑμῶν glossae naturam sapit." Mihi quidem non videtur sapere. SCHAEFER.

P. 566. v. 12. τριήρη ἐπέδωκε] [τριήρη, ἣν ἐπέδωκε.] Τὸ ἣν abundat, et ἐπέδωκε cum nota interrogationis legendum. WOLF. Delent istam otiosam, ut videtur, vocem cum Wolfio Ven. Barocc. et Aug. Verum fortasse laborat potius prava interpunctione. Lege: Ἀλλὰ, νὴ Δία, τριήρη, ἣν ἐπέδωκε· ταύτην γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι θρυλλήσει, καὶ φήσει· Ἐγὼ ὑμῖν τριήρη ἐπέδωκα· οὕτωσὶ δὴ ποιήσατε. *Quod vero adtinet ad triremem, quam donavit, (eo enim munere, sat scio, gloriabitur, et praedicabit: Ego vobis triremem donavi:) de ea re ita statuite.* TAYLOR. Vulg. τριήρη, ἣν ἐπέδωκε. ἣν abest ab August. primo. In margine Bavarici annotata est haec varians lectio: γρ. ἀλλὰ μὴν διὰ τριήρη. Delevi ἣν. Sine dubio fuit in libris olim gemina huius loci versata lectio: altera, quam e codice Augustano restitui; altera, quam in margine Bavarici inveni, ἀλλὰ μὴν διὰ τριήρη, ἣν ἐπέδωκε, *atqui tamen propter triremem* [scilicet *debetis eum magni facere*], *quam ultro donavit.* Potest etiam tertia aut fuisse olim, aut nunc confingi: ἀλλὰ νὴ Δία διὰ τριήρη [scilicet δεῖ ὑμᾶς τιμᾶν καὶ θαυμάζειν αὐτὸν], ἣν ἐπέδωκε. Ego vero lectionem Augustani praefero. REISK. Satis fluctuum in simpulo. ἀλλὰ νὴ Δία τριήρη ἐπέδωκεν esse ὑποφορὰν formula νὴ Δία, certus index huius figurae, tam manifestum reddit, nihil ut esse possit manifestius. Sed

---

*) Ibid. v. 11. — πίνει ποτὸν ἄλλο νεόφρων. νεόφρων non mutandum in κενόφρων, quod mihi in mentem venerat, cum Gnomicos ederem, sed scribendum ἀλλ' ἐνεόφρων: quam vocem Lexicis haud dubitanter addes. Quanquam aliud placuit Dindorfio meo: cui cum dixissem poëtae medicinam me ita quaesivisse, ut simul locupletarem Lexica, mox hanc ab eo schedulam accepi. „Panyasis I, 11.

— — — πίνει ποτὸν ἄλλο νενόφρων.

Hesych. νενός· εὐήθης. Callimach. in Iov. 63. νενίηλος. Schol. ματαιόφρων." SCHAEFER. [Typis haec iam descripta erant, cum mihi narravit Dindorfius ἀλλ' ἐνεόφρων Valckenarium occupasse. V. Stobaeus Gaisfordi T. I. p. 317. edit. Lips.]

unde, malum, illud ἦν, quod tantas turbas concitavit? Mihi videtur natum e διττογραφίᾳ, cum alii libri darent verum τριήρη, alii falsum τριήρην. Xenophon Hellen. I. 5. 10. (17.) λαβὼν τριήρη μίαν. Morus: „τριήρην in A. I. Br. est usitatum codd. et edd. vett. vitium.“ SCHAEFER.

P. 566. v. 12. ἐπέδωκε] ἐπέδωκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 566. v. 12. εὖ] Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 566. v. 13. θρυλλήσει] θρυλήσει August. primus. REISK. Sic Buttmann. et Bekker. V. not. ad p. 10, 28. SCHAEFER.

P. 566. v. 15. δὴ] δὲ Bavaricus, sed cum η super ε scripto. οὑτωσὶ δὴ ποιήσατε videntur nimis abrupta. Planius et mollius sic procederet oratio: ταῦτα δὲ ἐὰν λέξει, οὑτωσὶ δὴ ποιήσατε. *Quae cum dicet, sic facite.* REISK. δὲ Buttmann. et Dindorf. Mihi δὴ magis probatur. SCHAEFER.

P. 566. v. 15. εἵνεκα] Recte ἕνεκα Dindorf. Quis credat Oratorem hic εἵνεκα, mox v. 20. ἕνεκα, dedisse? SCHAEFER.

P. 566. v. 17. δότε] δῶτε Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. δῶτε Buttmann. et Bekker Si libri consensu darent δότε, non foret mutandum. V. not. ad Poët. Gnom. p. 155. et Ind. p. 364. a. Nunc in dissensu librorum coniunctivum quis non praeoptet? V. not. ad Gregor. Cor. p. 16. SCHAEFER.

P. 566. v. 17. οὐδενὸς — συγχωρητέον] De hac constructione v. not. ad p. 562, 2. SCHAEFER.

P. 566. v. 17. οὐδενὸς — πράγματος οὐδ' ἔργου] πρᾶγμα et ἔργον ut ἰσοδυναμοῦντα ponuntur, idque, quod notandum, in enuntiatione negativa. Videlicet hic etiam synonyma coniunguntur, non disiunguntur: disiungi enim posse synonyma particulis negativis iure mihi videor negasse ad p. 461, 25. οὐδὲ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντα ἀγῶνα p. 579, 6., ut locus scribendus. οὐδαμοῦ — τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη ibid. v. 18. Nemo Graecorum scripturus erat neque οὔτε δέδοικα οὔτε φοβοῦμαι, neque οὔτε τῶν συνηδομένων οὔτε τῶν συγχαιρόντων. SCHAEFER.

P. 566. v. 21. διδάξω, ἄνωθεν δέ· —] διδάξω. ἐγένοντο — [v. v. 23.] August. primus, omnibus interiectis deficientibus. REISK.

P. 566. v. 22. βραχὺς γὰρ — δοκῇ] Conf. p. 539, 21. SCHAEFER.

P. 566. v. 22. κἂν — δοκῇ] Bekkerus: „om. S. k. r.“ Delevit igitur Dindorf. Sic autem post βραχὺς videtur sequi debuisse, non γάρ, sed δέ. SCHAEFER.

P. 566. v. 23. ἐγένοντο — ἐπιδόσεις — πρῶται.] Wolfius: *Largitiones primae factae sunt.* Potius: *Collationes pecuniarum primae factae sunt.* IURIN. Non tantum pecuniarum. SCHAEFER.

P. 566. v. 23. εἰς Εὔβοιαν] ad expeditionem Euboicam. Eodem modo intellige εἰς Ὄλυνθον v. 25. SCHAEFER.

P. 566. v. 23. πρῶται] Malim αἱ πρῶται cum articulo, et v. 28. αἱ ἐπιδόσεις. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 566. v. 24. τούτων] Scilicet κοινωνὸς vel tale quid. REISK.

P. 566. v. 24. δ'] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK. Recte deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 566. v. 26. δὴ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 566. v. 27. πανταχοῦ] πανταχῇ August. primus. REISK.

P. 566. v. 27. νῦν] τοίνυν Paris. primus. REISK.

P. 566. v. 28. ἐπέδωκε] ἐπέδωκεν Bekker. in Berolin. cum Dindorfio. SCHAEFER.

P. 567. v. 1. οὐκ ἐπεδίδου τότε] Scilicet ὅτε ἐγίγνοντο αἱ ἐπιδόσεις. Malim tamen οὐκ ἐπεδίδου οὐδὲ τότε, *nil dabat ne tunc quidem.* REISK. τότε, ὅτε ἐγίγνοντο αἱ ἐπιδόσεις ἐν τῇ βουλῇ. Post ἐπέδωκεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Cave Reiskio assentiaris. SCHAEFER.

P. 567. v. 1. δὲ] Abest ab Aldina. REISK.

P. 567. v. 2. ἐν Ταμύναις] V. Ind. Geograph. p. 616. SCHAEFER.

P. 567. v. 6. καθίζεσθαι] καθέζεσθαι margo Lutetianae. REISK. Sic Buttmann. SCHAEFER.

P. 567. v. 7. παρελθὼν] προελθὼν Paris. secundus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 567. v. 7. ἐπέδωκε] ἐπέδωκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 567. v. 8. ἐποίησε] ἐποίησεν Bekker. SCHAEFER.

P. 567. v. 11. προϊούσης τῆς ἐκκλησίας] προϊούσης ἤδη τῆς ἐκκλησίας Ven. Barocc. Aug. TAYLOR. Post προϊούσης addit ἤδη August. primus: atque Taylorus in suam editionem immisit. REISK.

P. 567. v. 12. ἤδη] V. not. ad p. 235, 10. SCHAEFER.

P. 567. v. 12. ἀναπεπτώκει] V. H. Stephani Thesaur. c. 7602. A., ubi hic locus negligentius citatur. SCHAEFER.

P. 567. v. 13. ἀνέβαινεν] ἐνέβαινεν August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 567. v. 13. ἐπὶ τὴν ναῦν] [ἐπὶ ναῦν.] Restitui ἐπὶ τὴν ναῦν ex editt. omnibus superioribus et MSS. TAYLOR. τὴν abest ab editione Wolfii. Manavit forsitan hoc vitium in Herwag. postremam ex Herwag. prima, cui articulus h. l. deest. REISK.

P. 567. v. 16. ἐν] Abest a Bavarico. REISK. Omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 567. v. 16. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 567. v. 17. μετεπέμπετο] Moeris p. 256. Μετέπεμψε, Θουκυδίδης. μετεπέμψατο, Δημοσθένης. SCHAEFER.

P. 567. v. 18. *καὶ κατείληπτο σοφιζόμενος κ. τ. λ.*] [*καὶ κατείληπτο σοφιζόμενος τότε ὁ δειλὸς καὶ κατάρατος οὗτος.*] Wolfius: *et timidum atque exsecrandum istum fraude agere constabat.* Magis ad sensum Demosthenis: *et iam deprensus est callidus tergiversator, tum timidus iste et exsecrabilis* —. IURIN. Corrigas distinctionem in Graecis et Wolfii versionem cum optimo Marklando: — *κατείληπτο σοφιζόμενος* — *λιπὼν τὴν τάξιν ταύτην· ἐπὶ τὴν ναῦν κ. τ. λ. et istum fraude agere constabat eum ordinem relinquendo: in navem se coniecit*, etc. TAYLOR. Sententia haec videtur esse. Midias reformidabat bellum: quo factum, ut modis omnibus studeret necessitatem in castris agendi eludere. Verumtamen, tametsi callide rem commentus esset, nihil tamen ei proderat ista versutia, sed potius ea, tanquam decipula quadam, captus tenebatur, hoc est, imponebatur ei inevitabilis necessitas in castra eundi. Videtur Midias praefectus alae equestris fuisse, quae, quod olim aliquando Argurae praesedisset, ex eo postmodum nomen invenit, ut *οἱ ἐξ Ἀργούρας ἱππεῖς* appellarentur. Fuerant hi equites a Phocione in urbem remissi, ut otio recrearentur: nunc iidem ab eodem imperatore rursus in Euboeam revocabantur, ut vices susciperent alius alae in urbem redeuntis, quo a molestiis castrensibus requiesceret. REISK. Apodosis incipit a verbis *τότε ὁ δειλὸς* —. Vidit etiam Iurinus. SCHAEFER.

P. 567. v. 20. *οὑτοσὶ*]. Vulg. *οὗτος. οὑτοσὶ* August. primus. REISK.

P. 567. v. 21. *ὧν ἱππαρχεῖν* — *ἱππέων*] Notetur phrasis. V. H. Stephani Thesaur. c. 4500. C. SCHAEFER.

P. 567. v. 23. *δηλονότι*] *δῆλον ὅτι* Bekker. SCHAEFER.

P. 567. v. 23. *Νικήρατός* — *ὁ τοῦ Νικίου*] V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 14. SCHAEFER.

P. 567. v. 23. *γε οὐχ οὕτως*] [*γε οὕτως.*] *γε οὐχ οὕτως* Barocc. et Aug. Quod praefero, quoniam ita immediate legitur: *οὐδ' Εὐκτήμων ὁ τοῦ Αἰσίωνος, οὐχ οὕτως.* TAYLOR. Vulg. *γε οὕτως. γε οὐχ οὕτως* August. primus. *γε οὗτος* (sine *οὐχ*) Bavaricus. Correxi *γε οὐχ οὕτως.* REISK. *οὐχ* deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 567. v. 25. *ὁ ἀγαπητὸς, ὁ ἄπαις*] Ulpianus exponit [vocem *ἀγαπητὸς*] *ὁ ὅμοιος τῷ πατρὶ καὶ* [vocem *ἄπαις*] *νέος ἔτι καὶ παῖς.* Ubi fortassis legendum *ὁ μονογενὴς τῷ πατρὶ, unicus filius,* [*γρ. μόνος,* quod facilius et verius,] *καὶ ἀντίπαις, τουτέστι ὁ πρόσηβος καὶ ἀνδρόπαις,* ut augeatur eius studium a causis deterrentibus ab expeditione, quae sunt solitudo patris, aetas et valetudo adolescentis. Sin *ὁ ἄπαις* recte legitur, significat familiam una cum eo exstinctum iri. Sed haec, cum privatae sint historiae, nihil ad nos. WOLF. *ὁ ἀγαπητὸς παῖς.* habent Ital. et Barocc. TAYLOR. *ὁ παῖς* August. primus, Bavaricus, Ital. et Barocc. Sed hi duo postremo loco nominati etiam articulum hunc omittunt

dantes ὁ ἀγαπητὸς παῖς. Ambigo inter παῖς et ἄπαις. Habet utrumque, quo commendetur. REISK. V. Ind. Graecitat. p. 4. SCHAEFER.

P. 567. v. 28. ταύτην] Bekkerus: „Malim ταύτῃ.“ Vulgata mihi non displicet. SCHAEFER.

P. 568. v. 1. ἐπίδοσιν] Bekkerus: „Nescio an rectius abesset: displicet enim ἐπίδοσις πλέουσα.“ Si locus corruptus est, malim abesse πλέουσαν. Sed corruptum vix habeam. τὴν ἐπίδοσιν i. q. τὴν ἐπιδοθεῖσαν τριήρη: πλέουσαν autem videtur opponi τῇ πεζῇ στρατείᾳ, quod latet in verbis οὗ — ἐνταῦθα. Orator enim dicit tres illos et triremes civitati donasse et a Phocione vocatos dicto audientes fuisse. SCHAEFER.

P. 568. v. 7. ὦ] Rectius ὢ Bekker. SCHAEFER.

P. 568. v. 7. πρὸς θεῶν] πρὸς τῶν θεῶν Codd. Barocc. et Reg. ε. TAYLOR. Idem August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 568. v. 7. τελωνίαν] Vulg. τελωνείαν. τελωνίαν August. primus. Et sic correxi. Sententia est: Navem, quam reip. dedit, habuit pro pecunia, qua publicanus aliquis aliquod vectigal redimit; qua pecunia soluta ius accipit censum aliquem statutum ab invehentibus e. c. merces quasdam aut exportantibus exigendi. Sic Midias existimabat post navem a se reip. donatam immunem iam se a legibus esse et licere sibi ita grassari in quemque, ut publicani solent in obvios quosque, vel licere sibi ex illa navi quaestum facere ingentem, ut publicani triplam vel decuplam rursus exigunt a civibus eam pecuniam, qua vectigal redemerunt. REISK.

P. 568. v. 7. πεντηκοστὴν] Citat h. l. Harpocrat. v. Πεντηκοστή. REISK. V. Photius c. 301. SCHAEFER.

P. 568. v. 8. λειποταξίαν] λιποταξίαν August. primus. REISK. Sic bene Bekker. V. not. ad p. 547, 27. SCHAEFER.

P. 568. v. 11. δυνάμενος στρατείας] στρατείας δυνάμενος Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 568. v. 12. ἱππικῆς τινα πεντηκοστήν] censum, ut ita dicam, aliquem, quo solvendo redimeret otium vel vacationem militiae equestris. Nam ut, qui quinquagesimam dependunt, eo licentiam consequuntur eo, quod important, seu quicquid id est, cuius causa quinquagesimam dependunt, utendi fruendi libere, sic Midias sibi persuadebat danda navi, veluti quadam quinquagesima, se vacationem a militia equestri impetravisse. Aut appellat sic tribunatus equestris novum quendam reditum, quia cum navi sua, qua ipse vehebatur, tametsi ea militiae esset consecrata, mercaturam velut exercebat et ligna convectabat, quibus uteretur domi, quamquam ipsi, ut praefecto alae equestris, militia esset fungendum pedestri neque liceret trierarchum agere. REISK.

P. 568. v. 13. καὶ γὰρ αὖ τότε] καὶ γὰρ αὐτοῦ τὸ Lindenbr. Vindob. Obsop. Ital. Pro τότε MSS. Ald. et Barocc. τοῦτο. TAYLOR. καὶ γὰρ αὖ τοῦτο. τῶν ἄλλων — Bekker. Egregie: sic enim oratio fit aliquanto vividior. SCHAEFER.

P. 568. v. 13. τριηραρχῶν] τριηράρχων Buttmann. et Bekker., quomodo ipse Reiskius p. 569, 2. 7. SCHAEFER.

P. 568. v. 15. ἀπεπλεῖτε] Rectius cum MSS. Ald. Vindob. et Reg. α. ἐπεπλεῖτε, licet in testimonio, quod modo subiicitur, ista vox non sollicitetur. TAYLOR. ἐπεπλεῖτε index Aldinae. ἀπεπλεῖτε verum est, et servo. *cum reveheremini, cum rediretis domum cum classe.* ἐπιπλεῖν de hoste potest dici ad urbem cum armis infestis adnavigante: sed ἀποπλεῖ, qui aliunde domum renavigat. V. v, 26. REISK.

P. 568. v. 16. χάρακας] Citat Harpocrat. v. Χάραξ. REISK.

P. 568. v. 17. θυρώματα ὡς αὐτὸν] asseres ad contabulationes domi suae. REISK. V. H. Stephani Thesaur. c. 4359. s. SCHAEFER.

P. 568. v. 17. ὡς αὐτὸν] domum suam. Opponitur εἰς τὰ ἔργα τὰ ἀργύρεια. SCHAEFER.

P. 568. v. 17. καὶ ξύλα] Absunt ab August. primo. ξύλα, tigna, sublicas ingentes, quibus uteretur in argentifodinis suis ad effulciendam humum in cuniculis, ne humus perfossa sublabatur. REISK. Item ad excoquenda metalla. SCHAEFER.

P. 568. v. 18. ἀργύρεια] ἀργύρια Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 568. v. 18. οὐχὶ] Vulg. οὐ. οὐχὶ August. primus. Et sic correxi. REISK. οὐ Bekker. SCHAEFER.

P. 568. v. 20. τῷ καταπτύστῳ τούτῳ] Recurrit eadem in sede positum p. 570, 2. SCHAEFER.

P. 568. v. 21. μὲν] μοι MSS. Ald. et Obsop. fere. TAYLOR. Quid, Taylore, sibi vult hoc *fere*, quod passim, ut alibi *propemodum*, usurpas? SCHAEFER.

P. 568. v. 21. τούτων ὑμεῖς] [τούτων.] τούτων ὑμεῖς Ven. Barocc. et Ital. credo, qui tamen istam vocem ex errore substernit post τούτῳ, non, ut debuit, post τούτων. *) TAYLOR. Vulg. τούτων. Addit ὑμεῖς August. primus. Addidi. REISK.

P. 568. v. 24. Κλέων Σουνιεὺς — μετὰ τῶν ἄλλων τριηράρχων.] Totum testimonium abest ab August. primo. REISK.

P. 568. v. 24. Πάμφιλος] Deest municipii cognomen. WOLF. Aut post Πάμφιλος deest nomen tribus **), unde ille Pamphilus

---

*) Non codicis ille fuit error, sed operarum Francofurt. REISK.

**) Voluit scribere *pagi*. SCHAEFER.

esset oriundus, aut nominativus *Νικήρατος* cum genitivo *Νικηράτου* est mutandus. REISK. Nihil nec mutandum neque addendum. *Πάμφιλος*, ut *μέτοικος*, a pago non potuit nominari. V. p. 567, 15. SCHAEFER.

P. 568. v. 25. *Σφήττιος*] Vulg. *Σφήτιος*. *Σφήττιος* Bavaricus. REISK.

P. 569. v. 1. *πλεόντων*] Mirum, ni legendum sit *πλέοντος*. IURIN. Lectionem *πλεόντων* Dorville ad Chariton. p. 353. [415. ed. Lips.] defendit adversus Iurinum. REISK.

P. 569. v. 3. *Μειδίας ὑπολειφθεὶς τοῦ στόλου κ. τ. λ.*] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 9. usque ad vv. *καὶ ἄλλων τινῶν*: p. 177, 17. usque ad vv. *τὴν ναῦν ξύλων*. SCHAEFER.

P. 569. v. 3. *Μειδίας ὑπολειφθεὶς*] *Μειδίας δ' ἀπολειφθεὶς* Anecd. Bekk. loco priori: *Μειδίας δὲ ὑπολειφθεὶς* posteriori. SCHAEFER.

P. 569. v. 5. *ξύλων καὶ χαράκων καὶ βοσκημάτων*] Hunc locum allegat Plutarchus in libello An seni gerenda sit respubl. *ὅπου γὰρ ὁ Δημοσθένης φησὶν ἀνάξια πάσχειν τὴν Πάραλον, ἱερὰν οὖσαν τριήρη, ξύλα καὶ χάρακας καὶ βοσκήματα τῷ Μειδίᾳ παρακομίζουσαν, ἤ που πολιτικὸς ἀνὴρ κ. τ. λ.* Sed fallitur eruditissimus scriptor: non enim haec gesta sunt in Paralo, sed in trireme, quae Midiae erat privata. Fuit quidem Midias Parali quaestor, ut liquebit p. 570. Sed duas historias commiscuit memoria nimium fretus. Quod tamen minime debuit: nam ni haec in Paralo essent gesta, corruit argumentatio Plutarchi et labefacta est omnis vis et gratia istius orationis. Locum vide. TAYLOR.

P. 569. v. 7. *συγκατέστησε*] *simul in portum deduxit*, *συγκαθώρμισε*, quo verbo utitur Polybius V. 95. 3. SCHAEFER.

P. 569. v. 8. *Εἰ τοίνυν ὡς ἀληθῶς κ. τ. λ.*] Haec melius ordinarentur iuxta Italicum interpretem hoc modo, scilic. *Εἰ τοίνυν ὡς ἀληθῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιαῦτ' ἦν αὐτῷ καὶ τὰ λελειτουργημένα καὶ πεπραγμένα, ἅπερ φήσει καὶ καταλαζονεύσεται πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα δὴ μάλα, καὶ μὴ τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ δεικνύω. Se ben tutte le cose, Signori Atheniesi, fossero state così fatte et administrate da lui, come egli le dirà e presto se n' avantarà con voi, e non com' io le mostro.* Vide, quantum praestet interpretationi Wolfianae. TAYLOR. Nec melior hic ordo est, nec profectus a Demosthene. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 569. v. 8. *οἷάπερ*] Vulg. *ἅπερ*. Malim *οἷάπερ* ob insequens *τοιαῦτα* v. 10. et 11. Et sic correxi de meo arbitrio, quamquam me non fugit post *τοιοῦτος* interdum sequi *ὅς* pro *οἷος*, ut p. 570, 21. REISK. Vere Buttmannus: „Ultima proximae vocis syllaba primam huius absorpserat." Dedit *οἷάπερ* etiam Bekker, etsi nullo in libro repertum. SCHAEFER.

P. 569. v. 8. *φήσει καὶ καταλαζονεύσεται*] *φησὶ καὶ καταλαζονεύεται* August. primus. REISK.

P. 569. v. 11. καὶ] Primum καὶ abest a Bavarico. καὶ est h. l. *etiam* vel *quoque. Si, prout dicit, revera* q u o q u e *essent.* REISK. Hoc si Orator voluisset, particulam posuisset ante verbum ἦν. Recte deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 569. v. 12. [ἐμὲ]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi: non enim solas Midiae iniurias in se, Demosthenem, commissas significare vult orator, sed universe in omnes. REISK. Pronomen omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 569. v. 13. ἐκφεύγειν] ἐκφυγεῖν Paris. primus, August. primus. REISK. Sic Buttmann. SCHAEFER.

P. 569. v. 15. πολλὰ κἀγαθὰ] Docet hoc exemplum inprimis luculenter καὶ in talibus formulis sic usurpari, ut eius vis obscuretur. E contrario fit maxime manifesta, quando verborum ordo invertitur, e. c. ἀγαθὰ καὶ πολλά. SCHAEFER.

P. 569. v. 15. οὐ κατὰ τὰς Μειδίου λειτουργίας] Subaudi ἀλλὰ πολὺ λαμπροτέρως. Confer quae supra diximus ad dictionem οὐδὲ πολλοῦ γε δεῖ, subaudi ἀλλὰ τοῦ παντός. REISK. Componit diversissima. Neque hic quidquam subaudiendum est. SCHAEFER.

P. 569. v. 17. ὑπὲρ τῆς πόλεως] τῇ πόλει Barocc. Id quod Augustanus habet loco scholii. In sequentibus v. 18. ἀλλ' ὅμως ὑ μ ε ῖ ς iidem boni Codices. TAYLOR. τῇ πόλει August. primus, quod Fabricius seu Wolfius pro scholio habet, nescio cur: est enim ipsa lectio codicis. Imposuit, ut saepe factum est, Fabricius Tayloro. καλὰ τῇ πόλει, *decora et honorifica civitati.* Nil interest inter ambas lectiones. REISK.

P. 569. v. 18. ὅμως ὑμεῖς] Vulg. ὅμως. August. primus addit ὑμεῖς. Addidi. REISK. Iure delevit Bekker. Nulla hic vis pronominis est. SCHAEFER.

P. 569. v. 18. τούτων πώποτε] πώποτε τούτων Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 569. v. 18. ἐδώκατε] δεδώκατε Buttmann. Quod etsi magnam habet a libris auctoritatem, tamen ob particulam πώποτε puto repudiandum esse. SCHAEFER.

P. 569. v. 20. ὁπότ'] ὅπου Codd. Vindob. Reg. α. et Scholiastes Ulpianus. TAYLOR. Bekkerus: „ὁπότ' ἂν] ὅπου ἐὰν S. Y. s. et pr. P." ὅπου ἂν Dindorf., cuius v. praefat. p. X. Temporis notionem ita requiro, ut, si ratio sit habenda illius scripturae, malim ὁπότ' ἂν καὶ ὅπου ἂν βούληται: quod nec Buttmanno displicet. Sed non opus est locum una cum tempore significari. Ceterum adverte in libris h. l. scriptum esse ὁπότ' ἄν, non ὁπόταν. Id ne putes fortuitu accidisse: quippe inter ὁπότ' ἂν et ὁπόταν idem intercedit significationis discrimen quod inter ὅτ' ἂν et ὅταν. V. not. ad p. 484, 25., ubi Orator similiter: ὅτ' ἂν τις βούληται καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον. SCHAEFER.

P. 569. v. 21. τούτοις γὰρ] Refertur hoc γὰρ ad subaudien-

πόλεως, *ex aerario publico* aut *e bonis reip.*, aut ὑπὸ τῆς πόλεως, *iussus a civitate*, ut illud ὑπὸ cum ταχθεὶς iungatur, aut ἀντὶ vel (ut Wolfius voluit) ὑπὲρ τῆς πόλεως. REISK. *duodecim talenta, quae civitatis erant.* Vulgata est verissima. SCHAEFER.

P. 570. v. 25. ἀξιούντων ὑμῶν πλεῖν] Wolfius: *petentibus vobis, ut navigaret.* Sed absurdum videtur istud *petentibus* in statu democratico. Malim itaque *iubentibus vobis* vel *cum vestrae voluntatis esset.* IURIN.

P. 570. v. 28. ἧκε, καὶ] ἧκεν. καὶ Bekker. Etiam Reisk. et Buttmann. post ἧκε plene distinxerunt. SCHAEFER.

P. 570. v. 28. τριηρῶν] τριήρων Bekker. SCHAEFER.

P. 570. v. 28. μιᾶς] Malim πλὴν μιᾶς, *praeter unam:* h. e. penultimus cum navi sua veniebat; caeterae naves omnes navem eius praeveniebant. Multo maius hoc est dedecus, quam quod vulgata Midiae exprobrat, quae eum cum navi sua secundum a primo venisse ait. REISK. Audirem, si Midias una cum reliqua classe evectus esset. Hoc vero non fecit. Orator dicit, hominem et sero venisse, et cum tandem aliquando veniret ne privatarum quidem triremium unam, quam e portu solvens comitem haberet, cursu exaequare potuisse. SCHAEFER.

P. 571. v. 1. ἱππαρχῶν τοίνυν] Oppositum est illis p. 570, 22., τῆς μὲν παράλου ταμιεύων. Apparet igitur τοίνυν h. l. transitionem sic indicare, ut vice particulae δὲ fungatur. SCHAEFER.

P. 571. v. 2. ἵππον, ἵππον] Vulg. ἵππον. ἵππον iteratum dat Bavaricus et Lessingianus. Cum in Augustano viderem iteratum quidem, sed a recentiore manu linea transversa gemina, altera super voce, altera infra ducta, expunctum, facile egomet quoque pro lapsu aberrantis calami habebam. Sed postea inspiciens Bavaricum in eoque videns pariter idem vocabulum iteratum coepi suspicari non de nihilo neque casu fortuito id factum esse. Quare etiam ego vocabulum ἵππον iteravi. *equum, equum inquam, haud sustinuit, qui sibi proprius esset, emere.* REISK. Iteratio vocis magnam vim habet. *equum, quem, ipse ἱππαρχῶν, prae ceteris omnibus rebus sibi comparare debuit.* SCHAEFER.

P. 571. v. 3. τὰς πομπὰς] Forte τῆς πομπῆς. Nam τὸ ἡγοῦμαι genitivo et dativo iungi solet. WOLF. Non memini Graecis usurpari ἡγεῖσθαί τι in accusativo, sed aut τινὸς, aut τινί. Quare aut ταῖς πομπαῖς malim, aut cum Wolfio τῆς πομπῆς. REISK. Me quidem accusativus non offendit. Non multum discrepat quod Thucydides compositum ἐξηγεῖσθαι passim iungit accusativo rei. V. I. 71. extr. III. 93. extr. SCHAEFER.

P. 571. v. 3. ἡγεῖτο] ἐποιεῖτο Buttmann. SCHAEFER.

P. 571. v. 5. καὶ ταῦτα — οἱ ἱππεῖς.] [καὶ ταῦτα πάντα ἴσασιν οἱ ἱππεῖς.] Alii καὶ ταῦτα ἐξιόντων. Quod ferri potest, addito articulo: καὶ ταῦτα τῶν ἐξιόντων πάντες ἴσασιν οἱ ἱππεῖς. Etsi

hoc modo potius dicendum esset: καὶ ταῦτα τῶν ἱππέων πάντες ἴσασιν οἱ ἐξιόντες. WOLF. Omnino autem cum pluribus Codd. et doctissimo Marklando verum erit istud πάντες. TAYLOR. Vulg. καὶ ταῦτα ἴσασιν οἱ ἱππεῖς. καὶ ταῦτα ἐξιόντων ἴσασιν Paris. primus, Paulina, August. primus, nisi quod huic ἐξιόντων deest. καὶ ταῦτα πάντα ἴσασιν Bavaricus, Aldina, Wolfiana. Addidi πάντες. REISK. Conf. p. 558, 22. ibique variet. lection. SCHAEFER.

P. 571. v. 6. ἱππεῖς] συνιππεῖς August. primus. REISK.

P. 571. v. 6. μὴν] Abest a Paulina. REISK.

P. 571. v. 7. τοὺς] Abest a Bavarico. REISK.

P. 571. v. 9. ὅσων ἤδη, καταχειροτονήσαντος κ. τ. λ.] Sententia est: — eos omnes commemorare, si quos vos, o iudices, condemnassetis, posteaquam populus eos iam antea suo perculisset praeiudicio, fraudem ab iis circa ludos esse commissam. REISK.

P. 571. v. 11. αὐτῶν] Abest ab August. primo. REISK. Deleverunt Buttmann. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 571. v. 12. ἵν' αὐτὰ] ἵνα ταῦτα Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 571. v. 13. πρώτης] πρῶτον Barocc. et Aug., quod videtur satius esse et commodius. TAYLOR. πρῶτον August. primus. REISK.

P. 571. v. 13. τῆς] Abest a Paulina. REISK.

P. 571. v. 17. προβαλλομένου] Recte προβαλομένου Buttmann. et Bekker. V. v. 26. et not. ad p. 572, 15. SCHAEFER.

P. 571. v. 18. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 571. v. 19. κἀκεῖνος] Scilicet lex de violatoribus sacrorum Eleusiniorum. REISK.

P. 571. v. 19. τούτου] τοῦδε August. primus, Bavaricus. Significat legem de violatoribus Liberalium. V. v. 18. Saepe in hac oratione οὗτος ὁ νόμος aut simpliciter ὁ νόμος est lex modo dicta de Liberalibus. REISK. τοῦδε Buttmann. et Bekker. Quod paulo aptius: nam idem pronomen de eadem lege v. 18. legitur. SCHAEFER.

P. 571. v. 20. Εὐάνδρου;] Εὐάνδρου, Buttmann.: fortasse typothetae errore. SCHAEFER.

P. 571. v. 20. ἀκούσατε.] ἀκούσατε, Bekker. Melius ἀκούσατε· Dindorf. SCHAEFER.

P. 571. v. 23. ἐπελάβετο.] ἐπελάβετο, Buttmann.: iterum, ut opinor, typothetae errore. SCHAEFER.

P. 571. v. 25. ἐβουλεύσασθε] [ἐβούλεσθε.] ἐβουλεύεσθε Cod. Reg. ε. ἐβουλεύσασθε Barocc. et Aug. TAYLOR. Vulg. ἐβούλεσθε. ἐβουλεύσασθε August. primus. Et sic correxi. REISK. Bene ἠβούλεσθε Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 571. v. 26. ζημιῶσαι] κολάσαι Barocc. Lindenbr. Regg. α. β. Obsop. Aug. Vindob. et Ital. TAYLOR. κολάσαι August. primus. REISK. Recepit Bekker. SCHAEFER.

P. 571. v. 26. προβαλομένου] Vulg. προβαλλομένου. προβαλομένου August. primus, Bavaricus. Detraxi alterum λ, ut sit aoristus 2. REISK.

P. 571. v. 27. τε] Abest a Bavarico. REISK.

P. 571. v. 27. ἠρήκει] εἰρήκει August. primus, cui *perperam* adscripsit Wolfius. REISK.

P. 572. v. 2. πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωπος.] [πρὸς ὑμᾶς. ἄνθρωπος—.] πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωπος. εἷς —. Sic Benenatus, Lindenbr. et Ital., quo pacto etiam Ulpianus, interpres Demosthenis, legisse videtur. Et recte meo quidem iudicio, dissentiente licet Lambino. Rescribe igitur: — ἐλογίζετο αὑτῷ [cum aspero] γεγενῆσθαι πρὸς ὑμᾶς ὁ ἄνθρωπος [cum articulo]. εἷς μὲν οὗτος et quae sequuntur. TAYLOR. Scilicet in Wolfiana punctum ante v. ἄνθρωπος positum est, post autem abest: quam interpungendi rationem Lambinus quoque commemoravit in indice. Sed Augustanus, Bavaricus aliique bonae notae libri sic, ut in Parisina factum est, distinguunt. REISK.

P. 572. v. 2. ἄνθρωπος] Taylorus fallitur articulum addens. Simplex ἄνθρωπος idem est atque ὁ ἄνθρωπος. Deesse quidem aliquid hic suspicor, non autem articulum, sed Κάρ: ut sit πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωπος Κάρ. Exaggerationis ergo addit hoc de peregrinitáte: homo peregrinus, neque peregrinus solum, sed etiam de gente ea, quae peregrinarum omnium gentium Athenis una esset vilissima atque contemtissima. REISK. Orator rem simpliciter narrat prorsus nihil admiscens, quod hominis contemtum prodat. ἄνθρωπος Bekker. ἅνθρωπος Dindorf. Perperam Reiskius dicit simplex ἄνθρωπος idem esse atque ὁ ἄνθρωπος. V. not. ad p. 42, 25. SCHAEFER.

P. 572. v. 6. τοὺς νόμους, τὸν ὅρκον] Exemplum attractionis tironibus diligenter attendendae, de qua v. not. ad p. 462, 18. SCHAEFER.

P. 572. v. 7. ὑμεῖς οἱ δικάζοντες ἀεὶ] *vos, quibuscunque et quocunque tempore iudicare contingat. You who from time to time may happen to sit as judges.* Sic infra p. 585. l. 24. εἰ θέλοιτε σκοπεῖν καὶ ζητεῖν, ὅτῳ ποτ' εἰσὶν ὑμῶν οἱ ἀεὶ δικάζοντες ἰσχυροὶ καὶ κύριοι τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων, ἄν τε διακοσίους, ἄν τε χιλίους, ἄν θ' ὁπόσους ἂν ἡ πόλις καθίσῃ. Herodotus I. 7. εἰ γὰρ δὴ βούλοιο ἐπὶ τῷ ἀεὶ ἐπεσφερομένῳ πρήγματι τὸ πᾶν ὁμοίως ἐπιλέγεσθαι, ποιήσειας ἂν οὐδαμᾶ οὐδέν. Plato in Menone p. 337. ed. Basil. prim. καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ. Isocrates Paneg. [c. 14.] p. 120. ed. Batt. κοινὴν τὴν πόλιν παρέχοντες καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπα-

μύνουσαν. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 55. V. Valckenarius ad Herodot. II. 98. et not. ad p. 532, 5. Quae omnia si comparaveris, intelliges adverbii aliam alibi sedêm esse. SCHAEFER.

P. 572. v. 7. παρακαταθήκην] V. Phrynichus p. 312. SCHAEFER.

P. 572. v. 9. σώαν] σῶν August. primus. REISK. σῶν Buttmann. et Dindorf. σῴαν Bekker. SCHAEFER.

P. 572. v. 10. παρεδρεύοντος ἄρχοντι τῷ υἱεῖ] Citat Etymolog. M. c. 699, 27., ubi male legitur ἄρχοντος, quomodo, quod mireris, etiam Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 572. v. 11. θέαν — καταλαβόντος] [θέαν — καταλαμβάνοντος.] Ita loquitur Lucianus ad fin. l. de Saltatione, nisi fallor, et alibi. MARKLAND. Vide omnino P. Leopard. I. Emendat. 13. TAYLOR.

P. 572. v. 11. καταλαβόντος] Vulg. καταλαμβάνοντος. καταλαβόντος August. primus, margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK. καταλαμβάνοντος Bekker. Vere. V. mox v. 15. SCHAEFER.

P. 572. v. 13. ἐδόκει δίκαιον] Vulg. ἐδόκει, καὶ δίκαιον. καὶ abest ab August. primo. Copulam una cum commate delevi. REISK. Copulam revocavit Bekker.: non item Dindorf. ταῦτα δὲ πάντες φασὶ μεγάλων δικαίων παρ' ὑμῖν ἰσχύειν πλέον p. 990, 20. τηλικαῦτα δίκαια φυγὼν — p. 875, 1. SCHAEFER.

P. 572. v. 15. προβαλόμενος] Vulg. προβαλλόμενος. προβαλόμενος (in aor. 2.) August. primus, Bavaricus, margo Lutetianae. Detraxi alterum λ. REISK. προβαλλόμενος Buttmann. et Bekker. V. not. ad p. 571, 17. et 26. SCHAEFER.

P. 572. v. 15. ἄνθρωπε, θέαν] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 572. v. 16. καὶ εἰ μὴ] [εἰ μή.] καὶ εἰ μὴ editio Lambini. TAYLOR. καὶ abest ab August. primo, Bavarico, Aldina, Paulina. Malim εἰ abesse. REISK. καὶ omisit Bekker. Recte. Intellige haec tanquam si membra periodi hoc ordine posita essent: *Εἰ κατελάμβανον, ἄνθρωπε, θέαν, τίνος — ὁ ἄρχων αὐτὸς, εἰ μὴ — ἐπειθόμην*; SCHAEFER.

P. 572. v. 16. τοῖς κηρύγμασιν] quibus peregrini vetabantur sedes civium in theatro occupare. REISK.

P. 572. v. 16. με φῄς] μ' ἔφης Paris. primus. με abest ab August. primo. REISK.

P. 572. v. 16. φῄς] φῂς Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 572. v. 17. τίνος — τοῖς ὑπηρέταις κ. τ. λ.] [τίνος — εἶ κύριος; καὶ ὁ ἄρχων αὐτὸς τοῖς ὑπηρέταις κ. τ. λ.] Ita male in Wolfiana pungitur. Ego distinxi certissima fide, et miror, eos, qui hoc saxum ante me evolverint, non admoneri potuisse ex Wolfiana interpretatione, quae rectissime se habet. TAYLOR.

P. 572. v. 18. οὐδ' οὕτω πείθομαι;] Legendum videtur εἰ δ'

οὐδ' οὕτω πείθομαί vel *εἰ δ' οὔπω πείθομαι.* IURIN. *οὐδ' οὕτω πείθομαι·* Buttmann. et Dindorf. Mihi, ut Reiskio et Bekkero, videtur esse interrogatio, vice illa fungens enuntiationis conditionalis. V. L. Bosii Ellips. p. 758. SCHAEFER.

P. 572. v. 20. *ἐπιβολὴν*] Bekkerus: „*ἐπιβολὴν ζημίαν* P.“ Glossa iuncta glossemati. V. Anecd. Bekk. p. 254, 24. SCHAEFER.

P. 572. v. 20. *μᾶλλον*] Abest ab August. primo. REISK. Item a duobus Codd. Bekk. Videtur consulto omissum, quod ante *πλὴν* positum insolens videretur. Sine causa. Euripides Heracl. 230. *ἅπαντα γὰρ ταῦτ' ἐστὶ κρείσσω, πλὴν ὑπ' Ἀργείοις πεσεῖν.* Dialogus Platon. de Lege p. 17. ed. Heidelb. *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ τι τούτου ἀσεβέστερόν ἐστιν, οὐδ' ὅ τι χρὴ μᾶλλον εὐλαβεῖσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν.* SCHAEFER.

P. 572. v. 21. *πρὸς τὸ μὴ — ὑβρίζεσθαι*] Duriuscula haec sane et aliena a Demosthene. Lege: *πολλὰ γὰρ πρὸ τοῦ μὴ τὸ σῶμα ἕκαστον ὑβρίζεσθαι πεποιήκασιν οἱ νόμοι.* Atque ita legunt Vindob. Ital. Lindenbr. et Barocc. Nugatur Wolfius, *μὴ εἰς* (vel *κατὰ*) *τὸ σῶμα ἕκαστον*, vel *μὴ τὸ σῶμα ἑκάστου.* TAYLOR. *πρὸ τοῦ* — August. primus. REISK. Bekkerus: „*πρὸ τοῦ* P. S. Y. O. k. r. s.“ Hoc iure adsciverunt Buttmann. et Dindorf. *Multa enim leges fecerunt, ne* —. Xenophon Cyrop. IV. 5. 44. *πράττων πρὸ ὑμῶν ὅ τι ἂν δέῃ.* Idem Memorab. II. 4. 7. *ἃ πρὸ αὐτοῦ τις οὐκ ἐξειργάσατο.* V. Fischerus ad Weller. III. 2. p. 131. SCHAEFER.

P. 572. v. 21. *τὸ σῶμα ἕκαστον*] Tametsi scio vulgatam defendi posse Taylorumque Wolfium nugarum h. l. reum agere, nihilominus tamen audeo cum Wolfio facere et aut *εἰς τὸ σῶμα* praeferre aut certe *ἑκάστου* vel *ἑκάστων.* V. p. 539, 5. REISK.

P. 572. v. 26. *καὶ ὑμεῖς εἰσελθόντα κ. τ. λ.*] Forte: *καὶ ὑμεῖς εἰσελθόντα ἀπεκτείνατε τοῦτον· Κτησικλέα λέγω. διὰ τί δή; ὅτι σκύτος* etc. Nam ita in quibusdam Codd. clare legitur, in plurimis desunt posteriora ista, *τοῦτον ἀπεκτείνατε.* TAYLOR. Post primum *ἀπεκτείνατε* addit Paris. primus *τοῦτον.* Secundum *ἀπεκτείνατε* v. 27. una cum proximo *τοῦτον* idem codex omittit. August. primus haec duo habet quidem, sed ordine inverso, scilicet *ἀπεκτείνατε τοῦτον.* REISK. *καὶ ὑμεῖς εἰσελθόντα ἀπεκτείνατε, Κτησικλέα λέγω. διὰ τί δή; ὅτι σκύτος ἔχων κ. τ. λ.* Bekker. *καὶ ὑμεῖς εἰσελθόντα ἀπεκτείνατε τοῦτον, Κτησικλέα λέγω, ὅτι σκύτος ἔχων κ. τ. λ.* Dindorf. Ego Bekkerum sequar. Sic enim oratio fit vividior magisque Demosthenica. SCHAEFER.

P. 572. v. 27. *σκύτος*] Recte *σκῦτος* Dindorf. SCHAEFER.

P. 573. v. 1. *τὴν ἐπὶ — πρόφασιν λαβὼν*] Potest accipi pro *ἐν τῇ πομπῇ καὶ τῇ μέθῃ.* Sed quid est *ἡ ἐν τῇ πομπῇ πρόφασις*? Tolerabilior hic loci foret dativus: *ἐπὶ τῇ πομπῇ καὶ τῷ μεθύειν.* Ego vero nullus dubito oratorem dedisse *ἐκ τῆς πομπῆς καὶ τοῦ μεθύειν. causationem a ludis et a crapula repetitam.* REISK.

Ego vero multum dubito. ἡ ἐπὶ τῆς πομπῆς πρόφασις referenda ad lasciviam licentiamque τῶν πομπευόντων. V. mox v. 6. SCHAEFER.

P. 573. v. 2. λαβὼν] λαμβάνων August. primus. REISK.

P. 573. v. 3. ἁπάντων — τούτων] Plana et recta dicendi ratio ferebat, ut diceret τῶν τοίνυν ἅπασι τούτοις πεπραγμένων. REISK. Non minus recta est dicendi ratio qua Demosthenes h. l. utitur. Sed Reiskius videtur parum perspexisse hoc linguae graecae idioma, quanquam exempla eiusdem in comparationibus breviloquentiae satis luculenta passim legerat. V. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 164., ubi quos citavi Xenophontis locos, iis simillimus est Sophoclis Oed. T. 1507. μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. i. e. τὰ τούτων κακὰ τοῖς ἐμοῖς. Quod cum non attendisset Elmsleius, τάσδε in τοῖσδε mutatum voluit. Frustra, etsi τοῖσδε habet liber Livineii. V. editoris Lipsiensis praefat. p. XXXI. SCHAEFER.

P. 573. v. 4. ὧν εἷλεν ἀποστὰς] Cl. Marklando magis placet ὃν εἷλεν ἀποστὰς, subintellecto ἐκείνου. *remittens* vel *condonans* illi, *quem iudicio vicerat.* Eadem est locutio p. 577, 18. ὥστε καὶ [ἐκείνους], πρὸς οὓς μηδέν ἐστι σοὶ πρᾶγμα, λυπεῖσθαι. ὃν εἷλεν, ut supra p. 541, 16. εἷλον αὐτόν. Lambinus legit ὧν ὁ μὲν τῆς, ἧς εἷλεν, δίκης ἀποστάς. TAYLOR. Vulg. ὧν ὁ μὲν, εἷλεν. Post μὲν addit August. primus ὧν. Correxi ὧν ὁ μὲν, *) ὧν εἷλεν. *quorum alterum constat ab illo iure destitisse, quod a reo sibi debitum priori iudicio evicerat.* REISK. ὧν εἷλεν ἀποστὰς i. q. ἣν εἷλε δίκην ἀφεῖναι ἀναγκασθείς. V. p. 571, 27. *exeidisse pecuniâ sibi adiudicatâ in priori lite.* SCHAEFER.

P. 573. v. 5. δεινότερα] δεινότερ' Bekker. SCHAEFER.

P. 573. v. 5. εὖ] Revocavi istud εὖ, adiuvantibus editt. Felic. Manut. et Lutet., MSS. autem Barocc. Ital. Obsop. Vindob. aliisque fere omnibus. Saepissime excludi solet vox ea in isto situ. Vide Lection. Lysiac. c. XII. init. TAYLOR. εὖ abest a Bavarico et Aldina. REISK.

P. 573. v. 6. φήσειαν] Pro φήσειαν habet φήσητε Barocc. et φήσαιτε Aug. TAYLOR. φήσετε August. primus, non φήσαιτε, quod Fabricius illinc retulit. REISK. V. Dindorfius praefat. p. X. SCHAEFER.

P. 573. v. 8. ἔχων οὐδεμίαν] οὐδεμίαν ἔχων Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 573. v. 10. δὴ] Abest ad August. primo. REISK. Deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

---

*) In Reiskiana, ut in Buttmanniana, post μὲν et εἷλεν interpungitur. Attractio vetat interpungi. SCHAEFER.

P. [illegible] [illegible] primus. [illegible] Butt-mann [illegible] [illegible]

P. [illegible] [illegible] [illegible] V. [illegible] 13 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

P. 573 v. 11 [illegible] V. [illegible] ad v. [illegible] SCHAEFER.

P. 573 v. 12 [illegible] [illegible] [illegible] REISK.

P. 573 v. 12 [illegible] Sic [illegible] quod poema ipsi immanis [illegible] SCHAEFER.

P. 573 v. 13 [illegible] [illegible] SCHAEFER.

P. 573 v. 14 [illegible] P. [illegible] REISK.

P. 573 v. 16 [illegible] — [illegible]] [illegible] SCHAEFER.

P. 573 v. 16 ὑμεῖς δὲ] ἀλλ' ὑμεῖς δὲ Ven. Barocc. Aug. Quo pacto etiam exorsa est periodus [illegible]: ἀλλ' [illegible], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. vel, ut Lindenbr. et [illegible] legunt, ἀλλ' [illegible], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Quam lectionem recipiendam esse statuo: et pleraque, quae in MSS. [illegible] [illegible] [illegible], eiusmodi sunt, ut elegantiam et emphasin secum trahant. TAYLOR. ἀλλ' ὑμεῖς sine δὲ, August. primus. Quomodo etiam in Ven. et Barocc. [illegible] [illegible]. REISK. Bekkerus: ἀλλ' ὑμεῖς [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ὑμεῖς 79. 8. Hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Buttmann, quod vulgata peccet contra leges iuncturae. Mihi verum videtur ἀλλ' ὑμεῖς. Est enim hic locus e numero [illegible], de quibus v. not. ad v. 19. Scilicet πολλοὺς ἂν ἑτέρους ἔχοιμι λέγειν est i. q. πολλοὺς ἂν ἔχων λέγειν ἑτέρους ἐάσω. SCHAEFER.

P. 573. v. 16. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 573. v. 17. Σαίχρωνι] Σαιχρῷ Paris. primus, August. primus. REISK. Σαίχρῳ Bekker. SCHAEFER.

P. 573. v. 17. Σκίρωνι] Nomen hoc graecum hominis esse haud memini. Num Σκίρτωνι? In Anthologia Constantini Cephalae Epigr. 773. (in Ienaiana collectione est n. 127.) est Scirtus aliquis histrio. REISK.

P. 573. v. 20. οὐδ' ὁντινοῦν ἄλλον] [οὐδ' ὁντινοῦν.] Desunt in Veneto. Alii habent οὔτε ἄλλον οὐδένα, ut Barocc. Aug. et Ulpiani Codex. TAYLOR. Vulg. οὐδ' ὁντινοῦν. οὔτ' ἄλλον οὐδένα

August. primus, quod Fabricius pro Scholio habet. Vocem ἄλλον addidi. REISK. Deleverunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 573. v. 22. ἂν δὲ ποιῇ, μὴ λέγῃ] Vulg. ἂν δὲ, ἃ ποιεῖ, μὴ λέγῃ. ἂν δὲ ποιῇ, μὴ λέγῃ Bavaricus, sine articulo et commate, item August. primus, P. Manut. Et sic correxi. REISK.

P. 573. v. 22. πρᾴως] πράως Bekker. SCHAEFER.

P. 573. v. 23. ῥῆμα — ὄνομα] ῥῆμα et ὄνομα sic iuncta complectuntur quidquid loquimur. SCHAEFER.

P. 573. v. 23. οὕτως — χαλεπὸν] Verba sic ordinata dat August. primus: οὕτω τοῖς πολλοῖς ἐστιν ὑμῶν χαλεπόν. REISK.

P. 573. v. 25. ἐντυχόντα] ἐντυγχάνοντα Paris. quintus, August. primus. REISK.

P. 573. v. 26. δεῖγμα] specimen morum vestrorum, e quo universus animorum vestrorum habitus colligi queat. REISK.

P. 573. v. 27. ἐξενέγκητε] ἐξενέγκοιτε Paris. primus. REISK.

P. 574. v. 1. ἀποκτενεῖτε] ἀποκτείνετε Paris. primus. REISK.

P. 574. v. 2. τις] Abest ab August. primo. REISK.

P. 574. v. 3. ὁμοίως] Abest ab August. primo. REISK.

P. 574. v. 6. βραχέα] Abest a Bavarico. Verba sic ordinata dat August. primus: περὶ τούτων βραχέα. REISK.

P. 574. v. 8. πρᾳότης] πραότης Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 10. δὴ] Hoc etiam Bavaricus dat, sed et ei superscriptum αὖ. Forte voluit ὅτι δ' αὖ ταύτης. REISK.

P. 574. v. 10. μεταδοῦναι προσήκει Μειδίᾳ] μεταδοῦναι τούτῳ προσήκει Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 11. τοῦτ'] ταῦτ' Bavaricus. REISK. ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 11. ἐγὼ νομίζω πάντας ἀνθρώπους κ. τ. λ.] Conf. p. 547, 8. sqq. Tales eorundem locorum comparationes inprimis iis sunt commendandae, qui inter argumenta, quibus spurias Demostheni orationes vindicarent, etiam huiusmodi repetitiones miro iudicio retulerunt. Aliter Orator sententias, quae ob suam gravitatem repetendae viderentur, iteravit, aliter simiae Oratoris scripta ab illo centonibus suis insuerunt. SCHAEFER.

P. 574. v. 12. φέρειν παρὰ πάντα τὸν βίον] [φέρειν παρὰ τὸν βίον.] εἰσφέρειν παρὰ πάντα τὸν βίον Ven. Barocc. εἰσφέρειν etiam habent Aug. et Ital. TAYLOR. Vulg. φέρειν παρὰ τὸν βίον. εἰσφέρειν παρὰ πάντα τὸν βίον August. primus. Addidi πάντα. Conf. p. 547, 10. REISK. πάντα omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 15. ἔστι — φιλάνθρωπος] ἔστι μέτριος καὶ φιλάνθρωπός τις Buttmann. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 574. v. 15. ἡμῶν] ὑμῶν August. primus. REISK.

P. 574. v. 15. ἐλεῶν πολλούς] Malim ἐλεῶν τοὺς πολλούς.

commiserationis plenus erga inopem, desertum, iniuriis et oppressioni obnoxium popellum. Tametsi scio, ut hic vulgatum est, sic supra quoque p. 547, 14. Sed ibi paulo aliter est, non ἐλεῶν πολλούς, sed εὖ ποιῶν πολλούς. REISK. πολλοὺς ἐλεῶν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 15. πολλοὺς] Ulpianus et hic [post πολλοὺς] legisse videtur οἷος ἐγώ. Quae appendix videtur non Demosthenis, sed Scholiastae esse Demosthenis studiosi. WOLF.

P. 574. v. 15. πολλούς;] Signum coli, non interrogationis, habent Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 16. δίκαιον ὑπάρχειν εἰκὸς] Vulg. δίκαιον ὑπάρχειν. εἰκὸς addunt alii post δίκαιον, ut margo Bavarici, alii post ὑπάρχειν, ut August. primus. Addidi v. εἰκὸς, quae poterat, fatebor enim, abesse. Sententia est: *dignum est ipsi licere ab omnibus idem ius ut sibi debitum repetere.* δίκαιον est, ut, qui bene fecerit alteri, ius ei sit ab eo, quem ornarit, studium et benevolentiam et memorem animum exigendi, ubi opus habeat. ταὐτὸ δίκαιον est postulatio: Ut ego tibi benefeci, sic tu vicissim stude me demereri. REISK. εἰκὸς recte deleverunt Buttmann. et Bekker. V. v. 21. SCHAEFER.

P. 574. v. 17. ἄλλος οὑτοσί τις ἀναιδὴς] Wolfius: *Alius quispiam, ut iste, impudens.* Male: nec enim loquitur hic Demosthenes de Midia, sed de homine quovis moribus Midiae similibus. *Alius quispiam impudens.* IURIN. οὑτοσί Wolfius recte intellexit de Midia. V. not. ad p. 547, 15. SCHAEFER.

P. 574. v. 18. τοὺς μὲν καθάρματα, τοὺς δὲ πτωχοὺς] τοὺς μὲν πτωχούς, τοὺς δὲ καθάρματα Buttmann. et Bekker. Noster verborum ordo recurrit p. 578, 20. SCHAEFER.

P. 574. v. 20. οὐδὲν] Lege οὐδὲ ανους, i. e. ἀνθρώπους. Supra p. 547, 15. loco parallelo: ἕτερος οὑτοσί τίς; βίαιος, οὐδένα οὔτ' ἐλεῶν, οὔθ' ὅλως ἡγούμενος ἄνθρωπον. Infra p. 578, 18. πάντες εἰσὶ τούτῳ καθάρματα καὶ πτωχοὶ καὶ οὐδὲ ἄνθρωποι. Quae sunt ipsissima huius loci verba. MARKLAND. Sed hanc ipsam ob causam οὐδὲν, quod omnes dant libri, iure tueberis. SCHAEFER.

P. 574. v. 20. εἶναι] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK.

P. 574. v. 20. εἶναι;] εἶναι· Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 21. δίκαιον ὑπάρχειν φορὰς] δίκαιόν ἐστι φορὰς ὑπάρχειν August. primus. ὑπάρχειν εἰκὸς Lessingianus. REISK.

P. 574. v. 22. εὑρήσετε] εὑρήσεται Aldina, Paulina. REISK.

P. 574. v. 23. οὐκ ἐκείνου] καὶ οὐκ ἐκείνου Lindenbr. Obsop. Ital. et Vindob. Quae vox in postremo Codice deest etiam ante τὰ παιδία in sequentibus. Quod felicissime totum hunc locum complanat. Nam ex hac parte abesse certe, in illa suppleri omnino debet. TAYLOR. καὶ οὐκ ἐκείνου Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 23. καὶ] Abest a Paulina et Vindobonensi, probante Tayloro. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 574. v. 26. νῦν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 574. v. 27. ὅτι, εἰ μὲν — ταπεινὸς] Wolfius: *quia, si nulla ratione ferociam suam domare potuisset.* Potius: *quia, si nulla ratione humilitatem et modestiam praestare potuisset.* IURIN.

P. 574. v. 28. γενέσθαι ταπεινὸς] Vulg. ταπεινὸς γενέσθαι. Invertit August. primus. REISK. ταπεινὸς γενέσθαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 575. v. 1. τύχῃ] Valckenarius Diatr. Eurip. p. 76. mutandum censet in ψυχῇ, propterea acriter notatus Buttmanno p. 161. Qui vereor ne viro summo iniuriam fecerit. Demosthenes p. 780, 23., quo loco etiam Batavus usus est: ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει. Infra p. 580, 1. τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πικρίαν καὶ κακόνοιαν. Igitur locum, probata Valckenarii emendatione, sic vertam: *indoli animoque, ob quem talis factus est, nonnihil condonari posset, so könnte man seinem Naturell und Gemüth, das ihn nun einmal so zu handeln nöthigt, etwas nachsehen.* SCHAEFER.

P. 575. v. 3. παρέχειν — τὸν τρόπον] παρέχειν αὐτὸν τοὐναντίον ἢ τοῦτον τὸν τρόπον August. primus. REISK.

P. 575. v. 3. τὸν ἐναντίον ἢ τοῦτον] τὸν ἐναντίον μᾶλλον ἢ τοῦτον. WOLF. Wolfius mavult τὸν ἐναντίον μᾶλλον ἢ τοῦτον. Non opus. REISK. Particulae ἢ usus post ἐναντίος tam creber est, ut Wolfium hic offendisse mireris. Plato de Republ. VIII. p. 567. HSt. τὸν ἐναντίον ἢ οἱ ἰατροὶ τὰ σώματα. Alia dedi in H. Stephani Thes. c. 2085. B. SCHAEFER.

P. 575. v. 6. καὶ, νῦν ἂν —] καὶ νῦν ἂν — Buttmann. post ὅτι distinguens. Melius Bekker. continuavit ὅτι καὶ νῦν ἂν —. SCHAEFER.

P. 575. v. 6. διακρούσηται] Scilicet τὸν παρόντα κίνδυνον. REISK. Infra p. 579, 12. ποῦ ληφθήσεται, νῦν ἂν διακρούσηται; SCHAEFER.

P. 575. v. 6. ὁ αὐτὸς] [αὐτὸς.] ὁ αὐτὸς Barocc. TAYLOR. Vulg. αὐτός. ὁ αὐτὸς August. primus, Farrago Wolfii. Addidi articulum, non quo valde sit necessarius, sed ex auctoritate codicum. REISK. Deleverunt articulum Buttmann. et Bekker. Recte. *ipse ille, quem nostis, Αὐτομειδίας, der leibhafte Midias.* SCHAEFER.

P. 575. v. 7. οὐ δὴ δεῖ] Melius οὐ δεῖ δὴ Bekker. V. not. ad p. 566, 6. SCHAEFER.

P. 575. v. 7. προσέχειν] Scilicet αὐτῷ ἢ ταῖς αὐτοῦ δεήσεσι καὶ δακρύοις. REISK.

P. 575. v. 7. τὸν παρόντα καιρὸν] τὰς νῦν περιστάσεις. SCHAEFER.

P. 575. v. 8. διαπλάττεται] Simplex πλάττεται dant August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Praefero compositum h. l. simplici. Significat toto caussae illius pendentis tempore Midiam simulasse modestum atque supplicem. REISK. Simplex dederunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 575. v. 8. οὐδὲ πιστότερον] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 575. v. 12. τοῦτ'] ταῦτ' August. primus. REISK.

P. 575. v. 13. ὁ πεπονθὼς] ὁ πεπονθὼς ἐγὼ Ven. TAYLOR.

P. 575. v. 16. ὑμεῖς — ἕκαστον ὑμῶν] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 5. SCHAEFER.

P. 575. v. 17. τούτοις ἀξιοῦντα] διὰ τούτων τῶν νόμων δήπου καὶ τῶν ὅρκων. WOLF. Immo iungenda τούτοις ψηφίσασθαι. Opponitur τούτοις — δοῦναι τὴν ψῆφον v. 15. SCHAEFER.

P. 575. v. 20. πρόσθοισθ'] Vulg. πρόσθεισθ'. πρόσθοισθ' August. primus. Et sic correxi. REISK. προσθεῖσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 575. v. 22. ὑμῖν] Malim referre ad ἐστὶν v. 23. SCHAEFER.

P. 575. v. 24. καὶ, Ῥήτωρ —] καὶ ῥήτωρ Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 575. v. 24. φήσει] Scilicet τοὔνομα τοῦτο ὡς ὄνειδος προφέρων ἐμοί, ut legitur infra p. 576, 13. SCHAEFER.

P. 575. v. 24. ἐγὼ δ', εἰ μὲν — οὐκ ἂν εἴην οὗτος ἐγώ.] Citat Photius c. 361. non sine multa scripturae diversitate, quam apud ipsum inspiciant quorum nosse interest. SCHAEFER.

P. 575. v. 25. ἡγῆται] ἡγῶμαι August. primus. REISK.

P. 575. v. 27. τοῦτο τοὔνομα] [τοὔνομα.] τοῦτο τοὔνομα Aug. Ital. Obsop. et Vindob. TAYLOR. Vulg. τοὔνομα. Addit August. primus τοῦτο. Addidi, tametsi non valde necessarium scirem. V. p. 576, 13. REISK. τοὔνομα τοῦτο Photius. SCHAEFER.

P. 575. v. 28. δὲ] Legendum puto δὴ pro δέ. IURIN. Vulgatam contra Anglum tuetur Bremius ad p. 32, 22. SCHAEFER.

P. 576. v. 1. ἐξ ὑμῶν] παρ' ὑμῶν Barocc. Ital. Lindenbr. Aug. Vind. et Codd. Regg. α. β. ε. TAYLOR. παρ' ὑμῶν August. primus, Bavaricus. REISK. παρ' ὑμῶν Buttmann. ἀφ' ὑμῶν habet Photius. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 576. v. 2. ἐξ ὑμῶν] παρ' ὑμῶν Bekker. plerorumque omnium librorum auctoritate: nam huc, non ad v. 1., referenda scripturae diversitas, quam Taylorus Reiskiusque suis e libris enotarunt. Fefellit res Buttmannum, alioquin hic, non v. 1., scripturum παρ' ὑμῶν. SCHAEFER.

P. 576. v. 3. μικρῶν] μικρὸν August. primus. REISK.

P. 576. v. 3. εἰ καὶ] Vulg. καὶ εἰ. Invertit August. primus. REISK. καὶ εἰ Buttmann. et Bekker. V. not. ad Longi Pastoral. p. 355. SCHAEFER.

P. 576. v. 5. ἐφ' οἷς ἐλειτούργουν ὑβρίζειν] Notabilis constructio. SCHAEFER.

P. 576. v. 8. οὐδὲν ἐν ὑμῖν] γρ. ἐν οὐδενὶ ὑμῶν margo Bavarici. REISK.

P. 576. v. 10. ἂν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 576. v. 11. συμφέρον — ἡγῶμαι] Vulg. συμφέρον — ἡγοῦμαι. συμφέρειν Paris. quintus, August. primus, Bavaricus. ἡγῶμαι margo Lutetianae, August. primus, Bavaricus. Correxi συμφέρειν — ἡγῶμαι. Quorum posterius magis est necessarium, quam prius. REISK. συμφέρον Reiskii operae immutatum reliquerunt, opinor, quod ipse Reiskius mutare oblitus esset. Mihi quoque infinitivus placet. SCHAEFER.

P. 576. v. 11. ἡγῶμαι] [ἡγοῦμαι.] Scribe ὅ τι ἂν — ἡγῶμαι, ut supra p. 575, 25. MARKLAND. Ita scribitur in margine edit. Morel. Codd. Aug. et Vindob. TAYLOR.

P. 576. v. 12. συνεξεταζομένους] παρισταμένους καὶ συνηγοροῦντας. WOLF. Simplicius ἐξεταζομένους dat August. primus. REISK.

P. 576. v. 12. ὄψεσθε] ὄψεσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 576. v. 13. ἐμοὶ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 576. v. 15. αὐτὸν] Malim αὐτῶν. *per hos ipsos viros*, rhetoras puta. REISK. Sed αὐτὸν opponitur antegresso ἐμοί. SCHAEFER.

P. 576. v. 15. τάχα τοίνυν ἴσως κ. τ. λ] Citat h. l. Aristides *T.* p. 258. et 260. ad hunc modum: τάχα τοίνυν καὶ τοιαῦτα ἐρεῖ, ὡς ἐσκεμμένα πάντα λέγω νῦν ἐγώ. ἐγὼ δέ γ' ἐσκέφθαι —. REISK.

P. 576. v. 17. λέγω νῦν ἐγώ. ἐγὼ δέ γ' ἐσκέφθαι] Vulg. λέγω νῦν. ἐγὼ δ' ἐσκέφθαι. Correxi ex Aristide. REISK. Parisinae ceterarumque editionum scripturam iure revocarunt Buttmann. et Bekker. Sic mox v. 23. λέγειν νῦν. ἐγὼ μὲν οὖν —. SCHAEFER.

P. 576. v. 18. ἂν ἀρνηθείην] ἀπαρνηθείην Obsop. Ital. Vindob. Reg. β. et propemodum Lindenbr. Locum hunc ita laudat Plutarchus de Educat. Pueror. [p. 21. Wytt.]: ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίου τὴν τῆς σκέψεως ὠφέλειαν ἐναργῶς παρίστησι. φησὶ γοῦν· Ἐγὼ δ' ἐσκέφθαι μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, φημὶ, κοὐκ ἂν ἀρνηθείην καταμεμελετηκέναι *) γε ὡς ἐνῆν μάλιστα ἐμοί· καὶ γὰρ ἂν ἄθλιος

---

*) Wyttenbachius: „Verius in Demosthenis exstat exemplis καὶ μεμελετηκέναι." Compositum illud a librariis, non ab ipso scriptore, profectum esse satis arguit servata enclitica γε. Scilicet copula, quod saepe accidit, corrupta est in κατα. SCHAEFER.

ἦν, εἰ τοιαῦτα παθὼν καὶ πάσχων ἤμελλον ἂν περὶ τούτων ἐρεῖν ἔμελλον. TAYLOR. Vicissim pro composito ἀπαρνοῦμαι p. 575, 27. Photius illa citans c. 361. dat simplex ἀρνοῦμαι. SCHAEFER.

P. 576. v. 18. καὶ μεμελετηκέναι γ'] Plus est μελετᾶν quam σκέπτεσθαι. Ideo additum γ'. V. not. ad Porsoni Phoen. p. 52. ed. tert. Lips. Eadem gradatio mox v. 23. in his: οὐχ ὁ ἐσκεμμένος οὐδ' ὁ μεριμνήσας. SCHAEFER.

P. 576. v. 19. ἄθλιος] ἄθλιον P. Manutius. REISK.

P. 576. v. 20. ἤμελλον] Vulg. ἔμελλον. ἤμελλον Paris. quartus, August. primus. Miror profecto Paris. quarti mentionem in re tam minuta fieri, qui per centum fere paginas proximas superiores vix semel esset nominatus. REISK. Certo iudicio collatum esse librum summâ negligentiâ. SCHAEFER.

P. 576. v. 21. ὁ γὰρ τὰ ἔργα παρεσχηκώς] Legendum videtur: ὁ γὰρ τότε τὰ ἔργα παρεσχηκώς: ut opponatur τότε τῷ νῦν in fine sententiae, cum alioqui redundet τὸ νῦν. IURIN. Non opus addi τότε. SCHAEFER.

P. 576. v. 25. ποιῶ] [ποιῶν.] γρ. ποιεῖν margo Paris. TAYLOR. Vulg. ποιῶν. γρ. ποιεῖν margo Lutet. forsitan e Lambini coniectura. ποιῶ (in indicativo) August. primus, Paulina. Correxi ποιῶ, non quod me fugiat vis dictionis ὁμολογῶ ποιῶν: bene novi eam significare ὁμολογῶ ὅτι ποιῶ: sed quod, participio servato, καὶ esset tollendum. REISK. ποιῶν Buttmann. Non placet SCHAEFER.

P. 576. v. 26. μέντοι] δὲ Vindob. REISK. V. Taylorus ad p. 560, 20. SCHAEFER.

P. 576. v. 26. ἅπαντι] παντὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 576. v. 27. ἐπῄει] Vulg. ἐπῆν. γρ. ἐπῄει margo Lutet. et Lessing. Quo eodem tendit ἐπίῃ, quod est in August. primo. ἐπῆν est in Aldina. Correxi ἐπῄει, *in mentem venisset*. REISK.

P. 576. v. 28. τοιαῦτα] τοιαῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 576. v. 28. τοσοῦτον διημάρτανε] τοσοῦτο διήμαρτε August. primus. REISK. Perplacet. SCHAEFER.

P. 577. v. 1. οἴομαι] οἶμαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 577. v. 3. ἐρεῖν] Ita edidi pro ἐρεῖ ex auctoritate Ven. et Barocc. TAYLOR. Vulg. ἐρεῖ. ἐρεῖν August. primus. Correxi ἐρεῖν, prout coniecerat Taylorus *). Sententia est: Nullus dubito, eum, quae tunc dixisset, eadem nunc quoque nil verecundaturum esse dicere, scilic. concionem illam, quae praeiudicium contra se tulisset, constitisse solummodo e faece plebis, ex illis, qui, cum debuissent in castra exire, domi mansissent, aut praesidia vacua

*) Taylori notam negligentius inspexit. SCHAEFER.

reliquissent, in quibus patriae praesidere debuissent: quapropter illi praeiudicio concionis tam abiectae et flagitiosae nullam esse auctoritatem. REISK.

P. 577. v. 3. ὡς, ὅσοι, δέον ἐξιέναι, κατέμενον] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 30. SCHAEFER.

P. 577. v. 4. ἔρημα] Delent Ven. et Barocc. cum Augustano. TAYLOR. Abest ab August. primo. REISK. Magna cum vi additum est. SCHAEFER.

P. 577. v. 4. ἐξεκλησίασαν] [ἐξεκκλησίασαν.] ἐξεκλησίασαν edit. Lutet. corrupte. Lege ἐκκλησίασαν cum margine Benenati et Vindob., vel ἐκκλησίαζον cum MSS. Ven. Barocc. Aug. Ital. et confer Lysiam p. 493. ult. [259. ed. Lond.] et 787, 11. [436.]. TAYLOR. ἐκκλησίαζον August. primus. ἐξεκκλησίασαν edidit Taylorus. REISK. V. not. ad p. 315, 10. et Krügeri Commentatt. post Dionysii Halic. Historiographica p. 387. SCHAEFER.

P. 577. v. 7. ὡς ἴσασιν ὅσοι παρῆσαν] Sigmatismum dicas Demosthenicum. SCHAEFER.

P. 577. v. 8. βλέπων] Ante h. v. deesse videtur ὀξὺ vel δριμύ. REISK. Mihi non videtur. Solo intuitu Midias metum se populo iniecturum esse sperabat. SCHAEFER.

P. 577. v. 8. οὗτος] οὕτως Wolfius, ut sit δεικτικόν. Verum, ita si fuisset, sede mutata legi oportuisset: ὥστε κακῶς λέγων καὶ ἀπειλῶν καὶ βλέπων εἰς τὸν ἀεὶ θορυβοῦντα τόπον τῆς ἐκκλησίας οὕτω καταπλήξειν ᾤετο τὸν δῆμον ἅπαντα. V. supra p. 564, 2. TAYLOR. οὗτος iure omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 577. v. 11. ᾗ] ἢ Aldus: sed correxit Lessingianus. REISK.

P. 577. v. 11. οἶμαι] Abest ab August. primo. REISK.

P. 577. v. 15. προπεπηλακισμένους] προπηλακισμένους Ald. P. Manut. REISK.

P. 577. v. 16. τοσαύτης — φανερώτατος] τοσαύτης ὑπερηφανίας καὶ τοσαύτης ὑπεροψίας πλήρης ὢν πάντων ἀνθρώπων ἔση φανερώτατος Codd. Obsop. Ital. et Vindob. TAYLOR. τοσαύτης ὑπερηφανίας καὶ ὑπεροψίας μεστὸς ὢν πάντων ἀνθρώπων ἔση φανερώτατος August. primus. Etiam margo Lutet. pro μεστὸς dat πλήρης. REISK. τοσαύτης ὑπερηφανίας καὶ τοσαύτης ὑπεροψίας μεστὸς ὢν πάντων ἀνθρώπων ἔση φανερώτατος Buttmann. τοσαύτης ὑπερηφανίας καὶ ὑπεροψίας πλήρης ὢν πάντων ἀνθρώπων ἔση φανερώτατος Bekker., bene semel posito τοσαύτης. Quippe ὑπερηφανίας καὶ ὑπεροψίας ut abundanter dicta epitheton habent commune. SCHAEFER.

P. 577. v. 18. ἐστι σοὶ] ἐστί σοι Reisk. Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 577. v. 20. σοὺς] Excidit typothetae negligentiâ in editt. Spaldingii et Buttmanni. SCHAEFER.

P. 577. v. 21. ἐν δὲ τῷ κρίνεσθαι] ἐν δὲ τῷ κρίνεσθαί σε August. primus. REISK.

P. 577. v. 22. μεγάλην μέντ' ἂν — εἴης ἂν εὑρηκὼς] Vocabulis transpositis, rectius nonnihil meo quidem iudicio leges: μεγάλην μέντ' ἂν τέχνην, μᾶλλον δὲ ἀρχὴν εἴης ἂν εὑρηκώς, εἰ —. Prius istud ἂν dissimulant Lindenbr. et Ital. Quibus tamen parum moveor. Istius enim idiomatis satis amplam messem congessit Barnesius in Indice ad Euripidem, homo in istiusmodi crisi satis exercitatus eique muneri non admodum impar. TAYLOR. Taylorus vocabula duo ἀρχὴν et τέχνην transponi vult, non sine quadam veri specie. Quod si tamen diligentius rem pensites, vetustum reperies ordinem haud movendum. Proverbiali locutione dicebatur ille, qui magnum et spissum insperatumque bonum reperisset, μεγάλην ἀρχὴν εὑρηκέναι, imperium ingens, h. e. provinciam opimam, magistratum cum amplissima et quaestuosissima potestate reperisse. Quo proverbio Demosthenes cum utitur, tum statim ipse sentit, rei praesenti haud satis id convenire. Quare ipse semet reprehendit quasi et revocat hunc ad modum: *magnum reperisses imperium, imo vero magnam quandam artem;* quod enim tu efficeres, si posses, hoc minus vi et imperio et potestate est impetrabile, quam arte, ingenio, calliditate. REISK. Add. not. ad ἐξαπατᾷς v. 25. SCHAEFER.

P. 577. v. 22. μέντ' ἂν] μεντἂν Buttmann. μέντἂν Dindorf. SCHAEFER.

P. 577. v. 23. εἰ δύο τἀναντιώτατα κ. τ. λ.] Sententia est: si in illa tuorum importunitate morum, qua invidiam et odia omnium tibi consciscis, hoc consequi possis imposturis et praestigiis tuis, ut tamen tibi iudices ignoscant: quae duae res, odium et commiseratio, inter se natura quam maxime pugnant. REISK.

P. 577. v. 23. ἐν οὕτω βραχεῖ] ἐν τῷ βραχεῖ August. primus. REISK.

P. 577. v. 23. ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ] Wolfius: *tam paulo momento.* Potius: *tantulo temporis momento.* IURIN.

P. 577. v. 25. ποιήσασθαι] ποιεῖσθαι Paris. primus, August. primus. REISK. ποιεῖσθαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 577. v. 25. ἐξ ὧν ζῇς] ἐφ' οἷς ζῇς Barocc. et Aug. TAYLOR. ἐφ' οἷς ζῇς August. primus. REISK.

P. 577. v. 25. ἐξαπατᾷς] Etiam ex hoc verbo patet, oratorem v. 22. primo loco ἀρχὴν, posteriore τέχνην posuisse, quia vis et imperium cogit, ars machinis et fraudibus rem gerit. REISK.

P. 577. v. 26. ἔλεος] ἔλεως P. Manut. REISK.

P. 578. v. 3. πρὸς] ὡς Bavaricus. REISK.

P. 578. v. 5. νῦν πάλιν] πάλιν νῦν Bekker. SCHAEFER.

P. 578. v. 5. νῦν πάλιν μείνας] Wolfius: *nunc rursus* —

occasione exspectata. Immo: *nunc rursus domi sedens.* Nec enim exiverat Midias cum equitibus, nec cum sua trireme, sed ad urbem remanserat. V. p. 567. IURIN.

P. 578. v. 5. *νῦν πάλιν μείνας κ. τ. λ.*] Si remanserit in urbe, quomodo populum apud eos, qui egressi sunt, accusabit? Ego me, etiamsi τὸ μείνας sustuleris, hunc locum non intelligere fateor: et ut interpreteris μείνας, s. τὸν καιρὸν, *exspectata occasione*, parum probo. Legere autem, id quod sententia postulare videtur, *νῦν πάλιν τῶν μεινάντων πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας τοῦ δήμου κατηγορήσει*, *nunc vicissim eos, qui manserunt, apud eos e populo, qui egressi sunt, accusabit*, aut μείνας πρὸς τοὺς μένοντας τῶν ἐξεληλυθότων, sine fide et subsidio probati Codicis nimis calidum videtur. Etsi huic coniecturae suffragantur sequentia: *πότερον οὖν ὑμεῖς, ἄν τε μένητε, ἄν τε ἐξίητε.* WOLF. Quidni ita legeretur, cum huic emendationi favere videatur Codex Italicus? *νῦν πάλιν μεινάντων πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας τοῦ δήμου κατηγορήσει.* Supra enim p. 577, 3. *ἐτόλμα λέγειν, ὡς ὅσοι, δέον ἐξιέναι, κατέμενον, καὶ ὅσοι τὰ φρούρια ἦσαν ἔρημα λελοιπότες, ἐκκλησίασαν, καὶ χορευταὶ καὶ ξένοι — ἦσαν, οἳ κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ.* TAYLOR. Cum ab Olyntho huc Athenas rediisset, accusabat ignaviae equites, qui secum interfuissent illi expeditioni, adversus eos cives, qui ab illa expeditione abfuissent et interea domi mansissent. Opponit huic ἐλθὼν statim τὸ μείνας. Cum mansisset Midias domi, accusavit et infamavit eam populi partem, quae secum domi mansisset neque in campum exisset, ad eos, qui ab expeditione in Euboeam modo redissent. REISK. Conf. Boeckhius in Actis Academ. Boruss. a. 1818. 1819. p. 84. SCHAEFER.

P. 578. v. 6. δήμου] Codex Augustanus post δήμου puncto pro more suo, hoc est commate pro more nostro, distinguit. Falso. τοῦ δήμου non cohaeret cum ἐξεληλυθότας, sed cum κατηγορήσει. ὁ δῆμος est illa pars populi, quae ab urbe non discedit, sed in ea manet, eam obtinet. Quod si placeat τοὺς ἐξεληλυθότας cum τοῦ δήμου copulare, tum necesse sit ὑμῶν addere. ὑμῶν κατηγορήσει πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας τοῦ δήμου, *vos accusabit ad partem populi, quae in castra exiit.* Quod minus probo existimans vulgatam h. l. bene habere. REISK.

P. 578. v. 8. καὶ] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 169. s. SCHAEFER.

P. 578. v. 12. ἄν εἴποι τις] εἴπῃ τις August. primus. REISK. Sic Buttmann. et Bekker. Et hoc gravius locoque aptius. *quid de hoc dici oportet?* Nostrum valet *quid de hoc dicas?* scilic. si quis interroget. SCHAEFER.

P. 578. v. 12. μὲν] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK.

P. 578. v. 12. νὴ τὸν Δία — καὶ τὴν Ἀθηνᾶν] V. Commentar. in Aristophan. T. II. p. 406. s. SCHAEFER.

P. 578. v. 13. εἴτ' ἄμεινον, εἴτε μή] Contemtum, opinor, familiarium Midiae significat: tam viles esse homines, vix ut operae sit commemorare, quid illi de coryphaei sui magniloquentia senserint. SCHAEFER.

P. 578. v. 15. ὡς ἀπήλλαγμαι] Est forsitan: *Ego* (Midias) *liberatus sum* (a Demosthene), *evasi.* sic abundante ὡς, quemadmodum saepe abundat ὅτι, e. g. supra p. 353. l. 24. *ὁ γὰρ εἰς τὴν προτέραν γράψας ἐπιστολήν, ἣν ἠνέγκαμεν ἡμεῖς, „ΟΤΙ ἔγραφον δ' ἄν, καὶ διαῤῥήδην, ἡλίκα ὑμᾶς εὖ ποιήσω, εἰ εὖ ᾔδειν καὶ τὴν συμμαχίαν μοι γενησομένην," γεγονυίας τῆς συμμαχίας, οὔ φησιν εἰδέναι, τί ἂν ποιῶν χαρίσαιτο.* Euang. Matth. XIII. 11. *ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ΟΤΙ ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.* Sic infra p. 579. l. 5. Midias ipse ait: *ΟΤΙ ἐγὼ* (Midias) *οὐδὲν πέπονθα ὑπὸ τῆς καταχειροτονίας.* SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 55. Reiskius Ind. Graecit. p. 56. s. haec verba referens, non ad Midiam, sed ad Demosthenem: „*me cum illo in gratiam redisse, litem ei remisisse atque ab omni nexu rerum mecum expeditum declarasse.*" Quae interpretatio Buttmanni, intelligentissimi viri, plausum merito tulit. Omninoque addubito quod Anglus ait in citanda alius oratione particulam ὡς πλεοναστικῶς praemitti. Demosthenicum quidem exemplum, quo Vigerus est usus p. 564. s. ad hunc usum demonstrandum, si attentius legeris (p. 237, 5. ss.), facile intelliges, non ipsius Aeschinis illa verba esse, sed Demosthenem loqui. Hoogeveenus autem, qui et ipse tum nostro loco tum altero illo rectam alius orationem referri autumat Doctr. Particc. p. 1213., si alia exempla reperisset, non erat, opinor, in tanta ubertate operis utilissimi, cui tot annos impenderat, taciturus. Nunc satis habuit repetere quae Budaeus et Vigerus, Budaei simia, praeceperant. SCHAEFER.

P. 578. v. 15. ἐλογοποίει] V. Kiddius Append. ad Dawesii Miscell. Crit. p. 25*. SCHAEFER.

P. 578. v. 15. ἔνδηλοι] Forte εὔδηλοι. WOLF.

P. 578. v. 17. ἄνθρωπος] ἄνθρωπος Bekker. ἅνθρωπος Dindorf. SCHAEFER.

P. 578. v. 21. ἀποφύγῃ] ἀποφύγοι Paris. primus. REISK.

P. 578. v. 22. τοῦτ'] ταῦτα August. primus. REISK.

P. 578. v. 23. τεκμηρίοις] Abest ab August. primo. REISK.

P. 578. v. 23. θεωρήσετε] θεωρήσαιτε Bekker., aptius antecedenti ἂν εἰδείητε. SCHAEFER.

P. 578. v. 23. τίς γάρ ἐστιν — ἀλλ' οὐ Μειδίας·] Citant Anecd. Bekk. p. 160, 18. SCHAEFER.

P. 578. v. 23. τίς γάρ ἐστιν κ. τ. λ.] Olim, nempe in editione Lutetiana, legebatur: τίς γάρ ἐστιν ἔτι τούτῳ, ὅστις κ. τ. λ. Id Wolfium male habuit, cuius sunt verba, scilic. „ἔτι τούτῳ alii

Codd. non habent, et turbat sententiam et constructionem: neque etiam placet ἔθει τούτῳ, *hisce moribus*, quod commodius diceretur τοιοῦτος τὸν τρόπον, οὕτως ἀναιδής, ἢ θρασύς, ἢ τολμηρός, aut aliquid simile." Hucusque vir doctissimus. Locum melioribus auspiciis sanavit optimus Lambinus, cum voces istas erraticas inferius v. 26. ad suam sedem revocaverit: εἰ καὶ μηδεὶς ἄλλος ἐπῆν κίνδυνος ἔτι τούτῳ μηδὲ ἀγὼν —. TAYLOR. Vulg. τίς γάρ ἐστιν ἔτι τούτῳ. Verba ἔτι τούτῳ absunt ab August. primo, Bavarico, Aldina, Paulina. Delevi. Videntur haec verba nata esse e varia lectione ad v. 27. referenda, ubi leguntur haec: ἐπ' αὐτῷ τούτῳ. Quorum loco in aliis codicibus fuisse suspicor ἐπὶ τούτῳ simplicius, quod nescio an huc e margine per errorem irrepserit. REISK. De Lambini coniectura v. Reiskius ad v. 26. SCHAEFER.

P. 578. v. 25. καταχειροτονηθὲν αὐτοῦ] [καταχειροτονηθέντος αὐτοῦ.] τοῦ δήμου καταχειροτονήσαντος αὐτοῦ, ut ἐγὼ καταχειροτονοῦμαι sit formula. Sed quid si καταχειροτονηθὲν κατ' Ἀττικισμόν? WOLF. Lege καταχειροτονηθέντος αὐτοῦ. MARKLAND. Vulg. καταχειροτονηθέντος. καταχειροτονηθὲν August. primus, quomodo Wolfius quoque coniecit. Contra Marklandus vult καταχειροτονηθέντος αὑτοῦ cum aspero: quod non intelligo. Correxi καταχειροτονηθέν. Est hic nominativus absolutus, ut δέον, ἐξόν, παρόν et talia. *posteaquam populus eum sublatis in concione manibus damnaverit, et quidem impietatis erga deos.* REISK. καταχειροτονηθέντος Anecd. Bekk. Marklandum fefellit constructio latina, qua dicitur e. c. *audito*, *comperto* etc. Sed ita Graeci non solent. SCHAEFER.

P. 578. v. 25. ταῦτα] ταὔτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 578. v. 26. κίνδυνος μηδὲ ἀγών] ἀγὼν ἔτι μηδὲ κίνδυνος Lindenbr. Ital. Vindob. TAYLOR. Post κίνδυνος addi vult Lambinus illa duo verba ἔτι τούτῳ e versu 23. exturbata. Non absurde ille quidem. Verumtamen non valde illis opus est, et paene dixerim supervacanea esse. Alii codices h. l. solummodo ἔτι addunt, quod tolerabile est. REISK. ἀγὼν ἔτι μηδὲ κίνδυνος Anecd. Bekk. Et sic Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 578. v. 27. ἐπ' αὐτῷ τούτῳ] [ἐπ' αὐτῷ.] ἐπ' αὐτῷ τούτῳ editi cum MSS. paucis, sed infeliciter. Commonstravi, quo pertineret istud τούτῳ. Id mendum fraudi fuisse Wolfio video: *ob id ipsum.* ἐπ' αὐτῷ (vel ἐφ' αὐτῷ) καταδῦναι est *in se ipsum descendere.* TAYLOR. Verissime Wolfius. SCHAEFER.

P. 578. v. 27. κατέδυ] ᾐσχύνθη. V. Anecd. Bekk. p. 151, 22. Taylorus mire erravit. SCHAEFER.

P. 578. v. 28. χρόνον] Non habent Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 578. v. 28. εἰ καὶ μὴ πάντα] Malim articulum inseri: εἰ καὶ μὴ τὸν πάντα. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 578. v. 28. οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἄν.] Repete κατιδὼν —, SCHAEFER.

P. 579. v. 1. ἀλλ' οὐ Μειδίας· ἀλλ' — ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ.] Hoc comma laudat Plutarchus Platon. Quaest. extr., ubi expendit vim orationis, ἐξαιρεθέντων τῶν συνδέσμων. Locum consule. TAYLOR. Locus est T. X. p. 199. s. Reisk. T. V. p. 114. Wytt. SCHAEFER.

P. 579. v. 1. ταύτης τῆς ἡμέρας] τῆς ἡμέρας ταύτης Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 2. χειροτονεῖται τίς;] Vulg. χειροτονεῖταί τις; Enclitice an interrogantis modo legatur, perinde est. *Si quis deligitur suffragiis populi ad honorem aliquem gerendum*, sive: *Quisnam deligitur?* Statim audias hoc responderi: *Midias* προβέβληται. Sed quid hoc sibi vult? Triplex inest verbo vis. Aut enim significare potest *Midias cooptatur, eligitur, designatur*: aut *sese opponit*, alterius puta cuiusque denominationi, nisi ipse denominetur: aut denique *Midias ultro se offert, ingerit, ambit honorem*. V. p. 519. Postremam rationem omnium maxime probem. Haec olim. Postmodum placuit sic interpungi: χειροτονεῖται. τίς; *) Μειδίας Ἀναγυράσιος. προβέβληται Πλουτάρχου. προξενεῖ. Est ficta collocutio. Incipit alter narrare: χειροτονεῖται —. Interpellat alter interrogando: τίς; *Quisnam?* Respondet iste: *Midias. Tuetur Plutarchum. Proxenus est* (et istius Plutarchi et aliorum multorum). Verbum προβέβληται h. l. accipio pro ὑπερασπίζει. Sed primam harum trium rationum veriorem esse indicio est Aristidis h. l. citantis lectio *T.* p. 190, 15., ubi verba illa, Πλουτάρχου προξενεῖ, desunt exemplo Aldi, cuius utique potior esse debet auctoritas, quam exempli a Norrmanno interpolati, qui ex editis libris ista duo vocabula interposuit. Veteres itaque ista duo, Μειδίας et προβέβληται, inter se copulabant. Et ad illum modum Norrmannus quoque recte aut saltim sic satis tolerabiliter vertit: *in campo petitor volitat Midias, Plutarchi procurator est.* REISK. Add. Ind. Graecitat. p. 423. Plutarchus locum sic scriptum dat: χειροτονεῖταί τι; Μειδίας Ἀναγυῤῥάσιος προβέβληται· Πλουτάρχῳ προξενεῖ. χειροτονεῖταί τις· Μειδίας Ἀναγυράσιος προβέβληται. Πλουτάρχου προξενεῖ. Buttmann. Sic etiam Dindorf., nisi quod post προξενεῖ posuit subdistinctionem. χειροτονεῖται τίς; Μειδίας Ἀναγυράσιος προβέβληται. Πλουτάρχου προξενεῖ, — Bekker. in edit. Oxon. In Berolin., ceteris servatis, dedit χειροτονεῖταί τις; Idem „Post προβέβληται“ inquit „interpungunt plerique omnes cum Anecd. p. 163, 21.“ Neque ullo modo dubitandum hanc interpunctionem solam veram esse. προβέβληται i. q. κελεύει ἑαυτὸν χειροτονεῖν: quae ut ἰσοδυναμοῦντα iunguntur p. 519, 16. SCHAEFER.

---

*) Operae in textu Reiskianae sic dederunt: χειροτονεῖται, τίς; SCHAEFER.

P. 579. v. 2. *Μειδίας Ἀναγυράσιος κ. τ. λ.*] Distingue: *Μειδίας Ἀναγυράσιος προβέβληται Πλουτάρχου· προξενεῖ· τὰ ἀπόῤῥητα* etc. Sic p. 560, 2. *τούτου προβέβληνται Πολύευκτος, Τιμοκράτης.* ubi recte se habet Wolfiana interpretatio, quae pessima est hoc loco. Adluditur nimirum hic ad factum aliquod tunc temporis bene notum, quod evenit inter *καταχειροτονίαν* Midiae et scriptionem huius orationis. MARKLAND.

P. 579. v. 3. *Πλουτάρχου. προξενεῖ.*] Continuata, uti oportebat, citant Anecd. Bekk. p. 163, 21. SCHAEFER.

P. 579. v. 4. *δηλονότι*] *δῆλον ὅτι.* SCHAEFER.

P. 579. v. 5. *ἢ ὅτι Ἐγὼ —*] [*ἢ ὅτι ἐγὼ —.*] Distinctius *ἢ ὅτι, Ἐγὼ* etc., ut adpareat, haec esse verba Midiae insolenter se efferentis. MARKLAND.

P. 579. v. 5. *οὐδὲν πέπονθα*] *πέπονθα οὐδὲν* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 6. *οὐ δέδοικα*] Vulg. *οὐδὲ δέδοικα.* *οὐ δέδοικα* August. primus. Et sic correxi. Verba sunt assimulata Midiae. REISK. *οὐδὲ δέδοικα* Buttmann. et Bekker. Iure autem Buttmannus delevit distinctionem post *δέδοικα*: nam *δέδοικα* et *φοβοῦμαι* synonyma sunt, quae particula *οὐδὲ* recte copulat. V. not. ad p. 566, 17. Supra p. 555, 15. *δέει καὶ φόβῳ*, ut p. 654, 23. *φόβον καὶ δέος.* Quod enim inter duo haec nomina discrimen intercedere docet Ammonius p. 39. s., certe Orator non novit: Herodotus Grammatico citatus testis an noverit non sine causa dubites. Quod si quis pertendat *φόβος τε καὶ δέος* (IV. 115.) diversae significationis esse, quia iuncta sint non simplici copula *καὶ*, diligenter mihi consideret quod scripsit Historicus III. 80. *περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι.* coll. not. ad p. 585, 18. SCHAEFER.

P. 579. v. 7. *δεδιέναι*] *δεδοικέναι* Paris. quintus. REISK. Notabile Demosthenem, qui modo dedisset *δέδοικα*, nunc maluisse *δεδιέναι*. Talia diligenter advertenda: neque enim nihil faciunt ad graecismum penitius noscitandum. SCHAEFER.

P. 579. v. 10. *προσήκει; ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι.*] [*προσήκει;*] Huic interrogationi respondent Barocc. Aug. et Reg. ε. *ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι.* Recte. TAYLOR. Vulg. *προσήκει;* Addit *ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι* August. primus. Addidi convenienter mori Demosthenis praemissis interrogationibus huiusmodi pronunciata responsionum loco subiiciendi. REISK. Delevit haec verba Bekker. Ego sequar Buttmannum, qui servavit. SCHAEFER.

P. 579. v. 11. *χρήσεσθε*] Ita Barocc. Lamb. aliique. *χρήσεσθαι* editt. Ald. et Paris. cum Cod. Veneto. TAYLOR. Vulg. *χρήσεσθαι.* Sic etiam Bavaricus, sed cum ε super diphthongo. Correxi *χρήσεσθε.* REISK.

P. 579. v. 11. *αὐτῷ*] *αὑτῷ* Dindorf. SCHAEFER.

P. 579. v. 11. *νομίζει*] Post h. v. plene interpungunt Reisk. Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 11. πλούσιος, θρασὺς, κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides T. p. 270. REISK.

P. 579. v. 11. μέγα φρονῶν] μεγαλόφρων margo Lutetianae. μεγαλοφρονῶν Aristides. Idem in Farragine Wolfiana reperio, nescio unde sumtum. REISK.

P. 579. v. 13. τῶν γε δημηγοριῶν] Wolfius: *vel ob crebras et importunas conciones.* Adde: *et tempora, quibus eas habuerit.* IURIN.

P. 579. v. 15. ἑκάστοτε δημηγορεῖ] [ἑκάστοτ' ἐδημηγόρει.] Potius cum Ital. et Reg. α. ἑκάστοτε δημηγορεῖ. TAYLOR. Vulg. ἑκάστοτ' ἐδημηγόρει. Correxi ἑκάστοτε δημηγορεῖ. REISK.

P. 579. v. 15. ἐν τοῖς καιροῖς] Articulum omittit margo Lutetianae. ἐν οἷς καιρόις August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Apparet vitium, praesertim cum in aliis libris sit ἐν οἷς καιροῖς. Mihi videtur legendum esse ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς. *idque temporibus gravissimis atque acerbissimis summeque momentosis.* REISK. ἐν οἷς καιροῖς Buttmann. et Bekker. Vere. καὶ ἐν οἷς καιροῖς i. q. καὶ ὅτι ἐν τοιούτοις καιροῖς. V. not. ad p. 559, 18. SCHAEFER.

P. 579. v. 16. οἴομαι] οἶμαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 16. δοῦναι] διδόναι August. primus. REISK.

P. 579. v. 17. ἂν] ἐὰν margo Parisinae. REISK.

P. 579. v. 17. ἀπαγγελθῇ] ἀγγελθῇ simplex August. primus. REISK.

P. 579. v. 20. οὐδὲ] ἢ August. primus. REISK. Male: nam τῶν συνηδομένων et τῶν συγχαιρόντων sunt synonyma. V. not. ad p. 566, 17. SCHAEFER.

P. 579. v. 20. συγχαιρόντων] συνευφραινομένων August. primus. REISK.

P. 579. v. 20. ἂν δέ τι — ἂν βούλοιτο] Ita MSS. ἐὰν δέ τι λυπηρὸν ἢ φλαῦρον, ὃ μηδεὶς γ' ἂν βούλοιτο. Ita Barocc. et Aug. In Ven. λυπηρὸν pro varia lectione. TAYLOR. λυπηρὸν ἢ φλαῦρον, οὗ μηδεὶς γ' ἂν August. primus. Sic est in Augustano, non, ut Taylorus ex eo retulit, ὃ pro οὗ. Convenit cum August. Barocc., nisi quod ὃ dat pro οὗ. In Veneto autem λυπηρὸν esse testatur Taylorus pro varia lectione. Quod recte si accipio, hoc sibi vult, in Veneti texto φλαῦρον esse, alterum autem esse super versum scriptum. REISK. λυπηρὸν ἢ φλαῦρον est glossa cum glossemate. SCHAEFER.

P. 579. v. 25. γὰρ] Eleganter hic, ut p. 580, 7., redundare dicit Reiskius Ind. Graecitat. p. 115. Non redundat, sed subaudiendum tale quid: *Non mirum res vestras carere successu, tali in statu esse.* SCHAEFER.

P. 579. v. 25. οὐ γὰρ ἐξέρχεσθε, οὐ γὰρ οἴεσθε] Vulg. οὐδὲ

γὰρ ἐξέρχεσθε, οὐδ' οἴεσθε. Loco primi οὐδὲ est simplex οὐ in Bavarico et August. primo, et loco alterius est in iisdem οὐ γάρ. Correxi οὐ γὰρ ἐξέρχεσθε, οὐ γὰρ οἴεσθε. REISK. οὐδὲ γὰρ ἐξέρχεσθε, οὐδ' οἴεσθε Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 27. ὑμῖν τὰ πράγματ'] τὰ πράγμαθ' ὑμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 27. ἔχει] ἔχειν dat Aldina. REISK.

P. 579. v. 27. ἐμὲ δὲ οἴεσθ'] Vulg. ἐμὲ οἴεσθ'. ἐμὲ δὲ οἴεσθ' August. primus. Addidi mediam vocem. REISK. Deleverunt Bultmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 579. v. 27. εἰσοίσειν] οἰσοίσειν Ald. Paul. Herwag. prima. REISK.

P. 579. v. 28. νεμεῖσθαι — ἐμβήσεσθαι] [νεμεῖσθε — ἐμβήσεσθε.] F. νεμεῖσθαι et ἐμβήσεσθαι, subintellecta scilicet ἀπὸ τοῦ κοινοῦ voce οἴεσθε. Vide enim, quomodo his ἀντίστοιχα efferantur pagina proxima v. 10. νομίζεις, ἡμᾶς μὲν ἀνέξεσθαί σου, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; καὶ ἡμᾶς μὲν ἀποψηφιεῖσθαί σου, σὲ δὲ οὐ παύσεσθαι; ubi pro σὲ congruentius legas σύ. MARKLAND. Infinitivi isti, quos amplectitur vir felicissimae divinationis, reperiuntur in optimis exemplaribus, Manutiano et Felicianeo: σὺ autem pro σὲ in MSS. νεμεῖσθαι correxit quoque Lambinus, neglectis reliquis. TAYLOR. Vulg. νεμεῖσθε — ἐμβήσεσθε. Correxi νεμεῖσθαι — ἐμβήσεσθαι, inductus tam a ratione linguae, quam a similitudine dictionis p. 580, 10. Senserunt mecum Marklandus et Lambinus, et confirmant nonnulli codices. REISK. Quod de codicibus dicit, vereor ne falsum sit. Bekkerus: „νεμεῖσθε — ἐμβήσεσθε mei omnes." Quanquam tam certa est emendatio, ut nemo dubitare posse videatur. SCHAEFER.

P. 579. v. 28. τριηραρχήσειν] τριηραρχεῖν August. primus. REISK.

P. 580. v. 1. ἐμβήσεσθαι] ἐμβήσετε August. primus. REISK.

P. 580. v. 1. τοιαῦθ'] *alia huius generis, quae omitto, convicia spargens.* Pendet ὑβρίζων et καθιστάς ex ἀνέστηκεν et δημηγορεῖ p. 579, 21. s. REISK. Pronomen non iungam sequenti participio, sed solum per se intelligam. V. not. ad p. 96, 10. 436, 6. SCHAEFER.

P. 580. v. 2. κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν] Idem est atque κατὰ τῶν πολλῶν ἐξ ὑμῶν vel τοῦ ὑμετέρου πλήθους, *in multitudinem seu plebem vestram*, partem populi vestri contemtiorem atque egentiorem, sed numero superantem. REISK.

P. 580. v. 2. ἔχων] ἔχει Ald. et Ven. Rectius. Lege itaque et distingue: καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πικρίαν καὶ κακόνοιαν, ἣν κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν ἔχει ἀφανῆ παρ' ἑαυτῷ, περιέρχεται φανερὰν ἐπὶ τοῦ καιροῦ καθιστάς. TAYLOR. ἔχει Aldina. Sed corrector Weimaranus vulgatam adscripsit, quae etiam in Bavarico est.

ἔχων, a Tayloro temere sollicitatum, bene habet cohaerens cum περιέρχεται. *quam occultam in plebem vestram habens gerensque circumit per urbem, per forum, opportunitate oblata proferens in medium.* REISK.

P. 580. v. 5. οὗτος] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 5. ἐξαπατῶν καὶ φενακίζων] V. p. 577, 25. SCHAEFER.

P. 580. v. 6. τοιαῦθ'] Vulg. ταῦθ'. τοιαῦθ' August. primus. Et sic correxi. REISK. ταῦθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 7. Τοιοῦτος γάρ εἶ] Subaudi: *Non mirum te nunc versari in periculo.* Conf. not. ad p. 579, 25. SCHAEFER.

P. 580. v. 7. ὑβριστὴς] Vulg. ὑβρισθεὶς, vitio typographico. ὑβριστὴς August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina caeteraeque. REISK.

P. 580. v. 7. καὶ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 10. ἀπολῇ] ἀπολεῖ Bavaricus, sed cum ῇ super diphthongo. REISK. ἀπολεῖ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 10. ἀλλὰ νομίζεις — οὐ παύσεσθαι;] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 27. SCHAEFER.

P. 580. v. 10. μὲν] Omittunt Anecd. Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 10. σου] Abest a Bavarico et August. primo. REISK. Omisit Buttmann. Additum iuvat concinnitatem membrorum. SCHAEFER.

P. 580. v. 11. ἡμᾶς] Ita recte Wolfius pro ὑμᾶς, quod obtinet in Ald. Felic. Paris. Ven. et Aug. ἡμᾶς habet Manutius, Vindob. et Barocc. Porro emendabis: αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; — σὺ δὲ οὐ παύσεσθαι; Ita enim Barocc. Aug. et Ital. Vide ad pag. praeced. v. 28. Istud vero μὲν ante ἀποψηφιεῖσθαι iam restituimus ex MSS. fere omnibus. TAYLOR. Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς corrector Weimaranus, August. primus, Bavaricus, Venetus. REISK. Reiskio parum convenit cum Tayloro: id quod saepius accidit; nec multum miror. SCHAEFER.

P. 580. v. 11. μὲν] Abest a Paulina. REISK.

P. 580. v. 11. σὺ δὲ οὐδὲ οὕτω παύσεσθαι] Vulg. σὲ δὲ οὐ παύσεσθαι. σὺ δὲ οὐδὲ παύσεσθαι August. primus. Correxi σὺ δὲ οὐδὲ οὕτω παύσεσθαι. Caetera quidem ex Augustano, οὕτω autem de meo addidi. *te autem ne sic quidem ad meliorem frugem rediturum et ab audacia tua destiturum esse.* REISK. σὺ δὲ οὐ παύσεσθαι Anecd. Bekk. Et sic recte Buttmann. et Bekker. V. not. ad Sophocl. Oed. T. 958. SCHAEFER.

P. 580. v. 12. καὶ βοηθήσουσιν οἱ λέγοντες κ. τ. λ.] Haec ex abrupto quodammodo inseruntur, non sine suspicione mendi. Sed utrum οἱ λέγοντες ὑπὲρ αὐτοῦ βοηθήσουσιν, s. αὐτῷ? an οἱ

λέγοντες (τουτέστιν οἱ ῥήτορες) βοηθήσουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ αὐτῷ? Neutrum sane bellum videtur. WOLF. Abrupta quidem haec esse videntur, neque, ut ait Wolfius, mendi suspicione carere. Verum si novam periodum institueris: *Καὶ βοηθήσουσιν οἱ λέγοντες* etc.: tum comma hoc [sc. p. 580, 12. p. 581, 14.] ad Midiae advocatos pertinebit, neque iunctura abruptior esse apparebit, quam hae res solent fieri. Quod tamen mihi et stomachum et suspicionem movet valde, est huiusmodi, scilic. quod *ἐκ τῶν λεγόντων*, ex advocatis, Eubulum quendam perstringit solum, (licet complures fuerint,) atque omnino ita, ut oratio ad eum iam dudum conversa fuisse videretur. Hunc enim primum nomine compellat v. 23., de eo tamen perpetuo ab exorsa usque hac periodo ad exeuntem agit. Aut igitur desunt nonnulla, aut delabitur furtim Orator ad Eubulum, quem et hac voce *οὗτος* v. 14. et digito simul commonstrat. Neque enim nobis legentibus tam clara et perspicua omnia esse possunt, quam oculatis et auritis solent esse. Emortuum tantum sermonem percurrimus, neque nos capere possit vis et proprietas eorum, quae agendo fiebant. Quae fortasse contemplatio quorundam locorum molestiam levabit, quae nunc duriter et inconcinne dici videntur. Verbi gratia in Leptinea p. 480, 7., cum de Chabria sermo habetur et rebus gestis, εἷλε, inquit Rhetor, *τῶν νήσων τούτων τὰς πολλὰς*, (Cycladas intelligit,) quare tamen *τούτων* diceret, nostrum erat, qui intelligeret, nemo. Quid tamen significantius, quid expressius, quam ut hac voce digitum intenderet ad *Πράξεις Χαβρίου*, ad librum memorialem in medio iacentem et mox recitandum, qui Chabriae res gestas harumque insularum nomina et memoriam complecteretur? Elegantissimam hanc crisin debeo eruditissimo cuidam, sed ignoto, iuveni, qui literis suam mentem aperuit post editam a me orationem, quam dixi. TAYLOR. Transitus paulo abruptior et intemperantior ad illum locum, quo iam aget cum advocatis Midiae. Visus mihi hoc sum in graecis oratoribus observasse, paulo insolentius et minus probabile vetustamque simplicitatem an cruditatem referens, ut ab aliis argumentis ad alia, non pedetentim et commode, non via, sed saltu eoque saepe praecipiti transferantur. REISK. Saltum h. l. esse eumque praecipitem non dicam. Nexus enim sententiarum fere hic est: Atque sic de Midia iudicant omnes, ne exceptis quidem eius advocatis, qui nunc opitulantur ei non tam etc. SCHAEFER.

P. 580. v. 12. *βοηθήσουσιν*] *βοηθοῦσιν* Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 580. v. 12. *οἱ λέγοντες*] Sunt Eubulus eiusque similes et sodales, ut e sequentibus patet. REISK.

P. 580. v. 13. *χαρίζεσθαι*] [*χαρίσεσθαι*.] Nescio unde hoc adripuerit Wolfius: editi enim et MSS. constanter habent *χαρίζεσθαι*, uti ego dedi. Reg. solummodo α. *χαρίσασθαι*, quod omni-

no alienum. TAYLOR. χαρίσασθαι Paris. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. χαρίσασθαι Bekker. Praesens placet, cum sequatur ἐπηρεάζειν. SCHAEFER.

P. 580. v. 14. οὗτος] Est Eubulus. REISK. εὔβουλος in Cod. Bekk. scriptum inter versus, sed super proxima voce αὐτῷ. Apparet esse interpretantis: nam Orator satis habebat digitum in hominem intendisse. SCHAEFER.

P. 580. v. 14. αὐτῷ] Aberat a Manutio et Wolfianis. Restitui ex Ald. et Paris. edítt., Ven. Barocc. Lindenbr. Aug. Vindob. et Ital. MSS. TAYLOR.

P. 580. v. 15. [τοῦτο]] Notatum est in Paris. signis omissionis, tacito auctore. Et recte id omitti auctor est Wolfius in Farragine. Aut omittendum est pronomen ex auctoritate Augustani, aut ei addendum est γ'. *per vim obtinere conatur et contendit, in hoc quidem minus ille recte agens.* REISK. Uncos adhibuit Reiskius. Pronomen iure omiserunt Buttmann. et Bekker. Delenda autem distinctio post εἶναι: quippe hunc infinitivum regit tam φησὶν quam βιάζεται: atque οὐκ ὀρθῶς solum per se intelligendum, ut alibi εἰκότως et καλῶς. SCHAEFER.

P. 580. v. 16. ἐπαχθεῖς] ἐπαχθὲς Lessingianus. REISK.

P. 580. v. 17. ὅπου γὰρ — ὁμολογῶ] Lege distinctius cum Parisina: ὅπου γὰρ ἐγὼ μὲν οὐδὲ, πεπονθὼς κακῶς, ἐχθρὸν εἶναί μοι τοῦτον ὁμολογῶ. *Cum ego defugiam eius inimicus haberi, licet iustas inimicitiae causas mihi obiecerit.* Pro οὐδὲ Cod. Vindob. legit ὁ, ὁ πεπονθὼς κακῶς. TAYLOR. Subdistinctiones post οὐδὲ et κακῶς delevi: deleveruntque Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 17. πεπονθὼς κακῶς] Subaudi ὑπ' αὐτοῦ, *ab eo*, Eubulo puta. REISK.

P. 580. v. 17. ἐχθρὸν] ἐχθρῶν P. Manutius. REISK.

P. 580. v. 18. οὐδ' ἀφιέντα ἀφίησιν] De falsa legat. p. 377. l. 11. οὐδ' ἀφιέντων ἀφίησιν. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 55. Ad illum locum vicissim Marklandus nostrum comparavit. SCHAEFER.

P. 580. v. 18. ἀφίησιν] ἀνίησιν in antiquo suo Codice reperit Obsopoeus, licet priori lectioni magis accedat; nec tamen rationem istius consilii exponit. ἀνίησιν etiam habent Lindenbr. Ital. Reg. α. Vindob. et Ulpianus. TAYLOR.

P. 580. v. 22. ἐπαχθής] ἀπεχθής August. primus. REISK.

P. 580. v. 22. μείζων] μεῖζον August. primus. REISK.

P. 580. v. 23. ἐκάθητο] καθῆτο Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 580. v. 26. ἀντιβολοῦντος] καὶ ἀντιβολοῦντος edit. Benenati et Codd. Lindenbr. Vindob. et Ital. Recte. TAYLOR. Vulg. καὶ ἀντιβολοῦντος, καὶ abest ab August. primo, Aldina, Paulina. Copulam delevi. REISK.

P. 580. v. 28. *ἡγεῖτο — τόν γε φίλον*] Distingui potest: *ἡγεῖτο τὴν προβολὴν γεγενῆσθαι τότ', ἔδει τόν γε φίλον* etc. et melius propter istud, quod opponitur: *εἰ δὲ, καταγνοὺς ἀδικεῖν τότε, διὰ ταῦτ'* etc. MARKLAND. Marklando adeo non assentior, ut etiam mox *τότε* iungam, non antecedentibus *καταγνοὺς ἀδικεῖν*, sed sequentibus *διὰ ταῦτ' οὐχ ὑπήκουσε*. SCHAEFER.

P. 581. v. 2. *διὰ ταῦτ'*] *διὰ τοῦτο* August. primus. Et sic quoque mox iterum. REISK.

P. 581. v. 2. *προσκέκρουκεν ἐμοὶ*] Wolfius: *inimicus est*. Potius: *inimicus factus est*, nempe post celebrationem festi. Nam illo tempore non opitulatus est Eubulus Midiae: nunc, postquam inimicus factus est Demostheni, opitulatur. TURIN.

P. 581. v. 3. *ἔχει χαρίσασθαι*] *ἔχει αὐτῷ χαρίσασθαι* margo Lutetianae. REISK.

P. 581. v. 10. *δὲ*] *δ'* Bekker. Mox *ᾧ* mutandum in *ὧν*. SCHAEFER.

P. 581. v. 12. *ἐκείνως*] Scilicet *λαμβάνων παρ' ἐμοῦ δίκην κατὰ τοὺς νόμους*. REISK.

P. 581. v. 13. *ῥαδίως*] *ῥᾳδίως* Buttmann. SCHAEFER.

P. 581. v. 13. *ἔχεις*] Malim *ἔχῃς*. REISK. Maluit igitur quod soloecum est. SCHAEFER.

P. 581. v. 14. *τοῦτο ποιήσεις*] h. e. *κρινεῖς*. Ante Buttmannus p. 183. comparavit Herodot. V. 97. 16. SCHAEFER.

P. 581. v. 14. *πέπυσμαι*] *πέπεισμαι* August. primus, quod recte negat Fabricius seu Wolfius sibi placere. REISK.

P. 581. v. 15. *Διότιμον*] *δότιμον* (sic) August. primus. REISK.

P. 581. v. 16. *ἐξαιτήσεσθαι — παρ' ὑμῶν*] Forte *λιπαρήσειν καὶ ἐξαιτήσεσθαι παρ' ὑμῶν αὐτόν*. WOLF. Lambinus legit: — *λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν, αὐτὸν αὐτοῖς ἀξιοῦντας* etc. Quod sane non intelligo. Codd. quidem nonnulli praestantiores *ἐξαιτήσεσθαι τοῦτον καὶ λιπαρήσειν παρ' ὑμῖν*, sine *αὐτόν*. Quod sane pulcherrime confirmat optimi Wolfii coniecturam. TAYLOR. Vulg. *ἐξαιτήσεσθαι καὶ λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν αὐτὸν, αὐτοῖς ἀξιοῦντας* —. Post *ἐξαιτήσεσθαι* addit August. primus *τοῦτον*, omittens contra *αὐτὸν* v. 17. Correxi *ἐξαιτήσεσθαι τοῦτον καὶ λιπαρήσειν, παρ' ὑμῶν ἀξιοῦντας* —. *deprecando eum vobis esse erepturos, neque finem importunae flagitationi facturos, ut vos hanc sibi gratiam indulgeatis*. *λιπαρήσειν* non potest ante *ἐξαιτήσεσθαι* poni: cohaeret enim cum *ἀξιοῦντας* et est idem atque *λιπαρήσειν ἐν τῷ ἀξιοῦν*, *constantes, infatigabiles fore in orando*, vel *μετὰ λιπαρήσεως ἀξιώσειν*. REISK. *ἐξαιτήσεσθαι καὶ λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν αὐτόν, αὐτοῖς ἀξιοῦντας* Bekker. Vere. Est i. q. *ἐξαιτήσεσθαι καὶ ἐκλιπαρήσειν παρ' ὑμῶν αὐτόν*. De quo linguae graecae idiomate v. Ind. ad Poët. Gnom. p. 361. *ἐκλιπαρεῖν τι (τινὰ) παρά τινος* ea-

dem dicitur constructione qua ἐξαιτεῖσθαί τι (τινά) παρά τινος: quod Lexicographis notandum. SCHAEFER.

P. 581. v. 21. ἐνθυμεῖσθε] ἐνθυμεῖσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 581. v. 22. (ὃ μὴ γένοιτο οὐδ' ἔσται)] ὃ μὴ γένοιτο, οὐδ' ἔσται ποτέ· οὗτοι κ. τ. λ. Ven. Barocc. Aug. Reg. α. ὃ μὴ γένοιτο οὐδέποτε Ital. TAYLOR. Post ἔσται addit ποτέ August. primus ita, ut in ποτέ claudatur sententia puncto fixo, νῦν proximum insequens plane absit: fefellit enim Fabricius affirmans id ibi esse REISK. De hac formula v. novissimus editor Aristaeneti p. 598. SCHAEFER.

P. 581. v. 22. νῦν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 581. v. 25. ἀνθρώπων] Abest a Bavarico. REISK. Deletum malim. SCHAEFER.

P. 581. v. 28. ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο; —] Wolfius videtur legisse τάχα, *fortasse*. Post interrogationem autem restitue Oratoris responsum: οὔ· οὐδὲ γὰρ δεηθέντι etc. *Nequaquam: neque enim plebeio cuiquam* etc. Sic infra p. 586, 2. ἡ δὲ τῶν νόμων ἰσχὺς τίς ἐστιν; ἆρ', ἐάν τις ὑμῶν — βοηθοῦντες; οὔ· γράμματα γὰρ κ. τ. λ. Et ita alibi. Amittebatur οὔ in sequenti vocabulo οὐδέ. MARKLAND. Plane legendum: τάχα γ' ἂν χαρίσαιντο. IURIN. Vulg. — χαρίσαιντο. οὐδὲ γὰρ δεηθέντι —. οὐ γὰρ δὴ δεηθέντι Paris. secundus et quintus, Bavaricus. οὐ γάρ. ἢ δεηθέντι August. primus. Correxi: — χαρίσαιντο; οὐ γάρ; ἢ δεηθέντι —; *videnturne illi cuiquam gratiam facturi?* (aut *in gratiam alicuius de severitate quicquam remissuri?*) *quidni faciant? aut deprecanti cuiquam de popello mentem adversuri?* REISK. Commata haec, ταχύ — χαρίσαιντο et ἢ δεηθέντι — προσέχοιεν, non esse interrogationes, sed καταφάσεις εἰρωνικάς, quarum aliquanto maior quam interrogationum gravitas est, interserta formula οὐ γάρ; satis ostendit. Itaque signa interrogandi iure amoverunt Buttmann. et Bekker. Seagerus autem Oratorem parum intellexit, cum haec scriberet: „Demosthenem scripsisse credo: ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο; οἶδε γὰρ δεηθέντι τῳ τῶν πολλῶν προσέχοιεν;" Diar. Classic. LV. p. 56. SCHAEFER.

P. 582. v. 1. τῳ] τῳ encliticum omittit Bavaricus. REISK.

P. 582. v. 1. προσέχοιεν] Vulg. πρόσχοιεν. προσέχοιεν Paris. primus, August. primus. Correxi προσέχοιεν. Nam etiamsi aoristum serves, tamen deberet saltim πρόσσχοιεν cum duplici sigmate exarari. Sed illud dant codices. REISK. προσσχοῖεν Bekker. προσχοῖεν Dindorf. Aoristo usum esse Oratorem ostendunt ceteri optativi, χαρίσαιντο et εἴποιεν. Quod autem Dindorfius uno sigma scripsit, mihi quidem non displicet. Conf. quae obiter monui ad Gregor. Corinth. p. 681. Ut nihil causae fuisse videatur, cur Bekkerus in Anecd. p. 298, 16. 17. Codicis scripturam προσχεῖν mutaret in προςσχεῖν. SCHAEFER.

P. 582. v. 1. ἀλλ' οὐκ ἂν εὐθέως εἴποιεν] Aut τὸ οὐκ abundat, aut haec interrogative legenda. WOLF. ἀλλ' οὐ τὸν δὲ βάσκανον —, caeteris deficientibus, August. primus, Bayaricus, Paris. primus et secundus. REISK. Neque abundat negativa, nec legenda haec interrogative. Fugit Wolfium vis loci ironica. SCHAEFER.

P. 582. v. 2. Τὸν δὲ βάσκανον, τὸν δὲ ὄλεθρον] Velim repeti articulum τόνδε τὸν βάσκανον, τόνδε τὸν ὄλεθρον. WOLF. Vulg. τόνδε βάσκανον. τόνδε divisi in duo vocabula τὸν δὲ. REISK. Casu videtur factum ut Parisina daret τόνδε: nam statim recte dat τὸν δὲ ὄλεθρον. De hoc usu particulae δὲ v. Ind. Graecitat. p. 129., ubi Reiskius haec suo more vertit vernacule. — Post βάσκανον et ὄλεθρον Reiskius posuerat novitia signa exclamationis, repudiata etiam a Buttmanno et Dindorfio. SCHAEFER.

P. 582. v. 2. τοῦτον δὲ ὑβρίζειν; —] [τοῦτον δὲ ὑβρίζειν; ἀναπνεῖν δέ.] Legendum videtur: τοῦτον δὴ ὑβρίζειν, ἀναπνεῖν δέ; Reddendum vero latine, non, ut Wolfio: *hunc demum ita esse petulantem? ac efferri animis:* sed: *hunc ergo iniuriam facere, et adhuc respirare?* IURIN. Fortasse τοῦτον δὴ ὑβρίζειν. *Hunc* demum *esse petulantem!* TAYLOR. Falluntur. SCHAEFER.

P. 582. v. 2. ὑβρίζειν; ἀναπνεῖν] Subaudi ἐάσομεν, aut ὑπομενοῦμεν, aut δεήσει, aut tale quid. REISK.

P. 582. v. 3. ἀναπνεῖν] Καὶ πῶς ἂν οἷόν τε ζῆν ἄνευ τοῦ ἀναπνεῖν; Quare legendum videtur μέγα πνεῖν, ταὐτὸ τῷ μέγα φρονεῖν ὄν. WOLF. Verbum ἀναπνεῖν Wolfius vertit *efferri animis:* quam recte, nescio. *) MARKLAND. ἀναπνεῖν differt paulum a ζῆν. ζῇ servus, non ἀναπνεῖ, quod solummodo libero convenit. *libere respirare* est in sermone oratorum *libere loqui quae velis.* REISK.

P. 582. v. 3. ἔδει] Bekkerus: „δεῖ P. O." Miror hoc nondum illatum esse in textum. V. not. ad p. 499, 15. — Post ἔδει vulgo positum interrogandi signum amovi. Amovit etiam Buttmannus. SCHAEFER.

P. 582. v. 4. ἄλλως πως] Subaudi ἢ ὅπως προσδοκῶ παρ' ὑμῶν καὶ ὑμᾶς προσήκει ἔχειν. V. p. 537, 3. Vel etiam ἢ αὐτὸς ὁ Μειδίας ἔχει πρὸς ὑμᾶς. REISK. V. viri egregii not. ad p. 537, 5., ubi interpretatur μαλακώτερον τοῦ δέοντος. Omnia haec vera, si sensum spectes. Sed quid opus his interpretandi molimentis? Simpliciter enim inter se opponuntur οὕτω et ἄλλως πως. ἄλλως ἔχειν τινί compares cum illis, χαλεπῶς ἔχειν τινί p. 498, 11., ἀηδῶς ἔχειν τινί p. 500, 16. SCHAEFER.

P. 582. v. 5. μηδὲ τὸν πλοῦτον] Haec addidi ex editt. anti-

---

*) Nempe Wolfius vertit, non scripturam vulgatam, sed suam ipsius coniecturam. Quod videtur etiam Iurinum fugisse. SCHAEFER.

quis et MSS. Wolfius, credo, incuria sua omisit, consilio certe reiicere non potuit. TAYLOR.

P. 582. v. 7. τούτους] τούτοις August. primus, mendose. REISK.

P. 582. v. 8. κοινὴν ἡμῖν] Vulg. ὑμῖν κοινήν. κοινὴν ἡμῖν August. primus. Etiam Bavaricus dat ἡμῖν. REISK. ἡμῖν κοινὴν Bekker. SCHAEFER.

P. 582. v. 11. μὲν] Abest a Paris. secundo, Bavarico, August. primo, Aristide *T.* p. 180. REISK. Omiserunt Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 582. v. 11. ὑμῶν] ὑμῖν Aristides. REISK.

P. 582. v. 12. περιϊόντ'] Legi posset et melius forsitan περιόντ' in nominativo, *superflua, abundantia.* SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 56. περιόντ' repertum in optimo Bekkeri libro recepit Buttmann. Anceps optio. Ut enim περιόντ' perappositum sit, tamen locutionem videtur onerare notione supervacanea. Hoc non valet in vulgatam: quippe περιϊόντ' ὑβρίζειν fere idem significat quod ὑβρίζειν τὸν τυχόντα. — Mox corrig. περιαιρεθῇ. SCHAEFER.

P. 582. v. 15. βοηθήσητε] κριθήσετε Paris. primus, quod plane nihili est. REISK.

P. 582. v. 15. μὴ εὐορκεῖτε] Vulg. μηδὲ ε. μὴ simplex dat August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 582. v. 15. εὐορκεῖτε] εὐορκῆτε Bavaricus. REISK. Adverte praesens h. l. copulatum cum aoristis nullo significationis discrimine, quod a temporum diversitate pendeat. Nam μὴ εὐορκεῖτε quid aliud quam μὴ ποιήσητε ὡς ὀμωμόκατε? Conf. not. ad p. 494, 17. SCHAEFER.

P. 582. v. 16. τι] Malim οὗτοι. V. p. 581, 20. *si hi orabunt*, quos p. 581, 14. et 15. nominavit. REISK. Non attendit vim enclitici. Sensus: *si quid petant, quidquid petant.* SCHAEFER.

P. 582. v. 18. πλουτήσῃ] πλουτήσει Lambinus. Confirmatur ab Ital. et nostris Ven. Barocc. Vindob. TAYLOR. πλουτήσει Bavaricus: et sic voluit Lambinus. REISK. πλουτήσει, quod poscebat syntaxis, Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 582. v. 18. εἰσὶ μὲν εἰς τὰ μάλιστα] εἰσὶ μὲν εἰσὶ τὰ μάλιστα Barocc. et Reg. α. TAYLOR. Item August. primus. REISK. Nulla hic vis est verbi iterati. SCHAEFER.

P. 582. v. 20. αὐτοὶ] αὐτῷ Bavaricus. Forte fuit in libris quibusdam — μάλιστα ὁμοίως αὐτῷ πλούσιοι. REISK.

P. 582. v. 21. εἰσεληλύθατε] εἰσήλθετε Paris. primus, August. primus. συνεληλύθατε Paris. quintus. REISK. εἰσήλθετε Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 582. v. 25. χρήματα] χρήματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 582. v. 25. πρόοιντ'] Bekkerus: „προεῖντ' correctus v.“

V. not. ad p. 70, 10. coll. praefat. Bekkeri ad Thucydid. p. IV. (a. 1824.). SCHAEFER.

P. 582. v. 28. παρίασι] F. πάρεισι. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 56. *παρίασι, prodibunt* ad Midiam defendendum. SCHAEFER.

P. 583. v. 1. προήσθε] προῆσθε Dindorf. V. Bekkeri praefat. ad Thucydid. l. c. SCHAEFER.

P. 583. v. 1. τούτων] τοῦτον August. primus. REISK.

P. 583. v. 1. ἰδίων] Scribitur ἰδίᾳ, idque multo rectius, in optimis exemplaribus, Obsop. et Vindob. TAYLOR. ἰδίᾳ August. primus, Bavarici margo, Paulina. REISK. ἰδίᾳ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 583. v. 2. σπουδάσεται] σπουδάσει margo Lutetianae. Non memini σπουδάζεσθαι in medio dici, sed in activo, ut statim v. 5. σπουδάσατε. Quare malim σπουδάσει. Et sic dedi de meo ad hunc modum: σπουδάσει, οὕτω καὶ ὑμεῖς. REISK. Oblitus est Reiskius mutare textus vulgatam. Quod feliciter cecidit: nam est sanissima. Fugit autem virum doctissimum ratio formae mediae futuri. In H. Stephani Thes. c. 8612. D. citavi Lucianum T. V. p. 138. ed. Bip., ubi eandem futuri formam legas: καὶ ἔμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ ὀρχηστικὴν οὐ μετρίως σπουδάσεσθαι. Quo loco etiam Spaldingius adversus Reiskium usus est. Sed optimus idemque mihi desideratissimus Heindorfius videndum ne calidior fuerit, cum Addend. ad Platonis Phaedrum p. 361. haec scriberet: „σπουδάσω pro σπουδάσομαι vereor ne soloecum sit.“ Conf. not. ad p. 538, 13. SCHAEFER.

P. 583. v. 6. καὶ γὰρ — ἦν δεινόν.] Citant Anecd. Bekk. p. 122. s. SCHAEFER.

P. 583. v. 7. Μειδίου] Μειδίαν Anecd. Bekk., invito Grammatico. SCHAEFER.

P. 583. v. 8. μὴ γεγενῆσθαι] Sub. δεινὸν οὐδέν. *nihil tam grave esse admissum, non factas esse illas iniurias.* Parum placent haec, nec quicquam occurrit melius. WOLF. Atqui mens loci est in propatulo, quam qui non videt, eum ex industria fugisse arbitror. *Si in priori actione* (quae scilicet apud populum fiebat, antequam ad iudices esset relata) *si, inquam, in ista contentione Midiam absolvisset populus, istud non aegre tulissem. Multa sunt, quae animum recreassent. Dici enim ibi potuit, aut non esse latam hanc contumeliam, aut, si lata esset, nihil quicquam ad festi religionem spectare, et multa alia praeterea huiusmodi calamitatem levassent. Iam autem* et quae sequuntur. TAYLOR. Nullus dubito post γεγενῆσθαι deesse ὕβριν aut ὕβρει, *iniuriam, quae mihi esset illata, non esse contumeliae ergo et ex petulantia atque protervitate illatam.* V. v. 25. s. REISK. τις [v. 10.], δηλονότι τῶν τότε δικασάντων, τοῦ δήμου. Haeret Wolfius. Taylorus refert τις ad Demosthenem ipsum. Verum non potuit Orator ipse

vel de facto vel de qualitate dubitare: de illis aliquis, qui tunc iudicarunt, ὅτ' ἦν ἡ προβολή, cum in re praesenti forsitan non fuisset, dubitare potuit. Locus ita explicatus nec Reiskii emendatione egere videtur. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 56. Bene vir doctissimus τις non retulit ad ipsum Oratorem. Sensus: Nam rem non accidisse, et, si acciderit, non pertinuisse ad festum, et multa alia eiusdemmodi posses ad te ob sententiam pro Midia latam excusandum causari. SCHAEFER.

P. 583. v. 11. νῦν δὲ τοῦτο — τοιαῦτα λέγοντες· ἐπειδὴ δὲ —, ἀποψηφίζεσθε ὑμεῖς.] Legendum sine nota interrogationis: nam hoc totum una est senténtia. IURIN. Haec periodus ita procedit: νῦν δὲ τοῦτο καὶ πάντων ἄν μοι δεινότατον συμβαίη, εἰ παρ' αὐτὰ μὲν τἀδικήματα οὕτως ὀργίλως — ἔχοντες ἐφαίνεσθε, ὥστε —· ἐπειδὴ δὲ κεχειροτόνηται μὲν ὕβρις τὸ πρᾶγμα εἶναι, — τηνικαῦτ' ἀποψηφιεῖσθε ὑμεῖς. Male in Wolfianis extrema haec interrogative notantur. TAYLOR. Post v. ὑμεῖς v. 28. etiam Reiskiana habet signum interrogationis. Correxi cum Buttmanno et Bekkero. SCHAEFER.

P. 583. v. 12. μὲν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 583. v. 15. καί τινων] καὶ τῶν ἄλλων Barocc. Aug. Regg. α. ε. et Vindob. TAYLOR. καὶ τῶν ἄλλων August. primus. REISK. Vulgatam tuentur quae dedi in L. Bosii Ellips. p. 27. SCHAEFER.

P. 583. v. 15. τῶν σφόδρα τούτων πλουσίων] Bekkerus: „τούτων post πλουσίων ponunt P. Y. O." Vulgaris ordo praeferendus ut reconditior. Passim τὰ αὐξητικὰ ἐπιῤῥήματα sic disiunguntur a vocibus ad quas referenda sunt. SCHAEFER.

P. 583. v. 16. μὴ ἀφεῖναι] Midiam puta. *remittere aliquem inimicum* est ei simultatem suam remittere, cum eo in gratiam redire. REISK.

P. 583. v. 17. Βλεπαίου] Hic est fortasse, quem nominat Alexis in Comoedia apud Athenaeum l. 6. p. m. 121.:

Ὁ Κόρυδος οὗτος, ὁ τὰ γέλοι' εἰθισμένος
Λέγειν Βλεπαῖος εἶναι βούλεται νοῦν γ' ἔχων·
Πλουτεῖ γὰρ ὁ Βλεπαῖος.

TAYLOR.

P. 583. v. 18. ἀνεκράγετε] ἀνακεκράγατε Ital. TAYLOR.

P. 583. v. 18. τοῦτ' ἐκεῖνο] [παρ' ἐκείνου.] τοῦτ' ἐκεῖνο editt. et MSS. quamplurimi, dissentiente Wolfio. Sed defendi potest lectio Codd. eamque bene explicat Scholiastes. Margo Paris. habet τότ' ἐκεῖνα. TAYLOR. Forsitan habet e coniectura Lambini. Vulgata bene habet et est in elegantiis Atticis. Subaudi ὡς τοῦτ' ἐκεῖνο ποιήσοντος ἐμοῦ, ὃ ὑμεῖς ἐφοβεῖσθε καὶ οὐκ ἐβούλεσθε, τουτέστι ληψομένου ἀργύριον, *quasi illud ipsum, quod vos metueretis atque nolletis, sim facturus, hoc est pecuniam accepturus.* Usurpatur dictio τοῦτ' αὐτὸ, cum volunt significare illud ipsum,

de quo agitur, de quo quis aut loquitur, aut suspicatur, aut exspectat, aut metuit. REISK. Rectius hic subaudias τὸ εἰωθὸς γίγνεσθαι, ut alibi τὸ εἰωθὸς λέγεσθαι. V. not. ad p. 268, 15. Reisigius Coniectan. p. 279. et Matthiae ad Euripid. Orest. 792. SCHAEFER.

P. 583. v. 21. θοἰμάτιον] τὸ ἱμάτιον Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. θοἰμάτιον Dindorf. SCHAEFER.

P. 583. v. 22. φεύγοντα ἐκεῖνον ἕλκοντά με] Accipi sic debet, ac si dixisset orator: ἐν τῷ φεύγειν ἐμὲ ἀπ' ἐκείνου ἕλκοντος ἐμὲ ἐκ τοῦ ἱματίου, *cum fugere vellem eum, qui me retraheret ex veste apprehensum.* REISK.

P. 583. v. 22. ἐκεῖνον ἕλκοντά] ἐκεῖνον δ' ἕλκοντά August. primus. REISK.

P. 583. v. 22. καὶ μετὰ ταῦτα ἀπαντῶντες — λέγοντές] *etiam postea, quoties mihi obviam essetis facti — dictitantes.* SCHAEFER.

P. 583. v. 23. ἐπέξει] ἐπεξιέναι καὶ ἐπεξελθεῖν est ius suum persequi. Lego ὅπως ἐπεξίῃς vel ἐπεξίῃ, ab ἐὰν ἐπεξίωμαι. Quod non placet, nihilo magis quam ἐπέξῃ, cuius vocis formationem me ignorare fateor. WOLF. [ἐπέξῃ.] ἐπεξῇ Reg. β. ἐπεξίῃ ε. ἐπέξει vel ἐπεξῇ Ital. ἐπέξει Vindob. Ita etiam legit H. Stephanus Thes. L. Gr. Tom. 1. col. 1139. Vid. Budaei Comment. p. 87. TAYLOR. Vulg. ἐπέξῃ. ἐπέξει Bavaricus. Et sic correxi. Est secunda persona singularis praesentis activi a verbo ἐπέξειμι, *persequor in iure.* Praesens tempus verbi εἶμι et ab eo ductorum usurpant Attici pro futuro. V. Kusterus ad Aristophan. [Plut. 70.]. REISK. V. not. ad p. 753, 2. SCHAEFER.

P. 583. v. 23. Μὴ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 583. v. 23. διαλύσῃ] διαλύσει Bavaricus. REISK. Recte διαλύσει Bekker. continuans ὅπως ἐπέξει τῷ μιαρῷ καὶ μὴ διαλύσει. *Dass du ja den Bösewicht gerichtlich belangst und dich nicht mit ihm in Güte verträgst.* SCHAEFER.

P. 583. v. 25. τοιαῦτα λέγοντες] F. καὶ τοιαῦτα λέγοντες. WOLF. τοιαῦτα, *et alia in hunc modum.* καὶ addi nil opus est: omitti potius in eiusmodi locis solet. REISK.

P. 583. v. 25. ἐπειδὴ δὲ] [ἐπεὶ δὲ.] Male Wolfius edidit ἐπεὶ δή, quod mendum mecum sustulit Ital. TAYLOR. Vulg. ἐπειδή. ἐπεὶ δὲ Bavaricus. Dedi ἐπειδὴ δὲ. REISK.

P. 583. v. 26. ὕβρις] Vulg. ὕβρεις. ὕβρις August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 583. v. 26. ἐν ἱερῷ] V. Boeckhius in Actis Acad. Boruss. a. 1818. 1819. p. 65. SCHAEFER.

P. 583. v. 26. κρίνοντες] Pro κρίνοντες rectius cum Reg. α. κρίναντες. TAYLOR. κρίναντες August. primus. REISK. Sic Buttmann. Nostram scripturam non repudiem. οἱ ταῦτα κρίνοντες est i. q. οἱ τούτων κριταί. SCHAEFER.

P. 583. v. 27. κἀγὼ] Recte ἐγὼ Bekker. SCHAEFER.

P. 583. v. 28. ἀποψηφιεῖσθε] Vulg. ἀποψηφιεῖσθαι, vitio typographico. ἀποψηφιεῖσθε August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK.

P. 584. v. 1. εἰμὶ δ' οὐ — τῶν Ἑλλήνων.] Haec aliquanto melius sic interpungunt Buttmann. et Bekker.: εἰμὶ δ' οὐ τούτων ὑμῖν ἄξιος (πῶς γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι;) κρίνων — τῶν Ἑλλήνων. Quanquam malim: (πῶς γάρ;) ὦ ἄνδρες —. V. not. ad p. 673, 20. SCHAEFER.

P. 584. v. 3. καὶ δοκοῦντα] Istud καὶ habes ex Barocc. Obsop. Aug. et Vindob. TAYLOR. Vulg. δοκοῦντα. καὶ δοκοῦντα August. primus, Bavaricus. Addidi copulam. REISK. Hac scriptura Fr. A. Wolfius mire abusus est ad p. 498, 10. SCHAEFER.

P. 584. v. 6. αὐτοῦ] αὐτοῦ Aldina, Paulina. ἑαυτοῦ Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 584. v. 6. ἐπιδημοῦντας] Vulg. ἐπιδημήσαντας. ἐπιδημοῦντας Paris. primus et quintus, August. primus. Et sic correxi. REISK. ἐπιδημήσαντας Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 11. καὶ ἀγαθοὶ] κἀγαθοὶ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 12. ἄλλου τινὸς] κέρδους ἢ ἀνανδρίας. Sic de re mala ἄλλο τι passim dicitur. Plutarchus Moral. T. I. p. 744. Wytt. ἂν ἄλλο τι γνῶσι περὶ ἡμῶν Ἀθηναῖοι. Interpres: *si quid sinistrum de nobis statuerint Athenienses.* SCHAEFER.

P. 584. v. 12. ἡττᾶσθαι] ἡττᾶσθε August. primus, Bavaricus. γρ. ἡττῆσθαι margo Lutetianae, forsan e coniectura Lambini. REISK. Bekkerus: „ἥττησθε P. S. Y. O.“ Igitur vix repugnem, si quis ἡττῆσθαι malit. SCHAEFER.

P. 584. v. 15. ὥσπερ] ὅσπερ P. Manutius. REISK.

P. 584. v. 15. Ἀριστοφῶν] Post h. v. videtur ὃς desiderari. Constructio enim haec est: οὐ γὰρ Μειδίας κρίνεται ἐκ πολιτικῆς αἰτίας, οὐδὲ ὥσπερ Ἀριστοφῶν ἐκρίνετο, ὃς ἔλυσε τὴν προβολὴν διὰ τοῦ ἀποδιδόναι τοὺς στεφάνους. Videtur hic Aristophon alicui tribui per fraudulentas machinationes coronam et victoriam ludorum eripuisse. Cuius fraudis cum reus ageretur postmodum a tribu sic laesa, satisfecit ei restituenda corona unaque victoriae laude, cuius victoriae signum est corona. Sublata sic fuit atque composita tribus illius in Aristophontem suscepta activo. Non sic Midias cum Demosthene aut cum tribu Pandionide. REISK. Diversa narrat Scholiastes addubitata a Reiskio in vernacula Demosthenis interpretatione T. III. p. 263. Sed cur malumus nova comminisci quam audire barbatum magistrum, qui suae auctores narrationis habuisse videatur? Fallitur autem vir optimus pronomen relativum desiderans. Buttmannus Addend. p. 161.: „De hac particularum οὐχ ὥσπερ constructione vid. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 574.“ SCHAEFER.

P. 584. v. 16. *καὶ*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 584. v. 17. *μηδὲν*] Post h. v. addunt *ἂν* August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK. Addiderunt Buttmann. et Bekker. Ille recte subaudit: si vel maxime vellet. SCHAEFER.

P. 584. v. 17. *πότερον*] *πότερ'* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 18. *τούτου γενομένου*] *ἐπειδὴ τοῦτο γέγονε. τὸ τί δέ; ἡ ὕβρις, ἢ ἡ καταχειροτονία, ἢ ἄμφω ταῦτα;* WOLF. *ἐπειδὴ ἐξ ὕβρεως — κρίνεται.* SCHAEFER.

P. 584. v. 18. *κρεῖττον — ἢ νυνὶ*] Vulg. *κρεῖττον ἦν εὐθὺς ἢ νυνὶ. κρεῖττον αὖθις ἢ νυνὶ* August. primus, ubi Fabricius seu Wolfius adscripsit suum *perperam*, ipse meritus hac tam importuna annotatione eandem notam. Scilicet vim vocabuli non percipiebat. Idem *αὖθις* est etiam in Bavarico. Correxi *αὖθις*. *in posterum*, *olim aliquando*. Quod hic *αὖθις*, id p. 585, 22. *τότε* appellat. REISK.

P. 584. v. 18. [*ἦν*]] Verbum delevit Buttmann. iam a Spaldingio omissum. Delevit etiam Dindorf. Neque ego puto ferri posse. SCHAEFER.

P. 584. v. 19. *οἴομαι*] *οἶμαι* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 19. *πάντ'*] Malim *ταῦτ'*. REISK. Cur maluerit, non intelligo. SCHAEFER.

P. 584. v. 20. *ἐφ' οἷς*] Post *ἐφ' οἷς* addit Bavaricus *νῦν*. REISK. Addidit Buttmann. Non imiter. SCHAEFER.

P. 584. v. 21. *οὐδὲ*] *οὐδ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 21. *ἃ*] Vulg. *οἷα*. *ἃ* August. primus. Et sic correxi. REISK. *οἷα* Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 25. *οὐδὲ*] *οὐδ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 25. *οὐδὲ ἐχορηγεῖθ'*] Recte haec secundum optimos Codd., Vindob. Aug. et Barocc., et editionem Benenati. Vulgariter *οὐδὲ χορηγεῖθ'*. TAYLOR. *οὐδὲ χορηγεῖθ'* Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK.

P. 584. v. 26. *ἂν οὐδέποθ'*] *ἂν ποθ'* Paris. primus, August. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 584. v. 28. *αὐτὸν*] *αὐτὸν* Bekker. Vere. Formulae *ἕκαστος αὐτὸς* et *αὐτὸς ἕκαστος* usus sunt satis frequentis. V. quae collegi in H. Stephani Thes. c. 3655. D. SCHAEFER.

P. 585. v. 1. *ἀδικηθησόμενον*] Vulg. *ἀδικησόμενον*. *ἀδικηθησόμενον* Paris. primus et quintus, August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK. *ἀδικησόμενον* Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 585. v. 1. *μὴ παρορᾶν — φυλάττεσθαι*] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 19. SCHAEFER.

P. 585. v. 3. *φυλάττεσθαι*] Ita editt. et MSS. Wolfius *φυλάττεσθε*. TAYLOR.

P. 585. v. 3. μισεῖ Μειδίας κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 180. REISK.

P. 585. v. 3. ἴσως] Non ignoro huius adverbii usum in re haudquaquam dubitabili: tamen si qui libri ex hoc commate ablatum proximo iungerent, eos equidem perlibenter sequerer. SCHAEFER.

P. 585. v. 3. δέ γε ἕκαστον] Vulg. δ' ἕκαστον. δέ γε ἕκαστον August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 585. v. 5. συγχωρήσαιτ' ἂν] [συγχωρήσετ' ἄν.] In MSS. συγχωρήσαιτ' ἂν, ut Ven. Barocc. aliique. συγχωρήσετε τοῦτον Ital. et Lindenbr. Vid. cl. Markland. ad Leptineam p. 494, 21. TAYLOR. Vulg. συγχωρήσετ' ἄν. συγχωρήσαιτ' ἂν margo Lutetianae, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 585. v. 5. τοῦτον] Sic etiam Bavaricus, sed cum ω super ο. REISK.

P. 585. v. 5. ἕκαστον] Vulg. ἕκαστος. Malim ἕκαστον in accusativo. Et sic dedi de meo. Idem est ac si dixisset: ὅστις ἐστὶν ὁ μισῶν ἕκαστον ὑμῶν, *quisquis ille est, qui vestrum quemque odit*. REISK. ἕκαστος bene revocarunt Buttmann. et Bekker. Probavit etiam Heindorfius ad Platon. Phaedon. p. 241. SCHAEFER.

P. 585. v. 6. γενέσθαι] γίνεσθαι August. primus. REISK. γίγνεσθαι Buttmann. SCHAEFER.

P. 585. v. 6. ἅπερ οὗτος ἐμὲ] E sequente infinitivo ποιῆσαι subaudi ἐποίησεν. V. not. ad Poët. Gnom. p. 228. SCHAEFER.

P. 585. v. 7. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι August. primus. REISK. οἶμαι Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 585. v. 8. πρόεσθε] πρόησθε editt. Felician. et Manut., item Codd. Barocc. Ital. Obsop. Aug. et Regg. α. ε. TAYLOR. πρόησθε August. primus. REISK. πρόησθε Buttmann. et Bekker. Paulo melius προῆσθε Dindorf. V. not. ad p. 583, 1. De imperativo aoristi cum particula vetante iuncto v. not. ad p. 500, 17. coll. not. ad Poët. Gnom. p. 155. SCHAEFER.

P. 585. v. 8. ὁρᾶτε δέ· αὐτίκα —] [ὁρᾶτε δὲ αὐτίκα —.] Distinguendum: ὁρᾶτε δέ· αὐτίκα —. MARKLAND.

P. 585. v. 8. δέ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 585. v. 12. οὔτ' εἰ μὴ φίλος] Absunt a Bavarico. REISK.

P. 585. v. 12. αὐτῷ] αὑτῷ Buttmann. SCHAEFER.

P. 585. v. 12. εἰ] ἢ August. primus. REISK.

P. 585. v. 13. οὐδ' εἰ] Vulg. ἤ. Pro hoc ἢ dat August. primus οὐδ'. Itaque correxi partim Marte meo, sed et ab Augustano admonitus et adiutus, οὐδ' εἰ. REISK.

P. 585. v. 16. αὐτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 585. v. 16. ὑβρίζειν] ὑβρίσειν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 585. v. 17. ἐφ' ῇ ἀδείᾳ] Vulg. ἐφ' ἣν ἄδειαν. Aut ἐφ' ἧς ἀδείας est legendum, aut ἐφ' ῇ ἀδείᾳ, quomodo de meo dedi. *in qua securitate* aut *sub pacto cuius securitatis.* REISK.

P. 585. v. 18. καὶ τίνι χρή με λογισμῷ κ. τ. λ.] Rotundius haec et castigatius in quibusdam exemplaribus leguntur ita: καὶ τίνι χρή με λογισμῷ ταῦτα παθόντα ζῆν, εἰ περιόψεσθέ etc. Codices enim quasi tantologice scriptam, περιεῖναι alii, alii vocem ζῆν negligunt. Quos laudo. TAYLOR. περιεῖναι abest a Paris. primo, August. primo. Ab iisdem et Bavarico abest καὶ ante ζῆν. Codicum discrepantia h. l. suspicionem vitii mihi movit. Brevibus dicam, quid de eo mihi videatur. F. legendum est: — περιεῖναι ταῦτα παθόντα, ζῆν εἰ περιόψεσθε τοῦτον νῦν ὑμεῖς ἀτιμώρητον; *Qua iam mente potero his, quas perpessus sum, iniuriis supervivere, si vos hunc sinetis inultum in vivis manere?* REISK. καὶ ζῆν delevit Bekker. Restituit Dindorf. Iure, ut opinor. περιεῖναι καὶ ζῆν non minus recte dicitur quam ζώντων καὶ ὄντων p. 248, 25., ubi v. quae adscripsi. Alia eiusdemmodi exempla dedit Dindorfius praefat. p. VI.: sed accommodatissimum Buttmannus Addend. p. 161. Herodoti III. 80. περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι. SCHAEFER.

P. 585. v. 20. εἰ περιόψεσθέ] εἴπερ ὄψεσθέ August. primus. REISK.

P. 585. v. 20. με] Abest a Bavarico. REISK.

P. 585. v. 20. Θάῤῥει, νὴ Δία φήσειέ τις ἄν] θάῤῥει, νὴ Δία, φήσειέ τις ἂν Reisk. et Buttmann. θάῤῥει νὴ Δία, φήσειέ τις ἄν Bekker. SCHAEFER.

P. 585. v. 21. ἐὰν δὲ] Sub. ὑβρισθήσωμαι. WOLF. Scilicet ὑβρισθῶ. *Quod si tamen iniuria contumeliosa afficiar, vosne tunc animadvertetis, posteaquam nunc absolveritis?* REISK. Recte Reiskius: secus Wolfius, cuius ratio laborat soloecismo. SCHAEFER.

P. 585. v. 24. ὅτῳ] τῷ August. primus. τίνι τῷ Bavaricus. Forte voluit τίνι πώποτ' εἰσὶν. REISK. τῷ Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 585. v. 25. ἰσχυροὶ] Wolfius: *sacrosancti.* Potius: *potentes.* Modo pro *valeat* lege *valeant.* IURIN. Ante h. v. corrig. δικάζοντες. SCHAEFER.

P. 585. v. 25. πόλει] πολιτείᾳ Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 585. v. 26. ἄν τε διακοσίους] Observa incertum iudicum numerum. WOLF. Bekkerus: „διακοσίους] πεντασίους rec. k." Librarius voluit πεντακοσίους. Quomodo fuerunt qui hic scribi vellent, dissentiente Schoemanno Dissertat. de Sortit. Iudic. p. 24. S. SCHAEFER.

P. 585. v. 26. ὁπόσους ἂν] ἀποσουσοῦν Paris. primus, Au-

gust. primus, Lessingianus. REISK. ὁποσουσοῦν Buttmann. Vulgata, quae mihi videtur certior, sic resolvenda: ἂν θ' ἡ πόλις καθίσῃ ὁπόσους ἂν καθίσῃ. SCHAEFER.

P. 585. v. 28. εὕροιτ' ἂν] Subaudi εἶναι ἰσχυροὶ καὶ κύριοι τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων. SCHAEFER.

P. 586. v. 1. τοὺς δικάζοντας] Uncis inclusit Bekker. Summo iure. Tam foede enim haec verba τὸ ἑξῆς discerpunt et dilacerant, ut nullo modo ferri posse videantur. SCHAEFER.

P. 586. v. 2. ἀλλὰ τῷ τοὺς νόμους ἰσχύειν] Vulgo ἀλλὰ τὸ τοῖς νόμοις ἰσχύειν. Quae est lectio parum accurata. τῷ habent editt. Manut. et Lutet. *) et Cod. Vindob. τοὺς νόμους etiam margo Paris. Expresse denique ἀλλὰ τῷ τὸν νόμον ἰσχύειν Ital. Est et alia varietas lectionis in nonnullis, uti in Lindenbr. et Obsop., ἀλλὰ τῇ τῶν νόμον ἰσχύϊ. Quam scripturam vel fortasse meam **) confirmabunt ea, quae proxime sequuntur. TAYLOR. Vulg. τοῖς νόμοις. Correxi τοὺς νόμους, tametsi auctorem huius emendationis habeo neminem praeter marginem Lutetianae; qui tamen ne ipse quidem auctorem suum edidit: ut nesciam, si ne ea Morelli Lambinive coniectura, an lectio in antiquo libro quodam reperta. REISK. Hanc notam Reiskii operae perperam retulerunt ad p. 585, 23. SCHAEFER.

P. 586. v. 5. δύναιντ'] Ita secundum Barocc. et Ital. loco τοῦ δύναιτ' aliorum. δυνήσαιντ' ***) Vindob. TAYLOR. Vulg. δύναιτ'. δύναιντ' August. primus. Et sic correxi. Redit enim, non ad γράμματα, sed ad νόμοι. REISK. Eodem redit ἐστί. Quod si quis de tironibus miretur ἐστὶ dedisse Oratorem, non εἰσί, consulat Matthiae Grammat. Graec. §. 304. p. 423. SCHAEFER.

P. 586. v. 6. αὐτῶν ἡ δύναμίς] ἡ δύναμις αὐτῶν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 586. v. 6. ἐὰν] Refertur ad τίς: quod notandum. Sic ὅταν refertur ad τὶ p. 640, 13. 17. ad pronomen demonstrativum p. 676, 13. Conf. quae de enuntiationibus chronicis scripsi ad Porsoni Hecub. p. 13. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 586. v. 7. κυρίους] κυρίως August. primus. REISK.

P. 586. v. 7. ἀεὶ τῷ δεομένῳ] Poterat scribi τῷ ἀεὶ δεομένῳ, ut p. 585, 25. scriptum est οἱ ἀεὶ δικάζοντες. Sed cave credas hunc ordinem esse perpetuum. V. not. ad p. 572, 7. SCHAEFER.

---

*) Adde: Ald. quoque et Herwag. prima, et ipsa quoque Wolf. seu Herwag. postrema: unde constat hoc vitium solius esse Francofurtanae. REISK.

**) Suam appellat hanc lectionem: ἀλλὰ τῷ τοὺς νόμους ἰσχύειν. REISK.

***) V. Lobeckius Parerg. ad Phrynich. p. 719. SCHAEFER.

P. 586. v. 10. ὥσπερ ἂν αὐτῷ τις ἀδικουμένῳ] Subaudi βοηθοίη. SCHAEFER.

P. 586. v. 11. τὰ τῶν νόμων ἀδικήματα] Idem est atque τὰ κατὰ τῶν νόμων ἀδικήματα. *iniuriae legum*, quae in leges committuntur, quibus leges violantur. REISK. Compares οὓς ἐπ' ἀδικίᾳ τῆς πόλεως τιθέασι p. 745, 2. SCHAEFER.

P. 586. v. 12. μήτε ἔλεον] Addidi has voces ex MSS. Ven. Barocc. Lindenbr. Obsop. Aug. Ital. Vindob. et edit. Paris. TAYLOR. Absunt ab Aldina et Paulina, item Wolfiana. REISK. μήτ' ante ἔλεον et ἄνδρα Bekker. SCHAEFER.

P. 586. v. 13. μηδεμίαν] Post h. v. videtur ἐᾶν deesse. *neque permittere, ut inveniatur.* REISK.

P. 586. v. 16. ἐσυρίττετε — ταῦτ' ἐποιεῖτε] Vulgo ἐσυρίττετε, ὥστε ἃ μίσους ἐστὶ, ταῦτ' ἐποιεῖτε. Vocem σημεῖα addunt fere omnes libri scripti, Vindob. Barocc. margo Paris. Obsop. Ital., cum editt. Manut. et Felic. Quae postrema editio ἐκράγατε. ἐκεκράγατε Manut. ἐκεκράγειτε Obsop. Lambinus ait, se cum Harpocratione malle legere: ἐσυρίττετε, καὶ ἐκλώζετε, καὶ πάντα, ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα. Vide Harpocrationem v. Ἐκλώζετε. TAYLOR. Vulg. ἐσυρίττετε. ὥστε ἃ μίσους ἐστὶ, ταῦτ' ἐποιεῖτε. Post ἐσυρίττετε addidit Taylorus in editione sua καὶ ἐκράγετε, et post μίσους addidit v. σημεῖα. Etiam in August. primo est σημεῖα. Margo Bavarici sic dat: γρ. ἐκεκράγετε καὶ πάντα ἃ μίσους σημεῖα ἐποιεῖτε (sine ἐστὶ). In texto Paulinae sic est: ἐσυρίττετε καὶ ἐκεκράγατε καὶ πάντα ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα ἐποιεῖτε. Sed index eius sic dat: ὥστε ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα ταῦτα ἐποιεῖτε. Post ἐσυρίττετε addidi ex Harpocratione καὶ ἐκλώζετε. Item post ἐστὶ addidi σημεῖα, non facturus, nisi codicum consensus id iussisset. REISK. ἐσυρίττετε καὶ ἐκλώζετε, καὶ πάντα ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα ἐποιεῖτε Bekker. SCHAEFER.

P. 586. v. 21. ὅτε] Ita ex editt. et MSS. Male Wolfius sive eius operae ὅτι. TAYLOR. Non peccavit Wolfius neque eius operae: nam in Herwag. postrema recte est ὅτε: sed peccarunt operae Francofurt. REISK.

P. 586. v. 21. προὐβαλόμην] προὐβαλλόμην Buttmann. SCHAEFER.

P. 586. v. 22. εἰς ἱερὸν καθεζόμενος] Supra dixit in aede Bacchi condemnatum esse Midiam. WOLF. V. Boeckhius in Actis Academ. Boruss. a. 1818/1819. p. 65. SCHAEFER.

P. 586. v. 23. προεξήτασται] προσεξήτασται an προεξήτασται praestet, dubito. Habet utraque lectio, quo se commendet. Praetuli tamen posterius. REISK. προσεξήτασται Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 586. v. 27. μετὰ πολλῆς — διάγειν] μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας αὐτοὶ τὸ λοιπὸν διάγειν Buttmann. et Bekker. SCHAEFER.

P. 586. v. 27. *αὐτοὶ*] Deest August. primo. *αὐτοὺς* dat index Aldinae et *αὐτὴν* index Paulinae. REISK.

P. 587. v. 1. *ἕνεκα*] *εἵνεκα* Buttmann. et Bekker. *ἕνεκά* Dindorf. SCHAEFER.

P. 587. v. 3. *δικαίαν* *)] Vulg. *τὴν δικαίαν*. Articulus abest ab August. primo. Delevi. REISK.

---

*) Corrige errorem typothetae. SCHAEFER.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

CONTRA ANDROTIONEM

PRAEFATIO.

Sequitur oratio inprimis diserta et elegans, et, si antiquis magistris credere fas sit, non sine aemulatione et ingenii quadam contentione elaborata. Androtio enim, ὁ φεύγων, ex Isocratis schola et disciplina profectus, summa erat inter Isocrateos celebritate et maximam aetatis partem in foro et dicendi usu transegerat, ut narrat Ulpianus ad huius orationis p. 594, 16. Cui coniungere libet haec verba Scholiastae Hermogenis p. 401. Ἰσοκράτους μαθητὴν εἶναι λέγουσιν Ἀνδροτίωνα· καὶ ἦν, ὥς φησιν ὁ ῥήτωρ, τεχνίτης τοῦ λέγειν. ἐπετήδευσεν οὖν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἰσοκράτην ῥήτορα παρίσοις ἐπιχρώμενον κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου. Neque a suo expositore dissentit Hermogenes ipse cap. περὶ ἐπιμελείας, qui etiam θεωρίαν suam sive commentariolum ad hanc orationem, iam autem deperditum, in isto loco commemorat. Locum vide: Πλεονάζουσι [παρισώσεις] παρὰ τῷ Ἰσοκράτει, εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι — οἷόν ἐστι καὶ τὸ, τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἴεται δεῖν καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, τοῦτο κἀγὼ πειράσομαι ποιεῖν. τοιαύτην γὰρ παρίσωσιν καὶ οὕτως ἐπιτετηδευμένην οὐδεμίαν εὕρεῖν ἑτέραν ἔχομεν παρά γε τῷ ῥήτορι. ἀλλὰ τὴν μὲν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνταῦθα ἐπετήδευσεν οὕτω κεκοσμημένον προσκόρως τὸν λόγον εὐθὺς ἐν προκαταρκτικοῖς παρασχέσθαι, θεωροῦντες τὸν λόγον αὐτὸν τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος εἰρήκαμεν.

Illud singulare habet Androtiana, quod in toto corpore Demosthenico nulla sit alia praeterea oratio, in qua Rhetor noster tantum sibi indulsit in opera mutuaticia; nulla, in qua seipsum adeo sedule exscripserit. Quod legitur in Androtiana pag. 607, 24. huius editionis usque ad pag. 610, 16. et deinde quae pag. 613,

12. ad orationem exeuntem, versibus omnino 136, ea omnia paucissimis immutatis leguntur etiam in Timocratea. *) Neque id fortasse mirum, cum in illa et idem Androtio pene φεύγειν videtur, eundemque idem, ut in hac, persequitur Diodorus. Quod vero de ea similitudine admonet Ulpianus, puerile est sive potius piaculare, ubi ait, *nunc* [id est in Timocratea] *id dicere Oratorem de Androtione, quod in Androtiana dixerat de Timocrate.* Quod nullo modo verum est: πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Iterum laudatissimum istud enthymema p. 595, 13. *σὺ δὴ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γὰρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐκείνων προήλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψες, οὕτως, ἂν σὺ νῦν δίκην δῷς, ἄλλος οὐ γράψει.* haec, inquam, fere omnia minima cum discrepantia repetuntur proxime in Aristocratea. Quae verba, ut id etiam moneam, laudat Gellius X. 19., interpretatur autem Quintilianus V. 14. *Optimum autem videtur enthymematis genus, cum proposito dissimili vel contrario ratio subiungitur: quale est Demosthenis:* NON ENIM, SI QUID UNQUAM CONTRA LEGES FACTUM EST, IDQUE TU ES IMITATUS, IDCIRCO TE CONVENIT POENA LIBERARI: QUIN E CONTRARIO DAMNARI MULTO MAGIS. NAM UT, SI QUIS EORUM DAMNATUS ESSET, TU HAEC NON SCRIPSISSES: ITA DAMNATUS TU SI FUERIS, NON SCRIBET ALIUS. Postremo oratione hac exeunte quaedam sunt, quae minima aut sententiae aut verborum differentia olim in Leptinea dicebantur.

Eiusdem fere aetatis et esse videntur et ab antiquis perhibentur (scilic. Olymp. CVI., anno autem Demosthenis circa XXVII. aut XXVIII.) Androtiana, Leptinea, Aristocratea et Timocratea, omnium autem prima Androtiana, quam legis. Scriptum enim reperimus a Gellio XV. 28. *Illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero pari aetate illustrissimas* **) *orationes in causis dixerint, alter* κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους, *septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio.* Cum eo consentit Plutarchus: *τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν, οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος*

---

*) Haec Taylori non meminerat Valckenarius, cum de duabus his orationibus obiter ageret ad Theocriti Adoniaz. p. 239. SCHAEFER.

**) V. Valckenarius l. c. Videndum ne vulgata Gellii scriptura bene habeat. *orationem in causa dicere* i. q. λέγειν ἐν δικαστηρίῳ. Adde quod amplius quid est *illustrissimas orationes in causis dicere* quam *orationes dicere in causis illustrissimis.* SCHAEFER.

λυθότος. δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους. Et similiter Halicarnassensis ad Ammaeum: δημοσίους λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. (Turbantur numeralia: scribere enim debuisset ἕβδομον.) καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων. Quae omnia ubi perlegeris atque inter se contuleris, (scripta sunt enim non minori veritate quam consonantia et ἀκριβείᾳ,) miraberis profecto, quid sibi velint ista portenta Ulpiani in initio scholiorum, οὗτος ὁ λόγος (de Androtiana loquitur) μετὰ τοὺς Φιλιππικοὺς πρῶτός ἐστι τῶν δημοσίων (aut, si mavis cum Codd. Regiis, δεύτερος), cum haec causa Philippicas omnes orationes easque res gestas nonnullis annis antecedat: id quod nemini dubium esse potest, qui acta istorum temporum attentius explorabit.

Porro quicunque orationem istam cum aliquo acumine versaverit, deprehendet sane multis in locis turbatam esse sententiam; raptim quaedam et contorte inferri, adeo ut mihi inoleverit quidem suspicio multa hic deesse, nulla deinceps fortuna restituenda. Haec in animo mecum volvebam, et mihi sese obtulerant Ammonius et Harpocratio, quorum uterque, ille in v. Πότος, hic autem in v. Ἀπὸ τοῦ πράγματος *) et Μελάνωπος, quaedam hinc citant, quae hodie in Androtiana minime possint reperiri.

---

*) V. Valckenarius l. c. SCHAEFER.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM I. ORATIONIS CONTRA ANDROTIONEM

P. 587. v. 2 τραυμάτων] Libri omnes τραυμάτων, sed, ut Wolfius ait, haud dubie τραυματίων legendum. etiam contra idem et omnium Codicum. Demosthenes c. Aristocrat. p. 627, 21. ἀπαλλάξω τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας etc. Similiter etiam adv. Boeot. I. p. 1018, 9. καὶ ἐξ ἀντιλογίας καὶ λοιδορίας χεῖρας [illegible] τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τραύματος ὡς Ἄρειον πάγον με προσεκαλέσατο. Idem mendum etiam invaserat exemplaria Iul. Pollucis, donec a viris doctis eliminaretur, l. 8. c. 10. init. δικαστήριον Ἀρείου [illegible] ἔδικαζε δὲ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας. Interpres noster Italicus: il quale gli homicidii volontarii e ferite e simil cose giudicava. TAYLOR. Vulg. τραυμάτων. τραυματίων dat editio Wolfiana. REISK. Passim confusae hae voces. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 491. Add. Notices et Extraits d. MSS. T. V. p. 661. SCHAEFER.

P. 587. v. 5. τὴν βουλευτικὴν ἡλικίαν] Sed quoto anno aetas ea definiebatur? Demosthenes superiore oratione se scribit ante XXXII. aetatis annum βουλεύειν λαχεῖν. In heliastico iureiurando, quod in Timocratea citatur, etiam hoc continetur p. 747, 9.: καὶ εἰμὶ οὐκ ἔλαττον λ ἐτῶν γεγονώς. Qui trigesimus annus etiam sacerdotalis apud Levitas fuit. WOLF.

P. 587. v. 7. καινάς] κενάς Bavaricus. REISK.

P. 587. v. 8. κωλύων] Item bona fide Wolfius contra omnium Codd. auctoritatem loco τοῦ κωλύειν. Praecedit, inquit ille, ἐπιτάττων ποιεῖν. Ergo etiam κωλύων αἰτεῖν, scilicet νόμος ἦν. TAYLOR. Vulg. κωλύειν. κωλύων editio Wolfii ex ipsius coniectura. REISK.

P. 587. v. 11. ψήφισμα] τὸ ψήφισμα Bavaricus. REISK.

P. 587. v. 11. παρανόμων] violatarum legum reus. Quanto melius Italus homo? Per la qual cosa d' havere egli contro le

leggi scritto e accusato. Admonui pariter ad orationem superiorem, τὸ παράνομον male a nostris interpretibus ubique fere accipi, et mihi modum admonendi ibidem statueram. Illi autem in peccando modum sibi statuere non posse videntur. TAYLOR. Non male Wolfius: Italus distinctius. SCHAEFER.

P. 587. v. 12. γὰρ] Abest a Bavarico. REISK. Bekkerus locum sic scriptum dedit: ἐπὶ τούτῳ παρανόμων κρίνεται, κατηγορούντων αὐτοῦ — καὶ Διοδώρου. καὶ προείρηκε μὲν —. Qui sententiarum nexus multo aptior est. SCHAEFER.

P. 587. v. 12. αὐτοῦ] [αὐτῷ.] Aldinae auctoritate abreptus editor noster ita dedit. Tu cum caeteris editt. restitue αὐτοῦ. TAYLOR. Ego vero aio et testor in Aldina illa quidem, qua utor, non αὐτῷ, sed αὐτοῦ legi. Obscurior illa dictio, *editor noster*, non potest alium quam Taylorum ipsum designare: nam in Wolfiana quoque legitur αὐτοῦ. REISK.

P. 587. v. 13. προείρηκε] καὶ προείρηκε Bavaricus. REISK. V. not. ad γὰρ v. 12. SCHAEFER.

P. 587. v. 14. ἐπαγωνίζεται] Composito Technicus sic utitur, ut praepositio redundet: nam ἐπαγωνίζεσθαι h. l. nihil aliud quam δεύτερον ἀγωνίζεσθαι. Quae huius verbi significatio rarior est. V. H. Stephani Thesaur. c. 1142. C. D. Nisi forte scribendum ἐναγωνίζεται. V. p. 769, 15. SCHAEFER.

P. 588. v. 2. τοὺς νόμους] [τοὺς νόμους παρέχονται.] Aberat ab editis παρέχονται. Quod verbum proximam periodum cum inchoet, fortassis etiam hanc clausit. Verbis utor Wolfianis. Cum Wolfio restituit Bodlei. TAYLOR. Wolfius verbum παρέχονται geminavit ad hunc modum: τοὺς νόμους παρέχονται. παρέχονται δὲ καὶ —. Hoc καὶ abest a Bavarico, caetera cum vulgata h. l. consentiente. REISK. Placet iteratum παρέχονται. SCHAEFER.

P. 588. v. 2. προσώπου] Recte τοῦ προσώπου Bekker. SCHAEFER.

P. 588. v. 3. τὸν] τὸν posterius abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. Mihi non videtur abesse posse. SCHAEFER.

P. 588. v. 3. δημοσίῳ] [δήμῳ.] Vel potius cum editt. Felic. et Manut., MStis item Regg. α. et β. δημοσίῳ. Demosthenes adv. Boeot. β. p. 1015, 11. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ὁ Πάμφιλος ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἐγγέγραπται. Idem adv. Leptin. p. 504, 25. ἐὰν δ' ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ. Idem c. Midiam p. 573, 11. Πύῤῥον ἐνδειχθέντα δικάζειν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ θανάτῳ ζημιῶσαι. Isocrates Panathen. non longe ab initio: ὧν οἱ μὴ τυχόντες ἀτιμότεροι γίνονται πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶναι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. Atque ita semper noster in Timocratea, contra Aristogitonem, Theocrinem et in locis pene infinitis. TAYLOR. Vulg. δήμῳ. δημοσίῳ Bavaricus. REISK. Conf. not. ad p. 590, 28. SCHAEFER.

ANNOTATIONES
AD
ARGUMENTUM II.

P. 588. v. 7. *ΈΤΕΡΑ ΎΠΟΘΕΣΙΣ*] Argumentum hoc perillustre de senatu Dvirali dum laudant, exponunt aliquando et elucidant viri summi. Sunt autem Petitus in Comment. ad LL. AA. Lib. III. Tit. I. Scaliger de Emendat. Tempor. II. init. Lalamantius de Anni Attici ratione, Sigonius de Rep. Athen. II. 3. Huic etiam causae impendit Maussacus c. 10. libri tertii Lectionum Criticarum, nunquam, quod sciam, in lucem productarum. Vide eum ad pag. 258. Harpocrationis. Porro autem vir doctissimus, Petrus Nannius Alcmarianus, in Miscellan. V. 7. hoc Argumentum adducit emendatius, ut profitetur, iuxta exemplar Demosthenis ad Budaei censuram castigatum. TAYLOR.

P. 588. v. 14. *ἡ βουλὴ τῶν Πεντακοσίων*] *ἡ βουλὴ ἡ τῶν Πεντακοσίων*, repetito articulo. WOLF. Non opus. SCHAEFER.

P. 588. v. 25. *ὡς δέ τινες; ὅτι — θεσμοθέται.*] Abnormis constructio: particulae enim *ὡς* et *ὅτι* ita concurrunt, ut altera alteri officere videatur. Scilicet Anonymus poterat scribere aut *ὡς δέ τινες, καὶ* [l. *οἱ*] *ἓξ μόνον θεσμοθέται*, aut *τινὲς δὲ, ὅτι — θεσμοθέται*. Nunc e duabus his rationibus mediam quandam construxit, quae ut monstruosa sit, tamen facile excusetur consuetudine classicorum ad similes syntaxis anomalias passim aberrantium. Conf. not. ad Sophocl. Trachin. 1240. SCHAEFER.

P. 588. v. 25. *καὶ ἓξ μόνον*] Legendum arbitror *οἱ ἓξ μόνον*. JURIN. Sic Bekkerus. SCHAEFER.

P. 588. v. 27. *ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ὠνομάζετο*] Forte *ὁ ἐνιαυτὸς ἐπωνομάζετο*. Nam *ὁ ἄρχων ἐπώνυμος* dicebatur et annus eius nomine inscribebatur, ut *ἄρχοντος Ἀθήνησιν Χαιρωνίδου*, vel *ἐπ' ἄρχοντος Ἡροπύθου, ἄρχων Δημόφιλος Φλυεύς*. Etsi fortasse nihil vetat dicere *ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμός ἐστι Χαιρωνίδου*. Quod ego tamen me legisse non recordor. WOLF. Vulgatam ne mutes. Herodotus VII. 11. extr. *ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμένου καλέονται*. Obiter moneo, quod graece dici negaveram Melet. Crit. p. 93. *ἀπονομάζειν* postmodum me reperisse in Schol. Paris. ad Apollon. Rhod. I. 623. SCHAEFER.

P. 589. v. 1. *ὁ τῶν πολεμικῶν ἐπιμελούμενος*] Et quidem inde nomen *πολεμάρχου* factum est: et in oratione *περὶ στεφάνου*

additur *πολεμάρχου γνώμη* et *βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμη*, cum bellum decernitur. Sed et *τῶν μετοίκων ἐπεμελεῖτο καὶ ξένων*, ut apud oratores passim videre est. Cousule Suidam in v. *Πολέμαρχος*, qui cum et graece iam olim, et nunc etiam latine mea opera exstet, non video, cur eum in his annotationibus transscribere debeam. Illud tamen admoneo, ibi legendum *ἀποστασίου καὶ ἀπροστασίου*. WOLF.

P. 589. v. 2. *οἱ δὲ θεσμοθέται*] [*οἱ θεσμοθέται.*] Paulo melius edit. Paris. *οἱ δὲ θεσμοθέται*. TAYLOR.

P. 589. v. 3. *περὶ τοῦ προλαβόντος παντὸς βίου*] *de omni vita priori*. V. H. Stephani Thes. c. 6584. B. SCHAEFER.

P. 589. v. 6. *καὶ διὰ τοῦτο — ἀριθμῷ*] Nequit, puto, hoc esse verum. Nam certe numerari poterat Senatus Areopagiticus, etsi numero constanti et definito non continebatur. Itaque addendum videtur *ὡρισμένῳ*, ut pagina superiore v. 22. factum est. Malim etiam *ἢ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπέπιπτεν*, nempe *βουλή*. IURIN. Non opus, opinor. Cum enim Technicus de numero Areopagitarum supra disertius scripserit, attentus lector facile videat, quomodo haec intelligenda sint. *et propterea non erant numero adstricti* (*an eine Zahl gebunden*), *sed erant nunc plures, nunc pauciores*. SCHAEFER.

P. 589. v. 10. *ἀδιάδοχος*] Scholiastes ad Aeschin. Orat. in Ctesiphont. p. 247. ed. Bekk. (Halis Saxon. 1815.): *τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους*] *πρὸς διαστολὴν τῆς Ἀρειοπαγιτικῆς βουλῆς, ἥτις ἦν ἀδιάδοχος*. SCHAEFER.

P. 589. v. 12. *περὶ τῶν Πεντακοσίων*] Forte *περὶ τῶν πεντακοσίων εἰπεῖν* [deerat enim ea vox in editis]. et [v. 13.] *ἰστέον τοίνυν*. WOLF. Neutrum addi opus. SCHAEFER.

P. 589. v. 17. *τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε*] Astrologi addunt senas horas, quae quartum quemque annum bissextilem efficiunt. WOLF.

P. 589. v. 17. *ἡμέρας τριάκοντα καὶ τρίτον*] Subaudi *μέρος ἡμέρας, τουτέστιν, ὥρας ὀκτώ*. Sed cum quinque dies contineant 120 earumque duodecima pars decem horas conficiat, dicit unum diem restare. WOLF. Si ista ad reliquam huiusce scriptoris *ἀκρίβειαν* velis exigere, legendum *τριάκοντα καὶ τρίτον καὶ δωδέκατον*. IURIN. Addit Nannius *καὶ δωδέκατον τῶν δώδεκα*. TAYLOR.

P. 589. v. 21. *δωδέκατον — δώδεκά ἐστι.*] [*δώδεκα δὲ τῆς μιᾶς δώδεκά ἐστι.*] Lego: *δωδέκατον δὲ τῆς μιᾶς δύω ἐστί*. Nam horas certe dies naturalis, hoc est, nox et dies vulgaris, habet viginti quatuor, cuius duodecima pars sunt horae duae: quae singulis mensibus attributae conficiunt dies triginta, horas decem. Ego causam non video, cur quintum diem a quatuor separarit. WOLF. Editiones Felic. Manut. et Paris. habent *δωδέκατον*, ut Wolfius coniecit, et Lambinus similiter cum eo legit *δύο ἐστί*.

TAYLOR. Ad praecedentium similitudinem legendum puto δωδέκατον δὲ τῶν δώδεκα μία ἐστί. IURIN. Ita Nannius ex Budaeo. TAYLOR.

P. 589. v. 23. εἰκοσιεννέα ἥμισυ] Dies viginti novem et duodecim horas. Nostri temporis astrologi lunam peragrare dicunt zodiacum diebus viginti octo et horis aliquot. Id quod ex inspectione ephemeridum patet: quae quidem inter se non consentiunt ob diversam Alphonsi et Copernici rationem. WOLF.

P. 589. v. 29. τριετεῖαν] τριέτειαν Bekker. Aut sic scribendum, aut τριετίαν. Nostram formam adde Lexicis. SCHAEFER.

P. 590. v. 3. καὶ τὰς μὲν δύο ἡμέρας] Cum mox dicat, 500 viros imperasse dies 350, lege καὶ τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας [sicuti etiam interpretatus est]. Error e notis numerorum videtur ortus, cum librarius β' pro δ' legit, ut supra [p. 589, 21.] ιβ' pro β'. WOLF. Plane rescribendum καὶ τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας. Tot enim relinquuntur, demtis ex anno lunari diebus 350, quibus erant Athenae sub magistratibus. IURIN. τέσσαρας etiam reponit Bodlei. invitis editionibus. Eadem quoque mente est magnus Scaliger in libro de Emendat. Tempor. Porro autem non iste est error aut erroris ansa, quam autumavit Wolfius, sed cum scriberetur τὰς μὲν δ̄ ἡμέρας, alii δύο integra voce legebant, alii δ̄ sive simplex elementum, notam numeri quaternarii. TAYLOR. Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 176. SCHAEFER.

P. 590. v. 10. τούτους] Recte τοσούτους Bekker. SCHAEFER.

P. 590. v. 11. ἀνὰ τριάκοντα ἡμέρας] Legendum ἀνὰ τριάκοντα πέντε ἡμέρας. Et sic in Hervagiana secunda. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 56. πέντε addidit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 590. v. 12. τὸ δωδέκατον] Recte Felicianus τὸ δέκατον, ut docet arithmetica. WOLF. Felicianus et Wolfius τὸ δέκατον recte. SEAGER. *l. c.*

P. 590. v. 13. πεντάκις δέκα] Etsi in re nihil interest, mallim tamen δεκάκις πέντε, sicut δεκάκις τριάκοντα, non τριακοντάκις δέκα. Sed fortassis de industria mutavit ordinem. WOLF.

P. 590. v. 15. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν κ. τ. λ.] Videtur mutilus hic locus; nam quinquageni senatores videntur distribuendi in quinque decurias et quinquageni dies in septem hebdomadas. Novies [Septies] enim septem sunt quadraginta novem. Sed quaerendum, si cui vacat, an et veteres mensem in hebdomadas diviserint, et an terni illi reliqui altera hebdomade praefuerint. Sed haec otiosis indaganda relinquamus. WOLF.

P. 590. v. 15. πολλοὶ ἦσαν εἰς τὸ ἄρχειν ἅμα] Classicus scripsisset πολλοὶ ἦσαν ὥστε ἄρχειν ἅμα. V. Wyttenbachii Iulianea p. 217. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 590. v. 16. οἱ δέκα — τῶν ἑπτὰ] Quid velit scriptor, ex sequentibus intelligo. Caeterum ex ipsis hisce verbis sensum nul-

lum exsculpo. Quidni igitur suppleamus: διεῖλον πάλιν ἑαυτοὺς εἰς ἄλλας πέντε μερίδας ἀνὰ δέκα. καὶ οἱ δέκα ἦρχον ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ εἷς αὐτῶν κατὰ κλῆρον ἦρχε μιᾶς ἡμέρας. IURIN. Wolfius alibi: ἦρχον οἱ δέκα etc. Pro μιᾶς ἡμέρας Bodlei. μίαν ἡμέραν. TAYLOR. In his vulgatae tenebris hoc unum videre mihi videor, Bodleiani libri scripturam veram esse. SCHAEFER.

P. 590. v. 28. ἀπὸ τοῦ δήμου] [Ita enim editt.] Forte παρὰ τοῦ δήμου, id est, ut opinor, ἐκ τοῦ δημοσίου, ex aerario. Mox [p. 591, 2.] λαβοῦσα τὰ χρήματα ἐκ τοῦ δήμου [ut editi omnes]. Forte ἐκ τοῦ δημοσίου. WOLF. Conf. not. ad p. 588, 3. SCHAEFER.

P. 591. v. 4. προστάτης ὢν ταύτης τῆς βουλῆς] Fuerunt enim alii δημοτικοὶ, alii βουλευτικοὶ ῥήτορες. In oratorum locum apud nos successerunt iurisconsulti, qui magistratibus et iudicibus adsunt in consilio. WOLF. Reddit Wolfius *patronus*. Malim *e principibus*. IURIN.

P. 591. v. 5. ἔγραψε] ἔγραφε Bekker., errore, opinor, typothetae. SCHAEFER.

P. 591. v. 6. ἐλάβοντο] Forte ἐπελάβοντο, τουτέστιν, ἐγράψαντο παρανόμων τὸ ψήφισμα. WOLF. Ita margo Benenati. TAYLOR. V. v. 13. SCHAEFER.

P. 591. v. 12. φέρε πρῶτον — ἐξετάσωμεν] Contrapositum sequitur p. 592, 1. s. SCHAEFER.

P. 591. v. 16. ἐν τῷ δήμῳ] I. q. εἰς τὸν δῆμον. Recurrit p. 592, 5. Est labentis Graecitatis. Melius mox v. 18. 21. 22. Quod eadem constructio passim legitur apud scriptores, quos constat puriorem hellenismum sectatos esse, vide ne librariis imputandum sit. Velut Dionysius Halicarn. T. V. p. 185. R. videtur scripsisse ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν. Conf. T. III. p. 1359. SCHAEFER.

P. 591. v. 22. ἐπειδὴ — ἡ βουλὴ] Si de priore senatu, *quia recens magistratum deposuerat:* sin de posteriore, *quia recens magistratum inierat.* Et de hoc intelligendum esse arguunt ea, quae sequuntur. Quasi diceret: ἐπειδὴ νεωστὶ παρέλαβε τὴν ἀρχήν. WOLF. Falli videtur auctor huius argumenti: nec enim latum est ad populum de corona senatui tribuenda, novo senatu iam suffecto, sed priore auctoritatem adhuc obtinente. Quod patet ex ipsa Oratione p. 596, 3. οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης ἠρώτων etc. IURIN. Pace viri doctissimi arbitror potius ad novum senatum protinus referri de rebus gestis superioris. Et credo, id ex vett. monumentis abunde confirmari posse. TAYLOR. Post annum elapsum omnino. V. Σχ. ad Timocrat. n. 30. edit. Paris. IDEM *in Schedis.* Vere Taylorus. Docet etiam quod statim sequitur, ἕκαστος γὰρ — κακῶς πράξαντα. SCHAEFER.

P. 591. v. 24. αὐτοῦ] αὑτοῦ Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 591. v. 24. πράξαντα] Sententia postulat ἄρξαντα. [Ita

quoque margo Benenati.] Vide Isocratis Nicoclem: *ἔτι δὲ οἱ μὲν δυσμενῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι, καὶ τὰ λοιπά.* WOLF. Sententia non postulat: est enim generalis. SCHAEFER.

P. 591. v. 25. *τὴν ποιήσασαν — αἰτεῖν*] Legendum videtur *τὴν μὴ ποιήσασαν* et *μὴ αἰτεῖν*, ut in pagina sequente v. 18. et in ipsa oratione p. 596, 18. IURIN.

P. 591. v. 27. *Ἀνδροτίων ἄρα, ὃς ἡταίρηκεν*] [*Ἀνδροτίων ἄρα ἡταίρηκεν.*] Lego: *Ἀνδροτίων ἄρα, ἐπειδὴ ἡταίρηκεν.* WOLF. Wolfius eo modo, quem vides, lectionem editt. Felic. et Manut. sanavit. Neque infeliciter. Editio Lutetiana: *Ἀνδροτίων ἄρα, ὃς ἡταίρηκεν.* TAYLOR.

P. 591. v. 28. *τὸν ἐποφείλοντα*] Lego *τὸν ἔτι ὀφείλοντα.* WOLF. Wolfius: *qui mulctam nondum solvit.* Immo: *qui pecuniam aerario debitam non solvit.* Tenebatur enim Androtio debito paterno nondum soluto. IURIN. V. H. Stephani Thes. c. 7096. C. SCHAEFER.

P. 592. v. 5. *ἀπροβούλευτον ψήφισμα*] Wolfius: *decreta sine auctoritate senatus.* Vitiose. Nec enim consuetudo erat, ut decreta qualiacunque sine auctoritate senatus ad populum ferrentur, sed ut unicum illud decretum de corona senatui tribuenda quotannis ad populum ferretur, senatu prius non consulto. Huius autem consuetudinis, pace Demosthenis, ea vera fuisse causa videtur, quod nihil opus erat senatum consulere, num vellet praemium sibi ipsi tribui. IURIN.

P. 592. v. 10. *τινὲς δ' ἐπεχείρησαν — πρὸς ἀντινομίαν*] [*τινὲς δ' ἐπεχείρησαν τοῦτον τὸν λόγον πραγματικὴν πρὸς ἀντινομίαν.*] Forte: *τινὲς δ' ἐπεχείρησαν λέγειν, τοῦτον τὸν λόγον πραγματικὴν στάσιν ἔχειν πρὸς ἀντινομίαν.* WOLF. Lectioni manifeste vitiosae succurrit editio Benenati: *τοῦτον τὸν λόγον εἰν στάσιν ἀνενεγκεῖν πραγματικήν.* ubi legendum *εἰς.* IURIN.

P. 592. v. 12. *ἐκ περιστάσεως*] Ea circumstantia est *τὸ μὴ ποιῆσαι τὰς τριήρεις.* Ego vero negarem, senatum bene praefuisse, qui triremes non fecisset. Sic nulla esset *ἀντινομία.* et quae prava consuetudine fiunt, non recte fiunt. Etsi et Demosthenes decretum Ctesiphontis hac ratione defendit. Sed difficile est Graecorum rhetorum disceptare controversias, qui, ut dialectici, suis se compungunt acuminibus. WOLF.

P. 592. v. 13. *παραβέβασται*] Recurrit v. 17. *παραβαθῆναι* v. 16. De his formis agens Lobeckius ad Phrynich. p. 36. debebat Anonymum, non Libanium, antestari. SCHAEFER.

P. 592. v. 13. *διὰ τὸ κυρωθῆναι τὸν ἕτερον*] Vertit Wolfius: *propter alterius confirmationem.* Immo *per lationem alterius* vel *quod altera lata fuerit.* IURIN.

P. 592. v. 17. *οὗτος*] Typotheticum Reiskianae vitium videtur. Bene Wolf. et Paris. *οὕτως*, quod etiam Bekker. dedit. SCHAEFER.

P. 592. v. 20. πραγματικῆς τῆς πρὸς ἀντινομίαν] [πραγματικῆς πρὸς ἀντινομίαν.] Editio Parisina: πραγματικῆς τῆς πρὸς ἀντινομίαν. TAYLOR.

P. 592. v. 21. ἡνίκα—ὦσι] V. not. ad Theocrit. XXIII. 30. SCHAEFER.

P. 592. v. 22. ὧν ὁ μὲν — πρεσβύτερος] Editio Parisina plenius: ὧν ὁ μὲν εἷς νεώτερος, ὁ δὲ ἕτερος πρεσβύτερος. TAYLOR. Scilicet verbis νεώτερος, ὁ δὲ ἕτερος caret Wolfiana. SCHAEFER.

P. 592. v. 27. ἀπὸ] Malim παρά. Sed rhetores isti suum quoddam habent dicendi genus, οὐ μάλα Δημοσθένειον, οὐδὲ κατ' Ἰσοκράτην καὶ Πλάτωνα. WOLF.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM CONTRA ANDROTIONEM.

P. 593. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΛΟΓΟΣ.] Stat haec oratio in Bavarico primo loco inter τοὺς δημοσίους ante orationem pro corona: cuius ordinis causam dicit Dionysius Halicarn. apud Fabricium Bibl. Gr. p. 919. REISK. ΚΑΤΑ ΑΝΔΡΟΤΙΩΝΟΣ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ Bekker. SCHAEFER.

P. 593. v. 1. Ὅπερ Εὐκτήμων — πειράσομαι ποιεῖν] Digna animadversione breviloquentia, quam fere sic resolvas: Ὅπερ Εὐκτήμων ποιεῖ — ἅμα τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἰόμενος δεῖν καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, τοῦτο κἀγὼ πειράσομαι ποιεῖν. SCHAEFER.

P. 593. v. 2. ᾤετο] [οἴεται.] Melius ᾤετο. Quo pacto legit optimus Codex Aug. et Reg. ε. itemque Ulpianus atque etiam uno in loco Hermogenes, scilic. de Invent. l. 1. statim ab initio. Alibi autem, nempe περὶ ἐπιμελείας, habet οἴεται. TAYLOR. Vulg. οἴεται. ᾤετο August. primus. Et sic correxi. REISK. οἴεται Bekker. Utrum praestet, docet not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 593. v. 7. μέν γε] Potius μὲν γάρ, cum Lindenbr. Ven. Ital. Reg. α. et Scholiaste. Atque ita conieeerat Wolfius. TAYLOR. μὲν γὰρ margo Bavarici. γε saepe idem significat, quod γάρ. Quare nil h. l. mutavi. REISK. Nollem alterum praetulisset Iacob-

sius ad Achill. Tat. p. 531. V. Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 560. SCHAEFER.

P. 593. v. 7. εἰς χρήματα καὶ τὸ — ἐκπεσεῖν] Aliâ prius, aliâ posterius ratione dicitur. Illud indicat insidias structas ad bonum auferendum, hoc ad malum afferendum. Compares Homerica καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ, ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. SCHAEFER.

P. 593. v. 8. ὑμῶν] ὑμῖν Paris. primus. REISK.

P. 593. v. 8. ἐκπεσεῖν] ἀποδοκιμασθῆναι ὑφ᾽ ὑμῶν. Hoc loco non significat *in exilium eiici.* WOLF. Wolfius: *honore vestro per iniuriam deiicere.* Potius: *ex civitate per iniuriam expellere.* IURIN. Conf. Marklandus ad p. 430, 3. SCHAEFER.

P. 593. v. 10. οὐδὲ εἷς] οὐδεὶς August. primus. REISK.

P. 593. v. 11. παρ᾽ ὑμῖν] Nil refert, utram lectionem optes: παρ᾽ ὑμῶν an παρ᾽ ὑμῖν legatur v. 11. REISK. Quod negat Reiskius referre, ὑμῶν an ὑμῖν legatur, videtur, cum haec annotaret, (nam in Annotatt. leguntur,) per errorem huc retulisse quod recte ad v. 8. in Variet. lection. e libro Parisino enotaverat. SCHAEFER.

P. 593. v. 11. αἰτιασάμενος γάρ με, κ. τ. λ.] Recurrit h. l. p. 702, 4. Citat quoque Aristides Τέχν. p. 250. REISK.

P. 593. v. 15. τὸν θεῖόν μου] Euctemonem puta. REISK.

P. 593. v. 16. συνιόντα] τὸ συνιέναι hic non significat *conspirare*, sed hoc vult auctor: caede polluti hominis consuetudine etiam alios pollui. Qua de re et in Midiana agitur. WOLF. Recte. Atque ita Italus (nam alterum interpretem, medicum illum Placentinum, parum moror): *che egli commetteva impietà conversando meco, che havea fatte queste cose.* TAYLOR.

P. 593. v. 16. ταὐτὸν] Vulg. ταὐτό. ταὐτὸν August. primus. Et hoc dedi. REISK. ταὐτὸ Dindorf. Videndum ne Attici neutra talium pronominum auxerint litterâ paragogicâ ad hiatus evitandos. SCHAEFER.

P. 593. v. 18. ἂν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 593. v. 21. που] Abest ab August. primo. REISK. Si quis deleat, vix reprehendam. SCHAEFER.

P. 593. v. 21. τοιοῦτον] τοιοῦτο Bavaricus. REISK. Sic Dindorf. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 593. v. 22. οὐ παρὰ μικρὸν κ. τ. λ.] οὐκ ἐγγὺς τοῦ κινδύνου γενόμενος, οἷον, ἴσων γενομένων τῶν ψήφων, ἢ παρὰ τριάκοντα, ὥσπερ Αἰσχίνης, ἀποφυγών, ἀλλὰ λαμπρῶς ἀπολυόμενος. Non significat magnopere iudicio contendere, sed non paucis suffragiis absolutum esse, causa iudicibus ad cognoscendum proposita. WOLF.

P. 594. v. 1. μὴ μεταλαβεῖν τούτους] [μὴ λαβεῖν τούτους.]

Lege τοῦτον, quemadmodum vertit bonus Wolfius. Ita legunt Felic. Manut. Paris. Obsop. Bodl. et Ital. Modo etiam τοῦτον δὴ cum margine Benenati. TAYLOR. Vulg. μὴ λαβεῖν τοῦτον. μὴ μεταλαβεῖν τούτοις August. primus. τούτους Ald. Wolf. Taylor. Et τοῦτον et τούτους dat Bavaricus, singularem infra, pluralem supra. Correxi μεταλαβεῖν. τούτοις, quod est in Augustano, defendi possit, modo τοῦτον ne omittatur. *ut hic his* [suis accusationibus mei nominis] *ne quintam quidem partem suffragiorum posset adipisci.* τούτοις redibit sic ad ταῦτα p. 593, 22. Ego vero nullus dubitavi lectionem Aldinae τούτους revocare, Androtionem puta cum eius subscriptoribus et patronis. Opponuntur enim quodammodo sibi τούτους et proximum τουτονὶ, quod ad solum Androtionem refertur. REISK. μὴ λαβεῖν τοῦτον Bekker. Bene. SCHAEFER.

P. 594. v. 1. τουτονὶ] Vulg. τοῦτον. τουτονὶ August. primus. REISK. τοῦτον hic magis placet. SCHAEFER.

P. 594. v. 1. δὲ] δὴ margo Lutetianae. REISK.

P. 594. v. 2. χρόνον ἀμύνεσθαι] ἀμύνεσθαι χρόνον Bekker. SCHAEFER.

P. 594. v. 5. νυνὶ] ἡμῖν Bavaricus. REISK.

P. 594. v. 8. βραχέσι] βραχεῖ Paris. quintus. REISK.

P. 594. v. 11. περὶ αὐτῶν] Vulg. περὶ αὐτῆς. Malim περὶ αὐτῶν. Et sic dedi de meo. Redit enim ad περὶ ὧν φεύγει, *de illis, quorum accusatus est.* REISK. αὐτῶν repertum in Cod. etiam Bekkerus adscivit. SCHAEFER.

P. 594. v. 12. ἁπλοῦν — οὐδὲ δίκαιον οὐδὲν] Adverte in enuntiatione negativa particulam οὐδὲ vice fungi copulae καί. SCHAEFER.

P. 594. v. 13. παράγων — κακούργους λόγους] Bassianus Landus: *fictis atque adductis adversus singula haec callidis rationibus.* Italus: *bugie e parole astute.* Lambinus coniecit πανούργους. Non inscite. TAYLOR. Verba καὶ παράγων possunt pro insertis per parenthesin accipi, ut sit constructio haec: πλάττων πρὸς ἕκαστα τούτων κακούργους λόγους καὶ τούτοις παράγων ὑμᾶς. *comminiscens ad singula horum quaeque causationes nequam iisque vos decipiens et a recta via deducens.* Aut, si durior haec videatur traiectio, cui tamen exempla reperisse apud Demosthenem similia memini, possit παράγων accipi pro *in medium proferens.* REISK. Mirabile commentum quod ait de parenthesi. Nec magis probanda Lambini coniectura. V. not. ad p. 491, 16. SCHAEFER.

P. 594. v. 16. ἐσχόλακεν ἐνὶ τούτῳ] Vulg. ἐσχόλακεν ἐν τούτῳ. Malim ἐσχόλακεν ἐνὶ τούτῳ. *huic uni rei vacavit.* Scilicet τῷ λέγειν ἐντέχνως vel τεχνικῶς. Et sic dedi de meo. REISK. ἐν revocavit Dindorf. Nec fuit cur haec omnium librorum scriptura desereretur. σχολάζειν ἔν τινι i. q. ἐνσχολάζειν τινί. SCHAEFER.

P. 594. v. 18. εἵνεκα] ἕνεκα Bekker. SCHAEFER.

P. 594. v. 21. ἕκαστον] ἕκαστα August. primus. REISK.

P. 594. v. 21. ἔχητε] ἔχοιτε margo Lutetianae. REISK. ἔχηθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 594. v. 22. ὧν] Vulgo ὃν. Dedi ὧν de meo. REISK. ὃν Bekker. SCHAEFER.

P. 594. v. 23. τοῦ ἀπροβουλεύτου] V. Zonaras c. 251. SCHAEFER.

P. 594. v. 25. τὸν δῆμον] Voces τὸν δῆμον in hac lege omittuntur in duobus MStis, Lindenbr. scilicet et Ital., qui praeterea cum Bodl. et Obsop. exhibent αὐτὴν pro αὐτῇ in fine. Verum id praeter rem et morem civitatis, quae non ita constituebat. TAYLOR.

P. 594. v. 26. ταῦτ'] Scilicet, eane senatus egerit, quae digna sint corona. REISK. Ego vero intelligo de argumento legis: Ἐὰν ἀξίως — τὴν δωρεὰν αὐτῇ. SCHAEFER.

P. 594. v. 28. τὸν νόμον] Vulg. νόμον. τὸν νόμον August. primus. Articulum addidi. REISK. Delevit Bekker. Restituit Dindorf. SCHAEFER.

P. 594. v. 28. γινόμενα] Mireris nondum esse scriptum γιγνόμενα. SCHAEFER.

P. 594. v. 28. αὖ] [αὐτὰ] Rescribe cum Aug. et Bodl. αὖ. TAYLOR. Vulg. αὐτὰ. αὖ August. primus. Et sic correxi. REISK. αὐτὸ Bekker. SCHAEFER.

P. 594. v. 29. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 595. v. 2. ἐκφέρειν] δεῖν ἐκφέρειν, sicut postea v. 3. sequitur προσήκει. WOLF. δεῖν ἐκφέρειν mavult Wolfius. REISK. Verto: *arbitror — rogatores ad populum ferre senatusconsulta de his rebus solis, de quibus iubent leges.* Plenius p. 1346, 16. ἐξήνεγκε προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον. SCHAEFER.

P. 595. v. 3. μὴ κεῖνται] Sententia postulat ἀπαγορεύουσιν aut οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι. *quae per leges vetita, interdicta sunt.* Concludit sic: Senatusconsulta fiunt solummodo de iis rebus, quas leges permittunt; de iis minus, quae per leges sunt vetitae. Sed senatum defunctum coronari, qui triremes perfectas dare neglexerit, leges vetant. Nullum itaque senatusconsultum de coronando hoc senatu, qui partibus in hac re suis defuit, fieri potuit. REISK. μὴ κεῖνται νόμοι i. q. μὴ κελεύουσιν οἱ νόμοι. SCHAEFER.

P. 595. v. 3. προσήκει οὐδὲ ἓν] προσῆκεν οὐδὲν August. primus. προσήκοι P. Manut. REISK.

P. 595. v. 5. ἁπάσας τοῦτον] τοῦτον ἁπάσας Bekker. SCHAEFER.

P. 595. v. 6. ὅσαι] ὅσοι index P. Manutii. REISK.

P. 595. v. 7. δὲ οἴομαι] δ' οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 595. v. 8. ἀληθῆ] Vulg. ἀλήθειαν. ἀληθῆ August. primus. Et sic correxi: nam alias dicendum esset τὴν ἀλήθειαν. REISK.

P. 595. v. 8. σαφῶς.] σαφῶς· Bekker. Quae interpunctio praestat: nam οἴομαι μὲν et οὐ μὴν ἀλλ' — syntactice ita cohaerent, ut plenâ interpunctione disiungi non debeant. SCHAEFER.

P. 595. v. 8. οὐ μὴν ἀλλ', εἰ τοῦτο κ. τ. λ.] Luculentam hanc argumentationem paene repetit Demosthenes in Aristocrat. p. 653, μὴ δὴ τοῦθ' ὑμῖν ἐᾶτε λέγειν, ὡς γέγονεν, ἀλλ' ὡς ἔστι δίκαιον γενέσθαι, μηδ' ὡς ἕτεροι δικάσαντες ἐκύρωσαν ἐκεῖνα, ἀλλ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦτε διδάσκειν, ὡς δικαιότερ' ἡμῶν περὶ τοῦδε λέγουσιν. — ἔτι τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ καὶ σφόδρα ἀναιδὴς ὁ τοιοῦτος εἶναι λόγος, ὡς γέγονε καὶ πρότερον τισὶν ἄλλοις τοιαῦτα ψηφίσματα. οὐ γάρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφεύγειν σοι προσήκει, ἀλλὰ τοὐναντίον πολὺ μᾶλλον ἁλίσκεσθαι διὰ ταῦτα. ὥσπερ γάρ, εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. Operae pretium erit ista Ciceronis conferre. In Verr. III. 205. s. *Quid igitur dicet? Fecisse alios. Quid est hoc? Utrum criminis defensio, an comitatus exsilio quaeritur? Tu in hac republica, an in hac hominum libidine et (ut adhuc habuit se status iudiciorum) etiam licentia, non ex iure, non ex aequitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit, non ex eo quod licuerit, sed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur recte factum esse contendes? — illud — eadem ista ratione defendes, fecisse alios? Ut ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim, te damnato, caeteris angustior locus improbitatis defendendae relinquetur, quam, te absoluto, alii, quod audacissime fecerunt, recte fecisse existimentur.* Ibid. 208. *Desinite dubitare, utrum sit utilius propter multos improbos uni parcere, an unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere.* Ibid. 210. *In quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quaeris?* Ibid. 213. *Homines in iudiciis ad crimen defendendum, non, quid fecerit quispiam, proferre solent, sed quid probarit.* SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 56. s.

P. 595. v. 9. τοιοῦτόν] Vulg. τοιοῦτο. τοιοῦτόν August. primus. REISK. τοιοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 595. v. 12. σὺ δὴ μὴ λέγε, — ἄλλος οὐ γράψει.] Citat Gellius X. 19. SCHAEFER.

P. 595. v. 12. δὴ] δὲ Gellius. SCHAEFER.

P. 595. v. 13. γέγονε τοῦτο] γέγονεν οὕτω Gellius. SCHAEFER.

P. 595. v. 13. οὕτω] Non habet Gellius. SCHAEFER.

P. 595. v. 16. ἀποφύγοις] ἀποφεύγοις margo Lutetianae. REISK. Item aliquot Codd. Bekk. Satis placet propter oppositum

ἀλίσκοιο. Conf. p. 653, 18., quanquam etiam ibi aoristum adscivit Bekker. SCHAEFER.

P. 595. v. 18. δίκην δῷς] ἁλῷς Gellius. SCHAEFER.

P. 595. v. 26. ποιήσηται] Vulg. ποιήσετε vitio typographico. ποιήσεται August. primus. ποιήσηται Bavaricus, P. Manut. Et sic correxi. REISK. Fallitur Taylorus ad p. 529, 21. SCHAEFER.

P. 595. v. 26. δέ γε] Vulg. δὲ. δέ γε August. primus, margo Lutet. Et sic correxi. REISK. δὲ Dindorf. SCHAEFER.

P. 595. v. 26. φησὶ, κωλύει] Vulg. φησὶ κωλύειν. κωλύει August. primus, margo Lutet. Correxi φησὶ, κωλύει [scilicet ὁ νόμος]. *Nusquam autem, sic ait Androtion, vetat lex populum donare.* REISK.

P. 595. v. 27. ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἔδωκ' κ. τ. λ.] Sententia: Si auctor vobis fui in meo scito, ut senatui donum roganti daretis, fateor me scivisse rem legibus adversantem. REISK.

P. 595. v. 27. δ', εἰ] Bekkerus: „δ' εἰ] Malim δὴ εἰ.“ SCHAEFER.

P. 595. v. 27. ἔδωκ'] Malim ἔδωκα, ut tollatur ambiguitas significationis. Ac plenam formam habet Lutetiana. SCHAEFER.

P. 595. v. 28. εἴρηκα] Scilicet ψήφισμα. Et est quasi verbum solenne et legitimum. Quod non animadvertere videtur Interpres. Infra p. 601, 1. εἰρηκότα αὐτὸν παράνομα. TAYLOR.

P. 595. v. 29. ἄτια] ἄττα Reisk. SCHAEFER.

P. 596. v. 1. δὲ] δὴ Bavaricus. REISK.

P. 596. v. 1. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 596. v. 3. ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων κ. τ. λ.] Citat hunc locum Harpocrat. v. Διαχειροτονία, item v. Ἐπιψηφίζων, ubi tamen male interpretatur. REISK. Nec rectius Zonaras c. 849. SCHAEFER.

P. 596. v. 3. ἐπιψηφίζων] Wolfius: *qui sententias comprobat.* Potius: *qui plebiscito faciendo praeest.* IURIN. V. Ind. Graecitat. p. 245. SCHAEFER.

P. 596. v. 5. διαχειροτονίαν] V. Zonaras c. 516. SCHAEFER.

P. 596. v. 6. καίτοι τούς γε —] Wolfius: *Atqui de iis* —. Potius: *Atqui ab iis* —. IURIN. Omnino recte. TAYLOR.

P. 596. v. 7. ἀξιοῦντας λαβεῖν] λαβεῖν ἀξιοῦντας Bekker. SCHAEFER.

P. 596. v. 7. τὴν ἀρχὴν] Legendum τὴν δωρεάν. IURIN. Fortasse haec sana punctuatione melius ordinabuntur: καίτοι, τούς γε μὴ αἰτοῦντας, μηδὲ ἀξιοῦντας λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε. *Qui sibi hunc honorem non vindicant, ii omnino ad populum de ea re referre non debent.* Ita supra p. 595, 2. περὶ ὧν γε μὴ κεῖνται νόμοι, οὐδὲ γράφειν τὴν ἀρχὴν προσήκει. Locus plane germanus. Eam locutionem memini me pluribus il-

lustrasse ad Lysiam p. 320. ult. Quibus multa habeo quae adiungere possum. Tu interea vide, annon huc referri possint ista Euangelistae Ioann. VIII. 25. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Τὴν ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *Omnino id, quod vobis praedico.* Non: *Id, quod* in initio *dixi vobis.* Vide cl. Iensii Strictur. ad Ius Rom. praefat. p. XII. TAYLOR.

P. 596. v. 7. προσῆκε] προσήκει August. primus. REISK. προσῆκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 596. v. 8. Μειδίου — καὶ ἄλλων τινῶν] Utrum *Midia etiam alios quosdam accusante*, an *aliis etiam una cum Midia senatum accusantibus?* Landus: *Midia senatum et alios accusante.* WOLF. Wolfius: *cum Midias accusaret senatum et alios quosdam.* Immo: *Midia et aliis quibusdam senatum accusantibus.* IURIN. Recte. Italus Interpres: *quando Media et alcuni altri accusarono di certe cose il senato.* TAYLOR. Idem videtur esse, ac si dixisset: τοῦ τε Μειδίου καὶ ἄλλων τινῶν μετ' αὐτοῦ κατηγορούντων τῆς βουλῆς. *cum Midias aliique una cum eo senatum accusarent.* Nam possit etiam aliter accipi, hoc nempe modo: *cum Midias senatum aliosque praeterea accusaret.* Quae prava foret interpretatio. REISK.

P. 596. v. 12. τὰ] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 596. v. 15. ποιησαμένη] Vulg. ποιησαμένοις. ποιησαμένη August. primus. Et sic correxi. Scilicet τῇ βουλῇ. REISK.

P. 596. v. 20. ἵνα — τῷ δήμῳ] ἵνα οὐδὲ δύναιτο ἐξαπατηθῆναι ὁ δῆμος. WOLF. Legendum videtur μηδ' ἐξαπατηθῆναι γένοιτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ δήμῳ. *ne hac in re populo fucus fiat.* IURIN. γένοιτ' ἐπὶ τῷ δήμῳ bene habet. *ne populus, etiamsi velit, possit neque lenociniis persuasionum impelli neque imposturis eo induci.* REISK.

P. 596. v. 21. ἐπὶ] ἴσως ἐπὶ Paris. quintus. REISK. Immo in margine Lutetianae ad ἐπὶ hoc notatum est: ἴσως. ε. SCHAEFER.

P. 596. v. 22. εὑρεῖν] S. τὴν βουλὴν, ἀντὶ τοῦ οὐ τυχεῖν. Etsi verbum hoc inculcatum videtur, cum vel sine eo sententia bene constet. Landus: *sed id, quod aequum est inveniri, et quod populo utile fuerit, lege constitui.* WOLF. Reddit Wolfius: *sed quod tribui et iustum et populo utile esset.* Potius: *sed quod excogitari posset et iustum et populo utile.* IURIN. Imo vero αἰτεῖν. *sed quod rogari aequum idemque salutare reip. esset, id lege concludi et definiri existimavit oportere.* Nam *impetrare*, si bene memini, non εὑρεῖν, sed εὑρίσκεσθαι dicitur. REISK. Tu audi Iurinum. SCHAEFER.

P. 596. v. 26. σφόδρα δοῦναί γε] σφόδρα γε δοῦναι Bekker. SCHAEFER.

P. 596. v. 28. ἔχῃ] ἔχει August. primus. REISK.

P. 597. v. 1. αἰτῆσαι.] αἰτῆσαι; Reisk. et Bekker. Mecum Dindorf. SCHAEFER.

P. 597. v. 2. τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν] Lege addito articulo [nam in editorum aliquibus deerat]. Landus: *Reperietis enim, hoc ipsum esse validum, et in quo omne reip. robur consistit, quod pro populo constitutum est.* WOLF. Articulum restituerunt Obsop. et alii. τοῦτο ἰσχυρὸν, τοῦτο ἰσχυρῶς, aut τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν Bodlei. TAYLOR. τὸ abest a Bavarico et Aldina. Sed est in Lessingiano. Quae Taylorus de Bodleiano refert non intelligo. Subaudi ἀπόῤῥημα vel simile quid. *hoc validum, tenax et minax, ingentibus poenis praemunitum, inexpugnabile interdictum e rep.* vel *ad reip. commodum sic esse latum.* REISK.

P. 597. v. 2. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 597. v. 4. θάτερα, ἵνα μηδὲν εἴπω φλαῦρον] O superstitionem scrupulosam! o aures fastidiosas! θάτερα pro κακά. Subit illud Popii:

To rest the cushion and soft Dean invite,
Who never mentions hell to ears polite.

[This is a fact. A Dean of Peterborough, preaching at court, threatened the sinner with punishment in „a place, which he thought it not decent to name in so polite an assembly.“] SEAGER., *Diar. Classic.* LV. p. 57. Ridicule ecclesiastes ille: non ridicule Orator. Parumne meminerat Seagerus euphemismorum, quibus veteres gravissime utebantur? De hoc usu vocis θάτερα v. Buttmannus in Meinekii Menandreis p. 581. S. SCHAEFER.

P. 597. v. 5. τριήρων] τριηρῶν Bavaricus, margo Lutetianae. REISK.

P. 597. v. 5. οἷον] Lego οἷα. WOLF.

P. 597. v. 5. οἷον· (πολλὰ μὲν γὰρ ἄν τις ἔχοι —] Vulg. οἷον πολλὰ μὲν ἄν τις ἔχοι. Sic constitui de meo iudicio: οἷον· (πολλὰ μὲν γὰρ ἄν τις ἔχοι —. REISK. Priorem scripturam bene revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 597. v. 7. ταῦτα μόνα ἐρῶ, εἰ βούλεσθε·)] [τοῦτο μὲν, εἰ βούλεσθε.] Sequitur v. 17. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν — παλαιά. Tale est et Isocratis illud in Euagora: τοῦτο μὲν γὰρ Αἰακός. Postea sequitur non aliud τοῦτο δὲ, sed τούτου δὲ παῖδες ἦσαν. Est hiulca oratio et ἀνανταπόδοτον habens longam parenthesin — ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο ἀκοῇ, ὅτι — intertextam. WOLF. Lego: ταῦτα μὲν, εἰ βούλεσθε, ἐρῶ. IURIN. Vulg. τοῦτο μὲν, εἰ βούλεσθε. De meo sensu dedi: ταῦτα μόνα ἐρῶ, εἰ βούλεσθε·). REISK. Perrexit Reiskius grassari. Priorem scripturam iure summo restituit Bekker. De usu formulae τοῦτο μὲν, non sequente τοῦτο δὲ, v. quae ex meis Schedis dedit Hermannus ad Viger. p. 702. Formulae autem εἰ βούλει usus solennis est, quando de pluribus exemplis, quae sunt in promtu, unum aliquod decerpitur memorandum. Vertas:

ut hoc (*his*) *utar.* Plato Hipp. Mai. p. 282. C. HSt. εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος —. SCHAEFER.

P. 597. v. 10. πάντα] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 597. v. 11. ἴστε — ἀκοῇ] V. Lennepius ad Phalar. p. 229. b. SCHAEFER.

P. 597. v. 11. [γάρ]] γάρ abest ab August. primo. Uncis inclusi, quod satius erat plane tolli. REISK. Recte delevit particulam τὸ ἑξῆς turbantem Dindorf. SCHAEFER.

P. 597. v. 12. κατακλεισθέντες] κατακλειθέντες August. primus. REISK.

P. 597. v. 17. μνήμην] μνείαν Paris. primus. REISK. Bekkerus: „μνείαν μνήμην Y. μνείαν O. s." Videndum igitur ne μνείαν sit Oratoris. πεποίημαι μνείαν p. 595, 28. Conf. Anecd. Bekk. p. 107, 25. SCHAEFER.

P. 597. v. 17. ἀρχαῖα καὶ παλαιά] V. quae congessi in H. Stephani Thes. c. 2285. D. SCHAEFER.

P. 597. v. 18. πρώην] πρῴην seu more suo πρώιην August. primus. REISK. πρῴην Bekker. SCHAEFER.

P. 597. v. 20. ὑποσπόνδους ἀπεπέμψατε] Landus: *Thebanos foedere coniunctos liberastis.* Sententia auctoris est, Athenienses, datis induciis et certis conditionibus propositis, abeundi potestatem dedisse. Sic dicunt τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀνελέσθαι, *tollere ad sepulturam cadavera, induciis ab hoste et ea facultate impetrata.* WOLF.

P. 597. v. 22. ἠδύνασθε] ἐδύνασθε August. primus. REISK.

P. 597. v. 22. ἄλλα] Vulg. ἀλλά. ἄλλα August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 597. v. 26. ἀλλ' ἐπὶ — συμβάντων] Citant Tiberius p. 52. SCHAEFER.

P. 597. v. 26. Δεκελεικοῦ] Δεκελικοῦ Tiberius, quomodo Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 597. v. 26. τῶν γὰρ ἀρχαίων — ὑπομνήσω] Parenthesin Tiberius sic partim contractam partim corruptam dat: ἓν γάρ, ὃ πάντες ἐμοῦ μᾶλλον ἐπίστασθε, μὴ ὑπομνησθῶ. SCHAEFER.

P. 597. v. 28. τε] Abest ab August. primo. Eius loco est γάρ in Bavarico. REISK. Encliticâ caret Tiberius. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 597. v. 28. ἀτυχημάτων] Non habet Tiberius. SCHAEFER.

P. 597. v. 28. οὐ πρότερον — ἀπώλετο] Citant Anecd. Bekk. p. 164, 9. SCHAEFER.

P. 597. v. 28. οὐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέστησαν] Landus: *non prius bello affuerunt, quam classis vestra interiit.* τὸ πα-

